445

32-125

# Opus preclariſſimũ eximij ſacre theologie ꝓfeſſoris fratris Joãnis Nider ordinis p̄dicatorũ: in expoſitionẽ preceptorum decalogi diligẽtiſſime nũc tandẽ cũ originalibꝰ collatũ ⁊ recognitũ ac multis in locis terſum ⁊ emendatum.

Non indiget correctione.




Venũdantur Pariſijs ſub ſigno regis Pauiã in via ad diuum Jacobum.

BIBLIOTECA PUBLICA
U. L. DE GRANADA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA
R. 2771

¶ Eximij ſacre theologie profeſſoris fratris Johannis Nyder ordinis predicatorum in expoſitionem preceptorum decalogi: Prologus incipit.

DEcalogi legẽ ſacratiſſimã/ primuꝫ diuinitꝰ ꝓthoplaſtorum inſertã cordibus: ⁊ denuo dei digito in tabulis exaratam lapideis: poſtremoqꝫ ꝑ incarnatum altiſſimi verbũ ꝓpalatã chriſticolis/ vbi cuidã ait. Si vis ad vitã ingredi ſerua mandata. Hanc normã cunctorum fideliũ regulam/ iter/ ⁊ directoriũ eſſe cõſiderans: ⁊ fratrũ mei ordinis (qui predicatorꝝ eſt) votis ſatiſfacere cupiẽs: per multorum temporum curricula / ex famoſorꝝ dictis: diuine ſophie preceptorũ tam pro predicantium ꝙ pro confeſſorũ debitis exercitijs particularia ⁊ ſpecialia dei et ecleſie mãdata: in vnum preceptoriũ colligere in ſequentibus ſtudui/ ſingula decalogi p̄cepta ſubdiſtinguendo ꝑ ſpecialia capitula: vt ita precepta paterẽt cuiqꝫ lucidiꝰ

Exo.xxxi.

Math.xix.

¶ Pro quo labore/ mihi precor a lectore ſequẽtium orationem impertiri quantulãcũqꝫ paruulã: vt eterne ſapiẽtie a qua cuncta bona procedunt: pro premio copulari in patria tandem merear.

¶ Finit prologus.

¶ Preclarum opus in expoſitionem preceptorum decalogi: feliciter incipit.

¶ Capitulum primum tractat ꝙ ſtricte deus velit precepta ſeruari.

SUnt igitur tria principialiter prenotãda preceptorũ preambula. Primo ꝙ ſtricte deus velit precepta ſua cuſtodiri. Secundo ꝙ rationabile ſit deo in preceptis ſuis per obedientiam ſubijci. Tertio quomodo precepta habent diſtingui. A ¶ Quantũ ad primũ illud docet ſcriptura multipliciter. Nã pro trãſgreſſione p̄cepti vnius de nõ edendo fructum vetitum/ primi parẽtes ⁊ tota poſteritas damnata eſt. Geñ. iij. Itẽ preceptã iubentur meditanda in domo/ extra/ in via/ dormiendo/ et vigilando Deutero. vj. Itẽ primũ preceptũ ꝑ blaſphemiam quidaꝫ tranſgrediens a deo iubeť extra caſtra ab omnibus lapidari. Leui. xxiiij. Itẽ quidã modica ligna ſabbato colligens: ſimiliter lapidatur. Numeri. xv. Itẽ ſaul ſm ſonũ littere contra dei preceptum ſeruans victimanda de regno eijciť: ⁊ a demone poſſideť. j. regum. xvj. Item oza archam cõtra domini preceptum tangẽs ſubitanee a deo

occidit.ij.regū.vj. Jtē propheta bonus cōtra dei p̄ceptū
māducans paterno ſepulchro priuat et vita.iij. regum
xiij.q̄ tria exēpla ſunt cōtra excuſantes ſe in trāſgreſſio
ne dei preceptorū vt inquiūt per intentionē bonam.ideo
Ps.cxviij. dicit p̄s. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis/ id
eſt valde. B ¶Quo ad ſecundum ad ſeruandum dei
mandata ſeptē nos inducere debent. Primo ſūma aucto
ritas dei precipientis/qui habet in nos vniuerſale ⁊ ple
nū dominiū.tū q̄a creauit.tū qꝛ regit ſeu gubernat cun
cta. Ad talē aūt principē pertinet cōdere leges nobis:et
nos obedire ſibi:et honorare corde/v̄bo/⁊ factis :ideo p̄
ceptis frequēter premittit. Exodi.xx. Ego dn̄s deus tuꝰ.
Secundo ad idē nos debet īducere īmenſa dei dignitas
et maieſtas quā habet per potentiā/eminētiam/pulchri
tudinē/et alia ſua propria:ꝓpter q̄ merito deberemus
eū revereri:⁊ ei obedire/⁊ eū honorare. Magnū enim eſt
non obedire prelato minori/maius ſuperiori : ſed maxi=
mū infinite dignitatis principi:vt per ſimile patet ī poli=
cia humana. Tertio p̄ceptorū rationabilitas. tū qꝛ pro=
cedūt a ſapiētiſſimo.tum quia ſunt oīa ſcd̄ꝫ dictamen re
cte rōnis naturalis.vt declarat ī.iij.li.ſententiarū. diſti.
xxxvij. Jdeo roma.vij.dicit. Mandatū ſanctum/iuſtum/
⁊ bonū. C ¶Quarto preceptorū maxima vtilitas. qꝛ
quintuplex. Nam bona eccleſie propria facit obſeruatio
Ps.cxviij. mandatorū.ſecundū illud.p̄s.participē me fac deus om
niū timentiū te.⁊ cuſto.mā.tua. Totū hominē rectificat.
Eccl'iaſti.xv. Dedit deus hoī mandata : que ſi ſeruaret:
ſeruarent eū ſcꝫ in iuſtitia/⁊ eq̄tate/⁊ rectitudine. Ami=
cū dei conſtituit. Jo.xv. Vos amici mei eſtis ſi feceritis
que precipio vobis. Manſionē trinitatis ſacratiſſime ef
ficit. Jo.xiiij. Si quis diligit me:⁊ pater meꝰ diliget eū
et ad eū veniemus/⁊ māſionē apud eū faciemꝰ. Ad vitā
eternam ducit.qꝛ ſi vis ad vitā ingredi/ſerua mandata.
Mat.xix. Sed aduerte ꝙ oportet oīa ſeruare . qꝛ dicitur
Jaco.ij. Si quis in vno offenderit:factꝰ eſt oīm reus / ſic
videlꝫ ꝙ qui in vno peccato mortali deum offendit : ini=
micus dei cōſtituit.⁊ ſi ſic decedit eternaliter dānabitur.
nō tamē tāta pena:q̄ta ille qui in multis preceptis trāſ
greſſor reperit. Pudor eſt certe pro tēporali precio tam
prompte ſeruire hoī : et deo pro mercede eterna tam ſe=
gniter obſequi. D ¶Quinto ad ſeruandū dei p̄cepta
mouere nos debet malorū multiplicitas/quam incurrūt
dei precepta non ſeruantes. Nam aufert hoī ſeipſum.tū
quia in ſeruitutē diaboli redigit.quia oīs qui facit pec=
catū ſeruus eſt pcti. Johā.viij. Tum etiā: quia meliꝰ eēt



homini iſti ſi natus nō fuiſſet:ſi ſic moritur . Aufert homi=
ni omnia bona opera.quia ſi caritatem nō habuero: nihil
ſum. Dicit ap'lus.j.ad corinth.xiij. Aufert etiā fraternita=
tem eccleſie:quā credimꝰ in articulo. Sanctorū cōmunio=
nem de qua p̄s. Particeps ego ſum omniū timētiū.⁊c.vt p̄= ps cxviij.
dictum eſt. Aufert ſocietatē ſanctorū in patria/ ⁊ vitā eter
nam.de qua Apo. ad gal'.v.enumeratis preceptorū tranſ=
greſſionibus:ſic cōcludit. Qui talia agūt :regnū dei nō poſ
ſidebūt. Sexto nos mouere debet beneficiorū diuinorū ma
gnitudo et multitudo in tolerādo mala noſtra vt peniteā=
mus.dādo eukariſtiā et ſacram vnctionē vt ſanemur . vo
cando nos varie vt reſurgamus.cuſtodiēdo ne moriamur
et vitā eternā ꝓmittendo ne deſperemus.vn̄ ſi tot bn̄ficijs
ingrati fuerimus:grauiꝰ peccamꝰ. Cuius exemplū habe=
mꝰ Mat.xviij. in ſeruo cui debita dimiſſa fuerāt qui alteri
dimittere noluit . ⁊ Mat.xxv.de ſeruo nequā:qui domini ta
lentū abſcōdit. Septimo nos mouere dꝫ mādatorū poſſibi
litas.nā leue eſt mādata dei ſeruare. Math.xi. Jugū eñ meū
ſuaue eſt:⁊ onus meū leue. Et .j.ioh.v. Mādata eiꝰ grauia
nō ſunt. Et hiero.in expōne fidei catholice. Anathema ſit
inquit q̄ dicit deū aliquid nobis p̄cepiſſe:⁊ hominē imple
re illud nō poſſe. E Nō leuitatis eſt quintuplex . Nā le=
uia facit primo caritas q̄ omnia ſuffert : oīa ſuſtinet ſcd̄m
ap'lm.j. corinth.xiij. vn̄ paruꝰ in caritate laborat/ p̄ceptis
parēdo.de quibꝰ Mat.vij. Arta eſt via q̄ ducit ad vitā.⁊ p̄s ps xvj.
dicit ꝓpter verba labiorū tuorū ego cuſtodiui vias duras .
ſꝫ magnꝰ in caritate viā mādatorū currit dicēte p̄s. Viā mā ps cxviij.
datorū tu.cu. cū dila.cor meū/ ſcilꝫ in caritate. Scd̄o:qꝛ na
tura ad mādatorū obſeruationē inclinat. oīa enī bonū appe=
tunt.j.ethi. Tertio qꝛ p̄miū maximū ꝓmittit q̄d oculus nō
vidit deꝰ abs te q̄ p̄paraſti expectātibꝰ te .yſa.lxiiij .Quar
to qꝛ coadiutor eſt chriſtus.qui ſm̄ apo . operatur in nobꝫ
velle et p̄ficere pro bona volūtate: Phil.ij. Quīto: qꝛ iuuāt
nos virtutes infuſe.angelus noſter/orō / eccleſie ſacramē
ta et multa ſimilia. F Via aūt viciorum in ſe viceuerſa
propter quinqꝫ dura eſt. Primo propter iuſtitiā dei que nō
ſinit hic peccatū impunitū.vnde Augu.j.cōfeſ. Juſſiſti do=
mine/ et ita eſt vt pena ſit ſibi oīs animꝰ inordinatꝰ. Scd̄o
quia eſt cōtra naturā/ eo ꝙ cōtra rationē.vnde.ij. ethi. in
diffinitione virtutis dicitur eſſe determinata ratione ꝓut
ſapiens determinabit. Tertio: quia eternum ſupplicium
meretur propter quod vicioſis Math.xxv.iudex dicet. Di=
ſcedite a me maledicti in ig. eter. Quarto quia vicia ſibi
cōtrariantur.puta prodigalitas auaritie/ et ſic de alijs.vt
dicit phs. iiij.ethico. Quinto quia viam viciorum non ad

ſuuant ſancti angeli/ nec deꝰ qui neſcit patrociniũ p̄ſtare
criminibꝰ. ¶Sꝫ q̄d facit vicia dulcia? Reſpõdeo: ꝙ quinqꝫ.
corpꝰ aĩale. habitꝰ radicati. multitudo delinquẽtiũ. ſuaſus
inimicorũ. et affectus tepidus ad ardua. De primo dicitur
gal'. v. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ et ſpiritus aduer
ſus carnẽ. Et iterũ: Manifeſta ſunt opa carnis: q̃ ſunt for=
nicatio/ immũdicia/ luxuria. ⁊c. De radicatis habitibꝰ ma
lis dicit ph̄s. ij. ethi. ꝙ p̄ropte ⁊ delectabiliter faciũt vicia
opari: a quibꝰ difficile eſt recedere. vñ hiere. xiij. Si ethi=
ops poteſt mutare pellẽ ſuã: aut pardus varietates ſuas:
et vos poteritis bñfacere cũ didiceritis malũ. De tertio:
videlicet de multitudine delinquentiũ patet in p̄s. dicẽte.
p̄s. xvij. Cũ ſancto ſanctus eris: ⁊ cũ peruerſo p̄uerteris. hinc eſt
ꝙ Petrus inter xp̄i diſcipulos manens ſanctꝰ fuit: ſed cũ
in turba populariũ fuit/ ter xp̄m negauit. De quarto: vide
licet de ſuaſu inimicoꝝ dicit Apl's. ij. ad corinth. xj. Ip̄e ſa
thanas trãſfigurat ſe in angelũ lucis: ſicut fecit xp̄o Math.
iiij. dicẽs ſi filius dei es: dic vt lapides iſti panes fiant. De
quinto videlicet affectu tepido ⁊ ſenſualitate remurmurã
te. ait xp̄s math. xxvj. Sp̄us quidẽ promptus eſt: caro autẽ
infirma. ¶G Quantũ autẽ ad tertiũ de diſtinctiõe pre
ceptorũ notandũ ꝙ ſcdm̄ ſanctũ tho. prima ſcd̄e. queſtione
xcj. ꝙ lex quintuplex eſt. Una generalis/ quã deus natura=
liter cuilibet indidit rei: vt ſuo creatori obediret. hanc legẽ
nulla creatura trãſgreditur irrationalis Nam celũ quoti
die circuit. de quo in p̄s. Statuit ea ineternũ/ et in ſeculũ
p̄s. cxlviij. ſeculi: preceptũ poſuit et nõ preteribit. Quattuor elemẽta/
et aues iura naturalia ſeruãt: et alia ſimiliter naturalia.
Scd̄a lex eſt nature. de qua Ro. ij. Gentes que legẽ non ha
bent: naturaliter ea que legis ſunt faciunt. hec dictat vir=
tutes eſſe faciendas/ vicia fugiẽda. Que volumꝰ vt faciãt
nobis homines: eadẽ eis faciamus. ⁊ ſimiliter de dimiſſio
ne. Unde math. vij. ſaluator. Omnia quecunqꝫ vultis vt fa
ciant vobis homines: et vos facite illis. hec eſt enim lex
⁊ prophete. Lex hec etiam ad felicitatẽ naturalem per vir
tutes morales docet venire. vt patuit in ph̄is. Tertia eſt
lex humana ciuilis: quã prelati ſeculares ſtatuunt. de qua
prouer. viij. Per me reges regnant: et legum conditores
iuſta decernũt. Quarta humana eccleſiaſtica per Apoſto=
los/ et concilia/ ac dioceſanos/ et ſuperiores ſpirituales
tradita. de qua decretorum et decretaliũ libri pleni ſunt
Quinta diuina principaliter in decalogo cõtenta. de qua
vbi thema. he leges omnes tunc recte ſunt cum ab eter=
na lege/ id eſt a diuina ratione omnia rite preconcipiente
deriuantur/ diriguntur/ et mouentur ſcdm̄ Tho. ibidem.



H ¶In decalogo itaqꝫ Exo. xx. Deus hominibus proui=
dit vt dicit ſanctus Tho. ibidẽ. q. centeſima. ſicut princeps
reipublice prouidere debet/ ad quem ſpectat tria prouide
re in ſubditis. Primo quomodo ſe bene habeant ad ſupe
riorem. Scd̄o quomodo ſe bene habeant inferiores ad ſe
mutuo. Tertio quomodo quiſqꝫ ſit intra ſe bene ordinatꝰ.
Secundum hec igitur principaliter primo neceſſaria ſunt
precepta ordinantia ſubditos debite ad principem ſuum.
Primo ſic ꝙ fideliter obediatur ei/ et contẽnantur inimici
principis/ qd̄ deo facimus colendo eum/ nõ demonia. Secũ
do vt ſic honoretur caute: ita ꝙ ore nõ inuanũ nomen eius
aſſumatur. Tertio ꝙ obſequijs certo die honoretur. Secũ=
do neceſſaria ſunt precepta pacẽ inter famulos adinuicẽ
cõſeruantia. Primo ſic ꝙ propinquis ſubueniamus: hono=
rando parentes. Secũdo vt proximũ corpore nõ ledamus
per occiſionem. Tertio nec in perſona cõiuncta: puta vxo=
re vel filia. Quarto ne in rebus per furtum. Quinto nõ ver
bo per falſum teſtimonium. Tertio neceſſariũ eſt vt quiſqꝫ
dei famulus intra ſe pacifice regatur: qd̄ regimen nullus
princeps deo dempto facere poteſt. quia interiora non vi=
det: ideo volũtas duobus vltimis preceptis compeſcitur:
ne cupiamus vxorem proximi nec res eius. Et ſic ſatiſfit
precepto triplicis dilectionis: ſcilicet dei per tria. proximi
per quinqꝫ. et ſui per vltima duo. Deus enim math. xxij.
tria in genere precipit: videlicet ſui dilectionem: dicendo.
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Dilec=
tionem proximi. ibi: et proximum tuum. Dilectionem ſui.
ibi: ſicut te/ id eſt ſicut te debes diligere. I ¶Ingrediẽ
do igitur decalogum notandum Primo ſm̄ Tho. prima ſe=
cunde. q. c. ꝙ decalogus tanq̄ capitalia quedam precepta:
cõtinet oĩa p̄cepta alia: videlicet legis naturalis: ⁊ q̃ ſcri=
ptura ⁊ ſapiẽtes alij tradiderũt. Secũdo notãdũ ꝙ quedã
precepta ſecũdum eundẽ ibidem ſunt affirmatiua. vt illa
duo Sabbata ſanctifices. Habeas in honore parentes.
Alia ſunt negatiua: vt omnia alia octo ſecundum eum.
Aliquod tamẽ ſecundũ bonauen̄ in. iij. diſt. xxxvij. eſt plus
affirmatiuum q̄ negatiuum: vt primum preceptum. Affir=
matiua ſemper ligant: non pro ſemper/ id eſt non pro om=
ni tempore et hora. Negatiua vtroqꝫ modo. Tertio no=
tandũ ꝙ ſecundũ Joſephum quinqꝫ p̄cepta erant in vna
tabula prima videlicet quinqꝫ: alia q̄nqꝫ erãt in alia tabu
la. ſed quia due tabule erant continentes totum decalo=
gum: ſignificabant ꝙ duo mandata: ſcilicet dilectionis dei
et proximi continerent totum decalogum: ideo ſecundum
Auguſtinum. ſequendo ſignatum non litteram: prima ta=

bula continebat tria precepta prima / deo ſeruientia. ſe=
cunda continebat alia ſeptem ad proximum pertinentia.
k ¶Eſt itaqꝫ primū mādatum Exo.xx. ſic poſitū Ego ſuꝫ
dñs deus tuus: q̄ eduxi te de terra egypti de domo ſeruitu=
tis. non habebis deos alienos corā me. nō facies tibi ſcul
ptile. neqꝫ omnem ſimilitudinem que eſt in celo deſuper: ꝛ
que in terra deorſum: nec eorum q̄ ſunt in aquis ſub terra
non adorabis ea neqꝫ coles. hoc p̄ceptum partim eſt affir
matiuum videlicet ego ſum dñs deus tuus. ꝛ reſiduum eſt
negatiuum. Unde xp̄s exponit Matth.iiij. hoc p̄ceptum di=
cens. Dñm deum tuum adorabis ꝛ illi ſoli ſerues: ſcilicet
cultu latrie. Nam ſm hiero. in prima parte precipitur cul
tus latrie: id eſt honor deo debitus. Preceptum igitur hoc
primum continet plura precepta particularia que in.xxij.
capitulis ſequentibus recitabuntur: q̄dam affirmatiua / et
quedam negatiua. Cum em̄ a dño deo habeamus tria: ani
mam corpus / et res: iuſtiſſimum eſt vt ei ſeruiamus iſtis /
ꝛ deum colamꝰ. Sed ſm Aug. in enchiridion. deus colitur
optime fide / ſpe / ꝛ charitate: q̄bus anima deum colimus.
Secūdo debemꝰ colere corpore / ꝑ adorationem. Tertio re=
bus per oblationem / decimam / ꝛ ſimilia. Alia pars prece
pti eſt negatiua tripliciter. Fuerunt em̄ q̄dam qui colue=
runt plures deos ſine inſtitutione imaginū / videlicet ſolē /
lunam / ꝛ ſimilia. Contra quos dicitur: non habebis deos
alienos. Alij coluerunt ſub imaginibus plures deos. Con
tra quos dicitur: non facies tibi ſculptile ꝛc. non tamen
tales coluerunt imagines: ſed imaginata / ſicut nos hodie
vnū deum. Alij ip̄as imagines adorauerunt. Contra quos
concluditur. non adorabis ea neqꝫ coles. Unde omnis ſup=
ſtitio in hoc precepto prohibetur. Item hic prohibentur
quedam capitalia vitia ꝓut ſunt mortalia. Primo ſuper=
bia. Nam dicit Thom̄. ſecunda ſecūde. q.clxij. arti.v. ꝙ hu=
militas ꝓprie reſpicit ſubiectionem hominis ad deum. et
econuerſo ſuperbia defectum huiꝰ ſubiectionis ſcilicet ſm
ꝙ aliquis extollit ſe ſuꝑ id quod eſt ſibi p̄fixum ſm diuinā
regulam vel menſuram / qua menſus eſt nobis deus. Unde
eccl'iaſti.x. Superbia hominis eſt apoſtatare a deo. vbi e=
tiam inobedientia notatur. Secundo ꝓhibetur hic acci=
dia quam tedet diuini obſequij. ꝛc.

Capitulum ſecundum tractat de fide.

CIrca primum p̄ceptum particulare videlicet de
tenenda vera fide que ſub precepto cadit. Marc.
vlti. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit: ſaluus e=
rit. qui vero non crediderit condemnabitur. tria
principaliter ponentur. Primo que et quot credenda ſint



ſimplici chriſtiano / id eſt non habenti curam animarū nec
officium docendi publice ſcripturam ſacram. Secūdo quo=
mō ꝛ qualiter credere debeamus credenda. Tertio quo
tuplices homīes preceptum hoc tranſgrediantur. A
¶Quantum ad p̄mum notandū ſm Tho. ſecūda ſecunde.
queſt.ij. ar.viij. ꝛ ſecundū alios doctores: ꝙ cuilibet ſimpli
ci ſufficit ad ſalutem credere explicite ea q̄ continentur in
ſymbolo apoſtolorum. ꝛ qꝛ ibi articuli cōmunes continen=
tur ordinate breuiter ꝛ vtiliter: idcirco ſtatuit eccl'ia tales
eſſe credendos a ſingulis / ꝛ addiſcendos eſſe. Et ſunt nūe=
ro.xij. articuli conſiderando auctores eorum q̄ fuerunt.xij.
apoſtoli. ſed diſtinguendo ſcd̄m credita ſunt.xiiij. ſcilicet
ſeptem de diuinitate / ꝛ ſeptem de humanitate. quia fides
videt ea in quibus felicitabimur Eſt autem vita eterna.
vt dicitur ꝑ chriſtum Jo.vij. vt cognoſcant te ſolum verū
deum / ꝛ quem miſiſti ieſum chriſtum. Primus igitur arti=
culus reſpicit vnitatem diuine eſſentie. Secundus patrem
Tertius filium. Quartus ſpiritumſanctum. Tres alij con
cernunt operationē dei ad extra quo ad triplex opus. Pri
mum nature ibi. Creatorem celi ꝛ terre. Secundū opus eſt
gratie Credo eccl'iam ſanctam catholicam ſanctorum cō=
munionem / remiſſionem peccatorum: ꝛ ſub his continen=
tur omnia ſacramēta. Tertium glorie. Carnis reſurrectio
nem / ꝛ vitam eternam. Amē. Septem de humanitate ſunt
Primꝰ. Cōceptus de ſpiritu ſancto. Secundꝰ Natus ex ma
ria virgine. Tertius paſſus / crucifixus / mortuus / ꝛ ſepultꝰ
Quartus deſcendit ad inferna ſm animam. Quintus Re=
ſurrexit a mortuis. Sextus Aſcendit ad celos / ſedet ad de
xteram dei patris omnipotentis. Septimus. Inde vēturꝰ
eſt iudicare viuos ꝛ mortuos. B ¶Hos articulos ſic ſci
re ordinate / ſic diſtinguere / ꝛ enumerare / non eſt neceſſa=
rium cuilibet ſimplici fideli. ſed ſufficit ꝛ exigitur primo ꝙ
credat / intelligat / ꝛ aſſentiat in genere ꝛ implicite omnibꝰ
q̄ credit eccleſia catholica ꝛ ꝙ nulli articulo explicite diſ=
ſentiat. ꝛ ſic ſimplices omnia credunt / licet implicite ſolū:
que maiores credunt / inquantum maiores adherent do=
ctrine diuine. Sic enim ſm Grego. ſuper Job p̄mo. Boues
arabant ꝛ aſine / id eſt ſimplices paſcūtur iuxta eas. vnde
Apoſtolus.j. Corinthi.iiij. Imitatores mei eſtote: ſicut et
ego chriſti. Secūdo exigitur ꝙ quis in ſpecie cognoſcat il=
los articulos ꝛ explicite ſeu iſta de quibus feſtiuatur in ec
cleſia in feſtis principalibus anni. Unde dicit tho. vbi priꝰ
articulo.vij. poſt tempus gratie reuelate: tam maiores q̄ꝫ
minores tenētur habere fidem explicitam de chriſti miſte=
rijs precipue quantum ad ea que communiter in eccleſia

ſolenniſantur ⁊ publice ꝓponuntur. ſicut ſunt articuli in=
carnationis. vt ſupra. Et qꝛ vt dicit Thom̄. vbi ſupra. arti.
viij. Myſterium xp̄i explicite fidei credi nō poteſt ſine fide
trinitatis que in myſterio xp̄i hic continetur/ vtputa ꝙ fi=
lius dei carnem aſſumpſerit/ et per gratiam ſpiritusſancti
mundum renouauerit: ⁊ iterum de ſpiritusſancto cōceptus
fuerit: ideo poſt tempꝰ gratie diuulgate tenētur omnes ad
explicite credendum myſterium trinitatis . ⁊ etiã omnes
q̄ renaſcuntur in xp̄o hoc adipiſcuntur per inuocationem
trinitatis. ſm̄ illud math. vlti. Euntes in mundum vniuer
ſum docete om̄es gentes/ baptizantes eos in nomine pr̄is
⁊ fi. ⁊ ſſ. hec tho. C ¶ Hic declarat de articulis latiꝰ Jo
hannes kunſheym / tractatu de eruditione cōfeſſorum ſic.
Tenetur inquit ſimplex vt in ſpecie cognoſcat ⁊ credat ar
ticulos ſeu iſta de quibꝰ feſtiuatur in feſtis principalibus
anni. Tenentur enim tales (iuxta illud quod celebratur in
feſto trinitatis) credere ꝙ tres perſone in diuinis ſunt. vnꝰ
deus creator omnium rerum in cuiꝰ trinitatis ſeu pſona=
rum nomine baptiſantur. Item tenentur credere (ſm̄ feſtū
natiuitatis chriſti) ꝙ filius dei natus eſt ex virgine maria.
Item circa paraſceuē/ ꝙ xp̄s ſit paſſus pro nobis mortuus
⁊ ſepultus. Item circa paſcha ꝙ reſurrexit/ ⁊ ꝙ reſurgemꝰ
vere. Item circa aſcenſionem ꝙ aſcendit in celum. Circa
penthecoſtem xp̄m miſiſſe ſpm̄ſanctum apoſtolis ⁊ eccleſie.
ꝙ vna eccl̄ia ſit/ extra quam nō eſt ſalus. ⁊ vnum caput ec=
cleſie in terris. Circa corporis xp̄i feſtum ꝙ xp̄s vere con=
tinetur in euchariſtia. Et cōſequenter ſacramentū penitē=
tie/ ⁊ omnia alia ſacramenta in medicinam a xp̄i paſſione
nobis effluxa. Circa feſtū omniū ſanctorum ꝙ fiet finale iu
dicium/ reſurrectio mortuorum/ remuneratio bonorum in
eterna beatitudine in regno celorum/ malorum punitio in
eterna damnatione in inferno: ⁊ ꝑ cōſequens ꝙ bona ſunt
facienda/ ⁊ mala cauenda. hec ſunt que q̄libet fidelis adul
tus explicite credere tenetur. et aſſenſus debet eſſe reſpe=
ctu omniū articulorum ⁊ credendorū vt primo tactum eſt:
ſed apprehenſio in ſpecie non eſt niſi eorum q̄ iam ſunt ſe=
cundo enumerata. D ¶ Ratio autem dictorum eſt ſm̄
bonauenturam. in. iij. circa diſti. xxxvij. quia ſi aliquis ex=
cuſaretur de infimis ſeu ſimplicibus a talibus credendis
explicite in eccleſia: hoc maxime eſſet ex ignorãtia. ſed hoc
non: cū articuli tales ſint de tam manifeſtis ꝙ non poſſunt
latere ſine culpa. Sunt enim aliqui articuli tam manifeſti
ꝙ nullus chriſtianus habens vſum rationis ignorat eos:
niſi omnino negligat/ et contemnat dei cultum et ſalutem
ꝓpriam. ⁊ ꝑ conſequens taliū ignorantia non eſt ſine cul=



pa: niſi forte q̄s excuſaretur de illoꝝ notitia ꝑ defectum do
ctoris/ vel ꝑ breuitatem vite poſt inceptum vſum rōnis/ vł
ꝑ imbecillitatem vſus rōnis. Nam ꝓpter vltimū vt dicit
Scotus in. iij. diſt. xxv. non requirit̄ in quolibet neceſſario
etiam ꝓ ſtatu iſto: ꝙ om̄es iſtos articulos explicite ⁊ diſti
cte credat: qꝛ deus nullum obligat ad impoſſibile. extra de
re. iu. li. vj. Nemo em̄ poteſt ad impoſſibile obligari. ⁊ ideo
ſi q̄s rudis eſt ꝙ non poteſt conſiderare quid ſit natura/ et
quid pſona: non eſt neceſſe ꝙ habeat actum explicitũ de
articulo ꝑtinente ad nature vnitatem ⁊ pſonaꝝ trinitatẽ
diſtincte/ ſicut hn̄t clerici litterati: ſed ſufficit ſibi ſi non po
teſt hmōi diſtinctionem intelligere/ qꝛ nec terminos: ꝙ cre
dat ſicut quilibet credit vſum habens rōnis. hec Scotus.
Nō tamen videtur aliq̄s tam groſſus vtens rōne: q̄ nō poſ
ſit aliqualiter manuductionibꝰ/ ⁊ exemplis ad myſterium
trinitatis intelligendū aptari. E ¶ Dicitur etiam ſecun
do: niſi q̄s excuſetur ꝓpter breuitatem vite/ vnde q̄rit Alti
ſiodoreñ. in iij. ſuo materia de fide in quo inſtanti p̄mo ho
mo teneatur credere ſub pena priuationis caritatis da=
bilis. Et ponit caſum ꝙ puulus ſtatim poſt baptiſmū de=
feratur ad paganos: ⁊ ibi moretur vſq₃ ad adultam etatē. Rom̄. j.
Rn̄det ꝙ ſecundū apoſtolū. Inuiſibilia dei a creatura mū=
di ꝑ ea que facta ſunt intellecta conſpiciunt̄. Ergo ad hoc
ꝙ aliquis credat: oportet ꝙ prius conſideret viſibilia ⁊ cō
ferat illa ſue cauſe. ſed ad om̄ia iſta exigitur temporis tra
ctus: iō impoſſibile eſt ꝑ ſe ꝙ aliq̄s in primo inſtanti vſus
ratiōis credat. nullus autem tenetur ad impoſſibile ꝑ ſe.
vn̄ nullꝰ tenetur credere in p̄mo inſtanti etatis adulte. Iu
dex em̄ ſecularis dat inducias ad credendū in ſe. ſed quan
tum p̄ciſe tp̄s deꝰ det ad hmōi deliberationē nullꝰ ſcit niſi
deꝰ. Ex quo patꝫ ꝙ hoc argumentū non valet: iſte eſt adul
tꝰ ⁊ nunq̄ȝ credidit in deū ⁊ ſic decedit: ergo dãnabitur. Rō
eſt: qꝛ nunq̄ȝ fuit in hora vł mora credēdi: ⁊ ideo iudicat̄ vt
paruulꝰ donec tp̄s deliberationis fuerit elapſum. hec ibi.
Dicit̄ etiã notanter: niſi q̄s excuſaret̄ ꝓpter defectū docto
ris. Vn̄ dicit Tho. in. iij. di. xxv. Si q̄s de miſterio incarna=
tionis credēdo vł hmōi inſtructorē nō haberet/ ei deꝰ reue
laret: niſi ex culpa ſua remaneret. Vn̄ explicatio eoꝝ que
ſunt de neceſſitate ſalutis: vł diuinitꝰ homini ꝓuideret̄ ꝑ
p̄dicatorē fidei (ſicut patet de cornelio. actuū. x.) Vel ꝑ reue
lationē: qua ſuppoſita in ptãte liberi arbitrij ē vt in actū fi
dei exeat. Idē etiam ponit Tho. ij. ij. q. ij. ar. vij. vbi recitat
exemplum famoſum qđ etiã refert Vincētius in ſpeculo hy
ſtoriali. lib. xxiiij. ca. clxxij. Nã in conſtantinopoli quidam
laminã aureã inuenit: ⁊ ſub ea virū iacentē cū hac ſcriptu

ra/xp̄s naſcetur ex virgine maria:et credo in eū. Sub cō=
ſtantini ⁊ hirene temporibus. O ſol iterum me videbis.
Pro tunc aūt hirena ſiue helena mater cum filio ſuo ſcꝫ cō
ſtantino imperauit. F ¶Tertio etiam oportet quem=
libet ſimplicem interdum explicite credere articulos non
expreſſe contentos in ſymbolo apoſtolorum.puta cū eccle
ſia cōdemnat aliquē articulū cōtra hereticos in certa ter=
ra.Unde ſecundū Tho.⁊ Scotū in.iij.Si ſit aliquid qđ cre
dendū eſt:qđ tamen communiter nō predicatur in eccleſia/
ſed ꝓponitur ſpecialiter in vno loco de nouo:non eſt illud
neceſſariū ſimplici credere firmiter/ illi tanqꝫ vero adhe=
rendo:immo neceſſariū eſt magis illi nō adherere/ quouſ=
qꝫ ſciat illud credi ab eccleſia tanqꝫ verū. Et ſi hoc ſibi con
ſtiterit:tenetur illi firmiter adherere.Sicut in moralibus
quādo ſunt altercationes de aliquo peccato quādo eſt pec
catū mortale:vt ſi vnus dicat expertus in ſcientia ꝙ nō li
cet ſic mercari/alius dicit ꝙ ſic:tutius eſt ſic non procede=
re quouſqꝫ veritas pateat aliūde.Sic dicit Sco. in forma
⁊ directe cōcordat Tho. Ex quo patet ꝙ ſi quis inter here
ticos nutritur:nullū habēs doctorē catholicum: ſi errat in
neceſſario credendis:non in toto excuſatur. Quia aut ni=
mis cito credit alicui errori:aut diuinum auxiliū nō inuo=
cat:aut ſuis peccatis exigentibus informatorē habere nō
meruit.vt dicit Altiſſiodorē. G ¶Secundo principali=
ter ſciēdū eſt quomodo ⁊ qualiter credere debeamus deū
colēdo.Ubi notādū ꝙ modus fidei neceſſario eſt debite ha
bendus:videlicet in corde per aſſenſum. in ore per verbū.
⁊ in opere per preceptorum dei exercitiū.Quo ad primum
de credendo in corde.Sciendū ꝙ actus habitꝰ fidei eſt cre
dere ⁊ noſcere ſeu intelligere ⁊ firmiter aſſentire ac adhe=
rere his que lex chriſtiana nobis ꝓponit credenda. Et ſic
credere ſeu fides habet duo/ſcꝫ apprehenſionem ſeu cogni
tionem/⁊ aſſenſum ſiue adheſionem.Et quidam plus ha=
bēt de primo:quidam plus de ſecūdo.oēs tamē fideles vtrū
qꝫ habent.⁊ ſecūdū videlicet aſſentire ſeu adherere eſt ma
gis meritoriū qꝫ primū/videlicet cognoſcere ſeu apprehen
dere. De p̄io nōnunqꝫ ſepe plus habēt litterati/⁊ de ſecū
do ecōuerſo ſimplices ampliꝰ.patet illud/q2 ſimplices fir=
mius credunt nonnūqꝫ dictis ſcripture qꝫ litterati. cuius
ſignum eſt ꝙ ſimplices ſepe plus operibꝰ demonſtrant ea
que ſcriptura iubet qꝫ litterati faciant.ſi eñ litterati firmi
ter aſſentirent:⁊ perfecte vtiqꝫ in opus exirent. Signū eñ
magne fidei eſt:quādo fides cordis in opus exuberat/ per
opera bona ex fide procedentia.Signum vero parue fidei
eſt qñ modicū redūdat in virtutū exercitia. Illa vtiqꝫ qui



bus in ſpeciali per fidem eſt aſſentiendum cōprehendun=
tur in articulo ſymboli.vt ſupra patuit. H ¶Secundo
etiam exigitur ꝙ quis interdum fidem ꝯfiteatur ore.vnde
Roma.x.Corde creditur ad iuſtitiā: ore aūt cōfeſſio fit ad
ſalutem.vbi ſecūdū glo. Corde credere ſufficit ad iuſtifi=
cationem:ſed oris confeſſio exigitur cū quis in martyrio
de fide queritur: quod martyriū multi fugerūt corde credē
tes: ſed ore damnabiliter veritatem negātes.vñ Luce.ix.
Chriſtus ait.Qui me erubuerit ⁊ meos ſermones:hunc fi
lius hominis erubeſcet cum venerit in maieſtate ſua. Et
Math.x.Qui me confeſſus fuerit:cōfitebor ⁊ ego eū coram
patre meo.Dicit aūt Tho.ij.ij.q.iij.arti.ij.Confeſſio fidei
eſt preceptum affirmatiuū.ideo licet ſemꝑ liget:nō tamen
pro ſemꝑ:ſed eſt neceſſaria ad ſalutē in aliquo loco ⁊ tem=
pore/ qñ ſcꝫ per omiſſionem huius confeſſionis ſubtrahe=
retur honor debitus deo.vel etiam vtilitas proximis im=
pēdēda. puta ſi aliquis interrogatus de fide taceret ⁊ ex
hoc crederetur vel ꝙ nō haberet fidem/vel ꝙ fides non eſ=
ſet vera/vel alij per eius taciturnitatem auerterentur a fi
de. In huiuſmodi eñ caſibꝰ cōfeſſio fidei eſt de neceſſitate
ſalutis. Itē dicit ibi in caſu neceſſitatis/vbi fides pericli=
tatur: quilibet tenetur fidem ſuam propalare/vel ad in=
ſtructionem aliorum fidelium ſiue confirmationem / vel
ad reprimendum infidelium inſultationem. Si tamen
turbatio infidelium oriretur de confeſſione fidei mani=
feſta abſqꝫ vtilitate fidei vel fidelium: non eſſet lauda=
bile in tali caſu fidem publice confiteri. Unde Mathei ſe=
ptimo. Nolite ſanctum dare canibus / neqꝫ margaritas
ſpargere ante porcos: ne conuerſi dirumpant vos. Sed
ſi vtilitas aliqua fidei ſperetur/aut neceſſitas abſit/cōtem
pta turbatione infidelium debet homo fidem publice cōfi=
teri.ſecundū illud Mat.xv.Sinite illos(ſcilicet turbari)ce
ci ſunt/⁊ duces cecoꝝ.Hec ibi. I ¶Sed queres.tenetur
ne aliquis ſub p̄cepto martyriū ſubire propter chriſtū: Re
ſpōdet Tho.quotl'. iiij.q.x.arti.ij. Illud qđ hic queritur
non cadit abſolute ſub precepto.id eſt non eſt preceptū ab
ſolute:ſicut honorare parentes:ſed cadit ſub precepto ſe=
cūdum preparationem animi/id eſt in caſu.ſic ſcꝫ ꝙ homo
habeat animū p̄paratum ad faciēdū illud qđ debitū reddi
tur ex aliqua cauſa occurrente. Cum eñ opus eſſet / ⁊ hoc
exigeret ſalus alioꝝ/homo debet eſſe paratus ad hoc faciē
dum.Per hunc nāqꝫ modum ſuſtinere martyriū ꝓpter xp̄z
cadit ſub precepto. q2 ſcꝫ homo debet habere animū para=
tū vt prius permitteret ſe occidi: qꝫ xp̄m negare/ vel mor=
taliter peccare. Et ſic etiā relinquere ꝓpria bona cadit

ſub precepto . quia deberet eſſe parat⁹ animus xp̄iani ma
gis ſuſtinere rapinā bonorū ſuorū: ꝗ̄ xp̄m negare/ vel mor
taliter peccare. De hoc tamen multū ſecum cogitare: ⁊ ad
particularia deſcendere/ an homo potius vellet tali vel ta
li horribili morte plecti ꝗ̄ fidē negare / vel mortaliter pec
care: cauere debent ſimplices: preſertim ne ſeipſos cogitā
do/ vel alloquendo tēptent. Sufficit enim in genere de hoc
habere bonū ꝓpoſitum/ ⁊ ſperare ꝙ per dei gratiam bene
acturi eſſent ſi neceſſitas aduenirer. In neceſſitatis enim
articulo multi prius etiam in fide exigui: reperti ſunt di
uino aſſiſtente auxilio martyrium animoſiſſime toleraſſe
Unde Tho. quotli. j. q. viij . dicit Cōtritus tenetur in gene
rali velle pati magis quamcunqꝫ penam: ꝗ̄ peccare. Ideo
Anſelmus libro de ſimilitudinibus dicit. ꝙ aliquis debet
magis eligere eſſe in inferno ſine culpa ꝗ̄ in paradiſo cū
culpa. quia innocens in inferno non ſentiret penā/ ⁊ pecca
tor in paradiſo nō gauderet de gloria. Et q̄ꝛ cōtritio nō po
teſt eſſe ſine caritate /per quam omnia dimittuntur pecca
ta. ex charitate em̄ plus homo diligit deū ꝗ̄ ſeipſum . pec
care autem eſt facere cōtra deum. puniri autē eſt aliquid
pati contra ſeipſum: ideo caritas hoc requirit: vt quālibet
penam homo contritus preeligat culpe. Sed in ſpeciali de
ſcēdere ad hāc penā / vel ad iſtā nō tenetur. quinimmo ſtul
te faceret ſi quis ſeipſum vel aliū ſollicitaret ſuꝑ huiuſmo
di particularibus penis. Manifeſtum eſt em̄ ꝙ ſicut dele=
ctabilia plus mouent in particulari cōſiderata ꝗ̄ in com=
muni. ita terribilia plus terrent ſi in particulari conſide=
rentur. Et aliqui ſunt qui in minori temptatione nō cadūt
qui forte in maiori caderent. Sicut aliquis audiēs adulte
riū nō incitatur ad libidinē: ſed ſi per cōſideratione deſcen
dat ad ſingulares illecebras magis moueretur . Et ſimili
ter aliquis nō refugeret pati mortē pro xp̄o: ſed ſi ꝑ cōſide=
rationē deſcēderet ad cōſiderandū ſingulas penas magis
retraheretur. Et ideo deſcendere in talibus ad ſingula=
ria eſt inducere hominem in temptationem/ ⁊ prebere oc=
caſionem peccandi . hec Thom̄. ¶ Utrum aūt quis poſſit
effici martyr ſine morte: Rn̄detur ꝙ ſic ſex modis. De tri=
bus dicit Ber. Triplex eſt martyriū. eſt martyriū ſine ſan=
guine: ſcʒ parcitas in vbertate. quam habuit Dauid. Lar=
gitas in pauꝑtate: quā habuit Thobias ⁊ vidua. Et caſti=
tas in iuuētute: q̄ vſus eſt Ioſeph in egypto. ſecūdū Greg.
etiā triplex eſt/ vcʒ patiētia aduerſorū. vn̄ dicit Sine ferro
martyres eſſe poſſum⁹ ſi patiētiam veraciter in animo cu
ſtodimus. Cōpaſſio afflictorū. vn̄ dicit. oīs q̄ dolorē exhibʒ
in aliena neceſſitate: crucē portat ī mēte. Dilectio inimico



rū. Un̄ dicit ferre cōtumelias: odientē diligere: martyrium
eſt in occulta cogitatione. K ¶ Sed queritur an habēs
charitatē imꝑfectā poſſit ſuſtinere martyriū: hāc queſtio=
nē mouet ſctūs doc. quotl. iiij. q. xxij. ſub hac forma . Utrū
aliquis abſqꝫ perfecta caritate poſſit ſe ad martyriū offer=
re: Rn̄det in opibus virtutum duo ſunt attendenda: ſcʒ il
lud quod fit: ⁊ mod⁹ faciēdi . Cōtingit aūt idē factū qđ fit
ſecūdū aliquā ꝑfectā caritatem /fieri etiā non ſolū ab ha=
bente paruam caritatem: ſed etiā a nō habente virtutem.
ſicut aliq̄s nō habens iuſtitiā pōt facere aliqđ opus iuſtū.
Sed ſi attendim⁹ ad modū faciendi : is q̄ nō habet virtutē
nō poteſt operari ſicut ille qui hʒ. nec ille q̄ habet paruā: ſi
cut ille q̄ hʒ magnā qui operatur faciliter ⁊ prōpte ⁊ dele=
ctabiliter. qđ nō facit ille qui caret ꝟtute: vel qui paruam
hʒ. Sic ergo dicendū eſt ꝙ hoc opus qđ eſt offerre ſe mar=
tyrio/ vel etiā martyriū ſufferre poteſt facere nō ſolū cari=
tas ꝑfecta. iuxta illud Ioh. xv. Maiorē caritatem nemo ha
bet vt animā ſuā ponat q̄s ꝓ amicis ſuis: ſʒ etiā imꝑfecta
caritas. vn̄ glo. ſuꝑ illud p̄s. Dilexi mandata tua ſuꝑ aurū ps cxviij.
⁊ topaſiō: dicit minima charitas plus diligit dei legē ꝗ̄ mi
lia auri ⁊ argenti. ⁊ eadē rōne ꝗ̄ omnia tēporalia . Et qđ
plus eſt: ille q̄ caret charitate ſe offerre pōt martyrio/ ⁊ ſuf
ferre. ſecundū illud. j. Corin. xiij. Si tradidero corpus meū
ita vt ardeā: charitatē aūt non habeam: nichil michi pro=
deſt. Sʒ charitas ꝑfecta hoc facit prompte ⁊ delectabiliter
vt ptʒ de laurentio ⁊ Uincentio qui in tormētis hilaritatē
oñderūt. hoc aūt nō pōt facere charitas īperfecta: vel etiā
ille qui charitate caret. hec Tho. Sed an expediat imꝑfe=
cto ſe ſubijcere ſpōte martyrio: Rn̄detur ꝙ niſi diuinit⁹ q̄s
ſit motus: hoc incautū eſt: ⁊ tales ī magna multitudine re
periūtur fidē negaſſe. vt ptʒ per euſebiū. lib. vj. Eccle . hiſt.
ca. xxx. Tertio exigitur vt fidē q̄libet fateatur opere ſi vult
ad vitā ingredi: ⁊ meritorie agere. Nam fides ſine operib⁹
mortua eſt. Iaco. ij. Et ſi vis ad vitam ingredi: ſerua man
data. vbi thema. L ¶ Tertio principaliter videndum
eſt quot ſunt genera hoīm q̄ p̄ceptum de fide tranſgrediun
tur. Sunt aūt quinqꝫ. Primo fidē adiſcere negligētes . Nā
in decretis per Aug⁹. de cōſe. di. iiij. Statutū eſt ꝙ patrini
tenent̄ filios docere ſymbolū aploꝝ. Et rō eſt: q̄ꝛ ibi ea vel
paulo plura ꝯtinent̄ ꝗ̄ quilʒ credere teneat̄/ ⁊ ordinate ibi
articuli ponūtur: ⁊ memorie facili⁹ īprimūtur. Tenent̄ in=
quā diſcere neſciētes niſi excuſarēt: vt ſupra ībecillitate in
genij/ carētia doctoꝝ/ aut ꝓpinquitate puericie. M ¶ Se
cūdo ī fide dubitātes. Nā tales dicūt̄ heretici q̄ dubitāt de
fide catholica. vt ptʒ auctoritate extra de hereticis . libro

v. vbi dicitur dubiꝰ in fide infidelis eſt. nec eis oīno credē
dum eſt: qui fidem veritatis ignorāt. Hec ibi. Nō creden=
dum dicit apparatus:id eſt teſtimoniū eoꝝ nō recipiendū.
Et patēt illa de Thoma Iohā.xx.cui xp̄s Nolli eſſe incre=
dulus:ſed fidelis. vnde et didimꝰ dicitur iō qꝛ dubitauit.
Rōne etiā patet .qꝛ dubitans nō eſt in fide:eo ꝙ non aſſen
tiat alicui articulo certo vel oībus. Et qui nō eſt in fide:
eſt cōtra fidē.ſm illud Math.xij.et Lu.xj. Qui nō eſt mecū
contra me eſt.Sic apl̄i fuerūt tp̄e paſſionis chriſti: ſꝫ cōfir
Ps.lxxiiij. mati fuerint in aduētu ſpiritusſancti. Nā glo.ſup illud ps.
Ego cōfirmaui colūnas eius :dicit apl̄os qui in paſſiōe ti=
tubauerūt. Idē dicere videtur beatus Auguſt. ſatis expꝰſ=
ſe libro de origine ad venatū : vbi dicit latronem bene de
xp̄o:⁊ apoſtolos male de chriſti diuinitate ſenſiſſe. Tertio
preſumptuoſe fidei articulos ſcrutari volētes.ſicut Augu=
ſtinus ante cōuerſionem fecit cōtra illud Eccle.iij. Altio=
ra te ne q̄ſieris. ⁊ fortiora te ne ſcrutatꝰ fueris. ⁊ qui ſcru
tator eſt maieſtat : opprimet a gloria.vn̄ Bern̄.fidē ſcruta
ri preſumptuoſe temeritas eſt :credere pietas eſt.noſcere
vero vita eterna eſt. N ¶Quarto fidē ore negātes licet
corde teneāt:tales mortaliter peccāt.vt ſupra patuit: qua
les fuerūt Nicodemꝰ/Ioſeph ab arimathia/⁊ multi princi
pes iudeorū in chriſtū credētes:ſꝫ ne extra ſynagogā eijce
rentur:eum non fatentes.de quibꝰ habetur Iohan.xij. Pec
cauerūt em̄ mortaliter.dicit ibi Nico.de ly. quia p̄ncipes
erant qui plus tenebantur fidem aſtruere.⁊ quia erat de
neceſſitate ſalutis xp̄m confiteri:ibi ⁊ ibidem dicitur: Dile
xerūt gloriā hominū magis ꝗ gloriā dei. Nā vt dicit Tho.
Scd̄a ſcd̄e.q.cxxxj.Quando quis gloriam ſuā prefert teſti=
monio dei:ſicut contra prefatos principes dicitur: peccat
Similiter ⁊ Petrus/ter peccauit mortaliter negando xp̄m
vt ꝓbat Thomas in quotlib.ſuis. O ¶Quinto heretici
⁊ ipſis credētes/eoꝝ defenſores /receptatores/⁊ fautores.
Omnes iſti quinqꝫ etiam ſunt excommunicati quando vi=
cium eorum in aliquē actum exteriorem publice vel occul
te progreditur:vt plura iura expreſſe dicunt.

¶Capitulum.iij.tractat de ſpe.

SEcundo ſpes cadit ſub p̄cepto. vt dicit ſan=
ctus Tho.ij.ij.q.xxij.arti.j.vnde Hiere.xvij
Maledictus qui confidit in homine:⁊ ponit
carnem brachium ſuum/⁊ a domino recedit
cor eius.Unde ſpe etiam colitur deus cor=
de:qꝛ procedit ab habitu infuſo. A ¶Eſt
aūt ſpes(vt dicit magiſter in.iij.diſtin.xxvj)
certa expectatio future beatitudinis/veniēs ex dei gratia



⁊ ex meritis precedentibꝰ. Hic autē tria principaliter ſunt
videnda. Primo que principaliter ſperare ⁊ appetere de=
beamus.Secūdo quomodo cōtra hoc mandatum excedāt
deſperantes. Tertio quomodo preſumentes. ¶Circa pri=
mum ꝓ intellectu habitus ſpei ⁊ exercitio eius actus : eſt
ſciendū ꝙ actus huius ſecūde virtutis eſt cōfidere firmiter
vel certa cōfidētia quā quilibet debet habere nōqꝫ in actu:
ſed ſemper in habitu de hoc ꝙ eternaliter ſaluetur : que
confidentia debet inniti ex vna parte ſuper diuina gratia
⁊ miſericordia /cui debet confidere ꝙ ipſum ſaluabit:⁊ ex
alia parte ſuper proprijs meritis que ad hoc vult habere/
gratia adiutrice. Debet em̄ firmiter ꝓponere in corde ſuo
ꝙ peccata vitando/⁊ bene viuendo velit mereri vitā eter=
nam.quia ſine hoc ꝓpoſito eſſet magis preſumptio ꝗ ſpes
ſicut ſunt q̄ confidunt fatue ꝙ ſaluabuntur/tamen nihil fa
cere volunt/vel dimittere pro ſalute ſua. B ¶Illa aūt
que ſunt ſperanda ⁊ deſideranda(quia non poſſumus vir=
tute propria conſequi)debemꝰ ea petere a deo. Et iſta ſub
numero ſeptemplici enumerantur breuiter/vtiliter ⁊ ordi
natiſſime Math.vj.in oratione dn̄ica in qua ſcd̄m Tho.ij.
ij.q.lxxxiij.arti.ix. Inuocamus primo deū rememorando
quis eſt:qꝛ pater noſter.puta fideliſſimus/pijſſimus/ditiſ=
ſimus/ſummus/⁊ prudentiſſimus. Pater inquam creatio=
ne/gubernatione/redemptione/gratificatione / ⁊ glorifica
tiōe. Sed vbi eſt? In celis ſpecialiori effectu ⁊ ſumma poſ
ſeſſione. Primum igitur dicitur pater noſter: vt nichil dif
fidamus. Secundum additur in celis : vt cor ſurſum ha=
beamus. Poſt hoc ſeptem per ordinem petimus: vbi ſicut
eſt ordo:ita ⁊ dignitas ſeptem bonorū. Petimus em̄ p̄mo
Sanctificetur nomen tuuꝫ/id eſt honorificetur ⁊ laudet: vt
memoria tui nominis quo deꝰ noſter/⁊ pater diceris:ſem
per ⁊ vbiqꝫ in reuerentia habeatur.⁊ hoc in cūctis operi=
bus/principaliter debemus intendere. Et pfectiſſime fiet
in patria:vbi memoria eo fecūdabitur/intellectus vnietur
⁊ voluntas amore amplexabitur. Non autem ſic petitur
ſecundum Auguſti. in ſermone dn̄i in monte:quaſi non ſit
ſanctum nomen dei : ſed vt ſanctum habeatur ab homi=
nibus:id eſt ita innoteſcat illis dominus vt non eſtiment
aliquid ſanctius quod magis offendere timeāt. Sed quia
perfecte in nobis ſanctificari non poteſt nomē patris / niſi
in patria tuto loco:ideo dicimus ſecūdo Adueniat regnuꝫ
tuum.Eſt autē ſola debita via ad hoc regnum:vt voluntas
dei impleatur:que preceptis innoteſcit clare. Ideo tertio
dicitur Fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Ad hec
aūt precepta continuanda meritorie : neceſſarius eſt pa=

nis. ⁊ ſubſidiū tā̄ corporis ꝙ̄ aīe. quod petimꝰ quarto dicē
do Panē noſtrū quotidianū.⁊c.Et hec quattuor ſunt bona
poſitiua.reſidua ſunt liberationis a malis q̄ ſunt tria. Pri
mum ⁊ peſſimū eſt culpa p̄terita/ cōtra quā dicimꝰ Dimit=
te nobis.⁊c. Tenemur em̄ ad penā eternā/ ad irā dei/ ⁊ ad
multa mala alia ſuſtinēda. Scdꝫ eſt futurꝫ malū i qd̄ inci=
dere poſſumꝰ inclināte tēptatione.contra qd̄ dicimꝰ. Et ne
nos idu. i ten.Ultimo petimꝰ:libera nos a malo/ pene ſcꝫ:
et ab oī qd̄ pōt impedire ſeruitiū dei.Amen.i.fiat qd̄ opta
mus. ¶ Sꝫ notandū ꝙ orō qn̄qꝫ eſt i precepto ſm̄ Tho.
in diuerſis locis. vt in.iiij.di.xv.⁊ ſcda ſcde.q.lxxxiij. Prīo
ad horas canonicas tenent̄ miniſtri eccleſie.q2 mediȷ ſunt
inter deū ⁊ populū. q2 nutriūtur a pplo. et quia ad eucka=
riſtie ſacramentū debēt eſſe diſpoſiti ampliꝰ.Unde bn̄ficia=
ti/⁊ in ſacris cōſtituti/⁊ religioſi ꝓfeſſi ad horas tenēt̄ur.
Scdo:quilibet tenetur interdū pro ſe orare: ⁊ ſibi ꝓcurare
bona ſpiritualia. q̄ nec marie virgini data ſunt ſemꝑ ſine
oratione:p̄ſertim tn̄ ad hoc tunc aliquis tenet̄:qn̄ grauiter
temptatur nec aliter pōt adiuuari. Tertio ꝓ proximo in ca=
ſu neceſſitatis:quo ꝑ aliū nō iuuaretur in temptationibus
ſuis in mortalibꝰ me ſcientie hoc: ⁊ cū nec alio modo iuua
re poſſet. Tunc em̄ locū habet illud Ambro.paſce fame(ſcꝫ
ſpirituali)morientē:ſi nō paniſti occidiſti.ſed hoc difficile
eſt ſcire. Quarto dn̄icis diebꝰ et in feſtis precipuis ad con
formandū ſe miniſtris eccleſie. Hec ſententialiter Tho.ſu=
per.iiij.di.xv. ¶ Quinto quādo quis vouit aliquid ora=
re.Sexto ſi ſatiſfactionem in pn̄ie ſacramēto ꝑ orationē re
cipit ꝓ ſe.Septimo ſi ſatiſfactionē orationū ꝓ alio ꝓmiſit.
Octauo ex bn̄ficio recepto in elemoſina ſpūali vel corpora
li ꝓ dāte bn̄ficiū:ſicut pauperes ꝓ diuitibꝰ a quibꝰ elemo=
ſinā recipiūt.⁊ diuites ꝓ clero a quo ſermonē ⁊ ſacramēta
recipiūt niſi aliūde refundāt.Prefati aūt vltimi q̄ttuor mo
di ſunt ſaltē debiti et ſi non p̄cepti ſꝑ q̄ ad oēs. ¶ Con=
tra hoc mandatū ſpei exceditur. Primo ꝑ deſperātes. Ubi
ſciendū ſm̄ Tho.et Bonauen̄.ſuꝑ ſecūdo circa finem.ꝙ de
ſperatio non eſt ſemꝑ pctm̄ in ſpm̄ſctm̄. Aliquādo em̄ quis
deſperat ſm̄ Bonauen̄.ex puſillanimitate: ita ꝙ in ipſa de
ſperatione nō venit cōplacētia:ſed dolet et renititur cōtra
ipſam:et ſic non eſt in ſpiritumſanctū:q2 ex tali deſperatio
ne nō proiȷcitur homo in profundū. Poteſt enim hoc ex ve
hementi demonis temptatione prouenire:vel aliquādo ex
naturali infirmitate: vt ex mania vt crebro contingit repe
rire in feminis.Unde bonauen̄. ſuper ſecundo dicit.deſpe=
rat aliquādo quis ex puſillanimitate:ita ꝙ in ipſa deſpe=
ratione non venit complacētia: ſed dolet et renititur cō=



tra ipſam:⁊ ſic nō eſt peccatū in ſpiritūſanctū. Hec in ſecū=
do.diſ.xliij. Eſt alia deſperatio qua quis deſperat diffiniti
ue abſcondēs ſe quaſi a facie diuine miſericordie.ſecundū
ꝙ cayn fecit qui dixit:a faciē tua eiȷcis me hodie:⁊hoc ſim
pliciter eſt peccatū in ſpiritūſanctū: quia eſt in cōtumeliā
diuine miſericordie: cui ſuam prefert iniquitatē. ſicut ait
cayn:maior eſt iniquitas mea: ꝙ̄ vt veniā merear. Ex hoc
tamen Gen̄.iiij.b. iudicatur infidelis. aut quia talis bene
ſentit de aliȷs/et male de ſe: aut certe quia nō eſtimat deū
miſereri velle.Et tale peccatū in ſpiritūſanctū ſemꝑ habet
coniunctā maliciā pro eo ꝙ qui ſic deſperat in tali culpa
vult vitā ſuā finire.Unde tales deſperatiſſimi frequēter ſi
bi inferunt mortē.Et tho.dicit ꝙ deſperatio inquātum de=
ſperatio eſt ſpecies pcti in ſpm̄ſanctū: que non prouenit ex
hoc ꝙ aliq̄s neget remiſſionē pctōꝝ: ſed remiſſionē pctōꝝ
quā fieri credit vt liberiꝰ vacet pctis ſponte a ſe abiȷcit dū
non vult tēdere in hoc ꝙ remiſſionē peccatorū cōſequatur.
¶ Cauſa aūt quare deſperatio eſt pctm̄ ſm̄ Tho.vbi priꝰ.
Quia oīs motꝰ appetitiuꝰ cōformiter ſe habēs intellectui
falſo/eſt ſecundū ſe malus. ⁊ econuerſo bonus de deo vere
eſtimato. Sed circa deū vera eſtimatio intellectꝰ eſt:ꝙ ex
ipſo ꝓuenit hoīm ſalꝰ et venia pctōribꝰ dat̄.ſm̄ illud Eze=
chie.xviij.Nolo mortē peccatoris:ſꝫ vt conuertat̄ et viuat.
Falſa aūt opinio pctōꝝ eſt ꝙ hoī penitēti pctōꝝ veniā de=
neget. vel peccatores ad ſe conuertat per gratiā iuſtifican
tem. Et ideo ſicut motus ſpei qui cōformiter ſe habet ad
eſtimationem verā eſt laudabilis et virtuoſus:ita oppoſi=
tus motus deſperationis qui ſe habet conformiter eſtima
tioni falſe de deo eſt viciosus et peccatum. ¶ Secundo
peccant contra ſpem preſumentes. Ubi notandum ſecūdū
Bonauen̄. ꝙ preſumptio duplex eſt. Una eſt de meritis.
Alia eſt de impunitate Prima eſt qua quis de meritis ſu=
is preſumit: et eſt ſuperbie. Secunda eſt qua quis preſu=
mit de impunitate: dans totum diuine miſericordie/ et au=
ferens ei omnino rigorem iuſtitie. et hoc eſt peccatum in
ſpiritum ſanctum. quia claudit viam ad gratiam / et ad
culpam aperit. Et ſecundum Thom̄. preſumptuoſus non
peccat ex hoc ꝙ miſericordiam dei nimis magnam arbi=
tratur / cum ſit infinita: ſed iuſtitiam eius contemnit/ et
in hoc etiam miſericordie derogat / abutens ea / ac ſi non
eſſet iuſta. Et vt dicit ſecunda ſecunde.q.xxij.ar.ij. Pre=
ſumptio ideo peccatum eſt: quia ſicut falſum eſt ꝙ de=
us penitentibus non indulgeat./ vel ꝙ peccantes ad pe=
nitentiam non reuocet: ita falſum eſt ꝙ in peccato per=
ſeuerantibus veniam concedat / et a bono opere ceſſan=

tibus gloriā largiatur. cui eſtimationi cōformiter ſe habet
preſumptionis motus. ⁊ iō p̄ſumptio eſt minus peccatū q̄
deſperatio: q̄tomagis eſt propriū deo miſereri ⁊ parcere /
q̄ punire propt̄ eius infinitam bonitatem. Illud enim ſecū
dum ſe cōuenit deo: hoc aūt propt̄ pctā noſtra. Vn̄ peccare
cum propoſito pſeuerandi in pctō ſub ſpe venie: ad p̄ſum
ptionē ptinet. ⁊ hoc nō diminuit: ſꝫ auget pctm̄. H Pec=
care aūt ſub ſpe venie qn̄qꝫ pcipiēde cū propoſito abſtinē=
di a pctō / ⁊ penitēdi de pctō: hoc nō eſt p̄ſumptionis / ſꝫ hoc
pctm̄ diminuit. quia p huiuſmodi videtur habere volūtatē
minus firmatā ad peccandum: iō magiſter dicit lib. .ij. di.
xxij. ꝙ Adā minus peccauit: qꝛ ſub ſpē venie peccauit. hec
Tho. Caueāt hic primo inordinatā ſpē in quoſdā ſanctos
ponētes: qui fuiunt btē Barbare / katherine ⁊ ſimilibus. q̄
licet bn̄faciant his fuiēdo: videant tm̄ vt ſpē ſuā cum exe=
cutione dei vocationum ⁊ mandatorū roborēt. Secūdo ca=
ueant / ſpē in hominē aliquē nimis ponētes. ſicut faciūt pa
rētes interdum propt̄ liberos / negocia ⁊ opa cōtra p̄cepta
dei actitantes. contra quos dicitur hiere. xvij. Maledict⁹
qui cōfidit in homine / ⁊ ponit carnē brachiū ſuū: ⁊ a domi=
no recedit cor eius. Caueant tertio penitētiam pcraſtinā
tes: ⁊ ſic ſperantes tandē cōuerti in fine. qđ difficile eſt nō
impoſſibile propt̄ ſex: videlꝫ propt̄ īfirmitatē vſum ratiōis
⁊ voluntatis tardantē. propt̄ dolorē mentē p̄pedientē. pro=
pter habitū vicioſuꝫ ad mala inclinantē. propt̄ timorē mor
tis naturam terrentem. propter familiā reliquendam per=
ſtrepentem / et demonem tentantem. Tertio peccant con
tra hoc preceptum orationem dominicam et ſymbolum
apoſtolorum nō addiſcentes: quia ibi continētur ſperāda.

Capitulū. iiij. tractat de dilectione.

TErtio dilectio cadit ſub p̄cepto / qua ſi=
bi ſeruire debem⁹. De qua dilectione.
primo videbitur q̄ ſtricte precipitur:
et q̄ neceſſaria eſt. Secundo q̄ vtilis.
Tertio qualiter cadat ſub precepto.
Quarto q̄ rōnabiliter / et cur precipit.
Quinto quot modis contra eam pec=
cetur. A Quantū ad primum q̄ ſtri
cte precipiatur dei dilectio / patet per
plura. Nā exodi. xx. deū diligentib⁹ et deū odientibus terri=
bilis pena indicitur: ⁊ primū promittitur / cū poſt primum
preceptū immediate addit. Ego ſum dn̄s deus tuus / fortis
zelotes / viſitās iniquitatē patrū in filios in tertiā ⁊ quartā
generationē eoꝝ q̄ qui oderunt me: ⁊ faciēs miam in milia



his qui diligūt me / ⁊ cuſtodiunt precepta mea. Prima pars
vt dicit Tho. ſcđa ſcđe q. cviij. habet veritatē de pēa tp̄ali
qua filij puniunt qui ſunt aliquid parentū. ⁊ ſic de cognatis
qui ſepe viuūt vſqꝫ ad quartā gn̄ationē. Secūdo ſm magi=
ſtrum in .ij. diſ. xxxiij. habꝫ v̄itatē de filijs ⁊ cognatis vnitati
bus pctā parentū. Sed tertio nūq̄ intelligit ꝙ fili⁹ vel ali⁹
puniatur pena culpe vl' eterna p pctō alteri⁹. Scđa pars
patꝫ. qꝛ ſepe tota terra vna meli⁹ hꝫ p pfecto in charitate
homine: vt ptꝫ de Joſeph / dauid / abrahā. ⁊ de helia celū ape
riente ad pluēdū. B Itē neceſſitas oſtēdit / Deut. vj. vbi
ſic dr̄. Diliges dn̄ꝫ deum tuū ex toto corde tuo / ⁊ ex tota aīa
tua: ⁊ ex tota fortitudine tua. Math. xxij. addit ex oī mente
tua. Erūtqꝫ v̄ba hec q̄ p̄cipio tibi hodie ī corde tuo: ⁊ narra=
bis ea filijs tuis: ⁊ meditaberis ſedēs ī domo tua / ⁊ ambu=
lans ī itinere / dormiēs atqꝫ cōſurgēs: ⁊ ligabis ea q̄ſi ſignū
in manu tua: erūtqꝫ ⁊ mouebunt̄ an̄ oculos tuos: ſcribeſqꝫ
ea ī limie ⁊ oſtijs dom⁹ tue. Nō tn̄ debēt ad lr̄aꝫ (dicit Glo.)
in manu corporali ligari: ſed ſp̄uali / id eſt in oī opere adiun
gi. Ideo dicitur quaſi. Alias ſicut phariſei faceremus: ſi in
manibus corpeis ea deferrem⁹. nec ſcribere ad litterā ī li=
minibus ⁊ oſtijs oportet: ſed in oī egreſſu ad opus debēt ſer
uari. Nā ſm Tho. dilectio dei ⁊ proximi debet eſſe regula
oīm humanorū actuū Itē Math. xxij. Exiſtēs ſine veſte cha
ritatis licet ī nuptijs ſit eccleſie quo ad fidē: tn̄ ligatꝫ mani=
bus et pedib⁹ proijcit̄ ī tenebras exteriores / vbi erit fletus
⁊ ſtridor dentiū. C Item. j. Cor. xiij. Oſ̄dit ꝙ nulla elo
quētia nec ſcia / nec miracl'a / nec elargitio elemoſinaꝝ / nec
paſſio valet ſine charitate. Si īquit linguis hoīm loquar ⁊
angelorū: charitatē autē nō habuero: fact⁹ ſum velut es ſo
nans / ⁊ cimbalū tinniēs. Et ſi habuero pphiaꝫ ⁊ nouerī mi
ſteria oīa ſcripture: ⁊ omnē ſcientiā. Et ſi habuero fidē ita
vt mōtes trāſferā: charitatē aūt nō habuero / nihil ſum: ſcꝫ
qꝛ vita charitatis careo. Et ſi diſtribuero ī cibos pauperū
omnes facultates meas / et ſi tradidero corpus meum ita
vt ardeam: charitatem autem non habuero: nihil mihi pro
deſt. Item i. Corin. vlti. Si quis non amat dominū ieſum
chriſtum: ſit anathema / ſcilicet maledictus ſm Glo. quia
maledicetur in iudicio illa maledictiōe de qua Math. xxv.
Ite maledicti in ignem eternum. D q̄ vtilis vero ſit
dilectio / patet ex ſeptem Primo filium dei conſtituit cha=
ritas: quia miſit deus ſpiritum filij ſui: in quo clamamus
Abba pater. Roma. viij. et Gala. iiij. et Johan. j. Dedit eis
qui eum receperunt poteſtatem filios dei fieri qui credunt
in nomine eius. Nam charitas peccatorem de infinita di=
ſtantia in quam cecidit per mortale peccatum a deo: ī qua

fuit in regione longinqua filius prodigus:eleuat ad vnio=
nem cum patre celeſti : hoc enim gratie officium eſt dicit
Albertus.ij.ͣde mirabili ſcientia dei . Secundo facit me=
reri quolibet opere moraliter bono vitam eternã:aut eiꝰ
augmentum:quia ſi filij ⁊ here des vt dicitur Gala . iiij.et
Roma.viij.Tertio facit ꝙ per modica bona temporalia in
charitate pro deo data/⁊ ſic de alijs:tantum meretur quis
quantum alius per multa temporalia data:vt patet de vi
dua cum duobus minutis miſſis in gazophilatium. Luce
xxj.que chriſti teſtimonio pluſq̃ omnes miſit . Et de ſan=
cto petro : qui licet modicum reliquerit : cum ait Matth.
xix . Ecce nos reliquimus omnia ⁊ ſecuti ſumus te / quid
ergo erit nobis ? Reſpondit:amen dico vobis ⁊c . centu=
plum accipietis/ ⁊ vitam eternã poſſidebitis . Non enim
vt dicit ſuper eodem Grego.quantum:ſed ex quanto/id eſt
ex quanta charitate q̃s dat deꝰ ponderat:tunc ſcilicet quã
do non adeſt facultas exterior.Quarto facit interdum ni=
chil habentem de bonis exterioribus tãtum mereri de pre
mio eſſentiali quantum alius meretur qui multum dat.vt
patet in eo videlicet qui in paupertate exiſtens:ex magna
charitate vellet dare centum florenos ⁊ non poteſt dare:
tantum in caſu poteſt mereri ſicut qui centũ florenos dat.
Exempli gratia:pauper nichil habens/in charitate tamẽ
exiſtens vt duo quo ad gradum qui perfectum animum ha
bet dandi alteri mendico decem florenos:tantum meretur
de premio eſſentiali/quantum diues ex equali charitate
dans actu decem florenos.ſecundus tamen premium acci
dentale habebit:quia gaudebit de eo ꝙ voluntatem dan=
di habuit/⁊ ꝙ dedit:⁊ pauper mendicus pro eo intercedet
ſed hec modica ſunt reſpectu eſſentialis premij quod erit
de creatore.hoc probat ſententialiter ſanctus Thom̃.pri
ma ſecunde.queſt.xx.articu.iiij. ¶ ¶Quinto impetrat
⁊ meretur ſcientiam magnam in patria ⁊ gaudium:ſic ꝙ ſi
ſimplex vetula in charitate decedit que habet charitatem
vt quattuor:⁊ magiſter in theologia ſi decedit in charitate
vt duo:vetula habebit clariorem ⁊ perfectiorem ſcientiaꝫ
de viſis in deo q̃ theologus:licet de habitibus ſcientificis
acquiſitis magiſter plus habiturus ſit de ſcientia: ſed hoc
modicum eſt reſpectu ſcientie de deo immediate habende
Rationem huius aſſignat Thomas in prima parte que=
ſtione duodecima articulo ſexto. Quia magnitudinem
charitatis vix ſequitur in patria magnitudo luminis glo
rie:⁊ magnitudinem luminis glorie ſequitur itimior vnio
⁊ viſio diuine eſſentie:⁊ quanto intimius videtur deus et
vnitur alicui intellectui:tanto plura ⁊ intenſius ſciet quis



ea que relucent in deo.⁊ per conſequens maior delectatio
ſequetur ⁊ maius gaudium Charitas enim ſinum cordis
primo aperit/id eſt capaciorem reddit. ¶ Sexto chari=
tas facit ꝙ diligentibus deum omnia cooperantur in bo=
nũ.Roma.viij.His celum eſt premiũ : infernus a peccatis
prohibitoriũ:⁊ ſimiliter limbus ⁊ purgatorium bona tem=
poralia ſuſtentamentum:⁊ omnis aduerſitas/lucrũ per pa
tientie meritum:q: dicit Greg.nulla nocebit aduerſitas ſi
nulla dominetur iniquitas.Nulla em̃ prudẽti poteſt adeſ=
ſe mala fortuna.quia vt dicit Boeti.de cõſola.In poteſta=
te eius eſt aduerſis beneuti ⁊ proſperis.Septimo in via fa
cit omne opus leue.Iugum enim(inquit xp̃s)meum ſuaue
eſt/⁊ onus meum leue.Matth.xj.immo finis precepti eſt
charitas.p̃ma thimo.primo. ¶ Tertio qualiter cadat
dilectio dei ſuper omnia ſub p̄cepto videndũ eſt.Ubi notã=
dum prout elicit̃ ex varijs dictis:ſcꝫ Tho.⁊ aliorũ videtur
ꝙ tripliciter dilectio dei intelligit̃ p̄cepta.Primo placabi=
liter ſuper omnia ſic ꝙ velis deo bonum / ⁊ complacentiã
in hoc habeas ſine relatione ipſius in quodcunq̃ aliud bo
num . Pro cuius intellectu notanda ſunt aliqua . Primo
quid ſit diligere?Reſdondetur ſm̃ philoſophũ in retho.Eſt
alicui bonum velle:vt diligere hominem eſt ſibi bonũ vel=
le.Secundo quid ſit homini bonum ? Reſpondet philoſo=
phus.j.ethico.⁊.x.Felicitas ſua/virtutes/⁊ ſcientie.⁊ hec
nunq̃ obſunt ſibi quantum eſt de ſe . ſimiliter ⁊ bona tem=
poralia/⁊ mala pene deſeruientia ad virtutes. ¶ Ter=
tio nota ꝙ duplex eſt dilectio in hominibus . quedam con=
cupiſcentie que vtilitatis noſtre gratia eſt : puta cum ali=
quis diligit aliquam rem propter ſe diligentem. ⁊ ſic dili=
gimus aſinum/capram/cibum/⁊ ſimilia:quia vtilia nobis
ad honorem/ad delectationem/vel ad commodum noſtrũ:
⁊ tali dilectione diligit homo ſe principaliter/non aliud.
Alia eſt dilectio amicitie puta cũ q̃s diligit aliquẽ hoĩem
ꝓpter ipſuꝫ dilectũ hoĩem:vt cũ quis videt aliquẽ ſapientẽ
virtuoſum/⁊ huiuſmodi:⁊ ſibi iſta vult ineſſe ⁊ complacet
in eis:diligit eum dilectione amicitie. Quarto nota ꝙ pro
prie deo nichil bonum eſt / niſi id quod ipſe eſt : videlicet
ꝙ eſt omnipotens:omniſciẽs:miſericordiſſimꝰ:patientiſſi
mus/ditiſſimus/⁊ ſimilia . Nam ieiunare/orare/virtutes
acquirere/vicia vitare:non ſunt deo bona: licet coram no
bis ei ſint honorifica . quia bonorum noſtrorum non indi=
get:ſed nobis prefata bona ſunt.⁊ per ea coram nobis glo
rificatur pater qui in celis eſt.Ex quo patet quid ſit deum
ſuper omnia diligere.quia ſibi bonum velle videlicet medi
tari velle ⁊ cõplacentiã habere ꝙ eſt oĩpotẽs/ſapiẽtiſſimꝰ

optimus/⁊ ſimilia. Et ſic amamꝰ ſecundo amore videlicet a=
micitie non ꝓpter aliud/nec relatiue ad aliud. non autem di
ligere debemus eum p̄mio amore ſcilicet concupiſcentie/ vi=
delicet vt velimꝰ ſibi bonum maxime/ qꝛ nobis dona dat:qꝛ
tunc nos plus diligeremꝰ. Unde ber.li.j. de diligendo deum:
abſqꝫ intuitu premij diligẽdus eſt deus. verus eñ amor in ſe
ipſo contentus eſt. Et iterum: licet deus ſit abſqꝫ intuitu pre
mij diligendus/non tamen abſqꝫ p̄mio diligitur. Unde quãto
quis purius diligit deum ꝓpter ſe/⁊ quãto minꝰ habet reſpe
ctum ad ſe diligentem: tanto deo dilectio plus placet/ ⁊ am=
plius homo meretur. Ratio aũt quare ſic diligere debemus
deum ꝓpter ſe eſt. Prima:qꝛ niſi ſic tunc non diligeremꝰ euꝫ
nobiliori modo ꝗ diligimus equum/ aſinum/ ⁊c.quibꝰ bonũ
volumꝰ ꝓpter nos. Item naturaliter mater filio vult bonum
ſepe ſine omnĩ reſpectu vtilitatis ꝓprie:vt in caſu quo filius
iuuenis moreretur:ergo plus tenemur deo. Item idem patꝫ
in amicis veris/ad quos exigitur vt non diligant vtilitatis
aut delectationis gratia/ſed amicum ꝓpter ſe. Itẽ experien
tia eſt ꝙ ꝗs diligit ꝓpter ſe eum quẽ nunꝗ videbit vltra ma
re exiſtentem. vt ſi audis de probo milite in armis ⁊ virtuti=
bus:vis ſibi bonũ ⁊ cõplacentiam habes in eo:licet nulla vti
litas tibi inde ſequeret. Cur ergo nõ diligeremꝰ deum ꝓpter
ſe ſine reſpectu ad aliud ab eo. Ex quo patet ꝗ multũ meren
tur qui dei perfectiones ſepe meditando conſiderant:et cor=
de ſibi in hoc complacent. Optimus enim actus eſt diligere
deum. I ¶ Hic queritur primo. an deum diligere poſſim
vt det mihi vitam eternam/ſeu celum? Reſpondetur nõ:ſed
ꝑ plura opera alia deo ſeruire poſſumus ꝓpter vitaꝫ eternã.
Nã differunt ſeruire deo/⁊ diligere:ſicut genus ⁊ ſpecies. Uñ
opera bona debeo facere plura ⁊ conari implere alia p̄cepta/
⁊ alia ꝓpter vitam eternam. qꝛ opera talia bona ſunt vie ad
celum. ſed diligere deum non debeo/ vt vitam eternam mihi
donet. qꝛ ſic ordinarem deum in creaturã/ ⁊ in vtilitatem me=
am:qđ illicituꝫ eſt. Tum quia hoc eſſet vti fruendis:qđ nun=
ꝗ licet vt dicit Aug.j. de doctrina xpiana. Tum qꝛ ſic me p̄n
cipaliter quererem. Tum etiam quia deteriora debent eſſe
gratia melioꝝ ſcđm philoſophum in polit .quod hic nõ fie=
ret. Secundo queritur poſſum ne diligere deum ꝓpter bene=
ficia que mihi dedit? Rñdit tho. ſcđa ſecunde.q.xxvij. ar.iij.
Si ly ꝓpter dicat cauſam finalem non debeo. qꝛ ſic vterer eo.
Si autem dicat cauſam occaſionalem /vel motiuam:poſſum
Ps.cxviij. ſecũdum illud pſalmiſte. Inclinaui cor meuꝫ ad faci. iuſtifi.
tũ. in eternum propter retributionem. Beneficia enim que
deus nobis dedit: velut facule nos accendere debent ad de=
um diligendum et occaſionem preſtare. Hec autem queſti=



ſicut et precedens ⁊ ſimiles:aut nunꝗ aut caute debent pre
dicari ſecularibus K ¶ Tertio queritur cur tam durum ap
paret ſecularibus deum a nobis non debere diligi ꝓpter be
neficia? Reſponſio ſecundũ Guil. parſienſ. lib. de virtutibus.
Hoc faciunt carentia doctorum realium/ ⁊ ignorantia ſecula
rium que ꝓuenit ex eo ꝙ ſe querunt non que dei ſunt/quod
charitas dei non facit:ſed dilectio curua. Querunt enim ho
mines nimis terrena/honores/diuitias/ et ſimilia. que licet
ſint minima bona:tamen in eis contentantur. Similes pue=
ris qui in piro plus amorem figunt:ꝗ in tota domo. Contra
hunc modum diligendi deum peccant directe quidam pecca
tores qui vellent ꝙ deus non noſceret peccata eorum/vel vt
ſibi peccata eorum placerent. contra quos in p̄s dicit domi= Ps.xlix.
nus. Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis. arguam te ⁊ ſtatuã
contra faciem tuam. tales enim vellent deum non eſſe omnĩ
ſcientem vel ſumme bonum. Et hoc eſt deum velle non eſſe
deum. qꝛ ſcientia ſua eſt deuſmet. L ¶ Secũdo contra hoc
faciunt odientes deum. vellent enim eum nõ eſſe iuſtum pu
nientem:immo triſtantur ꝙ iuſtus eſt vt faciunt etiam dam=
nati. Dicit aũt Thoñ. ij. ſecunde.q.xxxiiij. ꝙ odire deum in=
ter omnia peccata grauius eſt . quia in eo per ſe eſt auerſio
ab incommutabili bono: in alijs autem eſt auerſio per acci=
dens. Uerum licet deus clare viſus a nullo poſſit odiri:quia
ſic in eo nec apparens/ nec verum malum videretur: tamen
oditur a malis viſus in ſuis effectibus/videlicet punitionis
Sicut eñ videns per croceum vitrum pulchrũ hominẽ iudi
cat pulchrũ ⁊ bene coloratum hominez pallidũ vel croceum
eſſe:ſic peruerſi per penas a deo inflictas eũ iudicant crude
lem. ſecundũ illud p̄s. Supercecidit ignis (ſcilicet peccati et Ps.liiij.
malorum affectuum) ⁊ nõ viderũt ſolem. M ¶ Secundo
preceptum de diligẽdo deuꝫ ſuper omnia debet fieri ordina=
biliter. ſic videlicet ꝙ nos ⁊ omnia noſtra in deum referamꝰ
et in ſuam gloriam vltimate:ita ꝙ quicquid diligimus/ vo=
lumus/agimus:propter deũ ⁊ eius gloriã diligamus/agamꝰ
et omittamus:quia tunc in omnibꝰ rebus plus diligimꝰ deũ
ꝗ res ipſas:quãdo ſuam gloriã in omnibus querimus vlti=
mate quia ꝓpter quod vnũquodqꝫ tale ⁊ ipſuꝫ magis. p̄mo
poſterioꝝ. N ¶ Et ſecundũ hoc ĩtelligi debet preceptũ
Dilige dñm ⁊c. Quod breuius ⁊ clarius ſic exponit Thoñ. Math.xxij.
tractatu de perfectione ſpiritualis vite. Et eſt mens ſcti Au Mar.x.
guſt.lib.j. de doctrina chriſtia. Nam dilectio eſt actus volũ= Luce.x.
tatis que ſignificatur per cor. quia ſicut cor eſt principiũ ma
teriale omnium motuum corporalium/ ita voluntas ꝙtum
ad intentionẽ finis vltimi que eſt obiectũ charitatis eſt prin
cipium omniũ actuũ quarũcunqꝫ potẽtiarũ que mouentur a

volũtate. he autem ſunt tres/ſcilicet intellectus qui ſignifi
catur per mentem. Uis appetitiua inferior que ſignificatur
hic per animã. vnde ſecundũ eam dicimur agere vitam ani=
malem. Et vis executiua exterior que ſignificatur per forti=
tudinem/ſiue virtutem/ſiue vires. Precipitur ergo nobis ꝙ
tota noſtra intẽtio feratur in deum: ſic ꝙ omnia actu vel ha=
bitu in deũ referantur ſicut in finem. Quod impletur cũ ali=
quis vitam ſuã ad dei ſeruitium ordinat. ⁊ per conſequens
omnia que ꝓpter ſeipſum agit: virtualiter ordinãtur in deũ
niſi ſint talia que a deo abducant ſicut peccata. Et ſic diligit
deus ex toto corde. Secundo vt intellectus noſter totaliter
ſubdatur deo: ſic ꝙ homo credat ea que diuinitus traduntur
ſecũdum illud .ij. Corinthi. x. In captiuitatez redigẽtes om=
nem intellectum in obſequiũ chriſti. Et etiam in meditatis
dei perfectionibus ei talia ineſſe velimus/ ⁊ omnia memora
ta alia ſcilicet beneficia in deum ordinemus. Et hoc eſt tota
mente diligere. Tertio vt appetitus noſter inferior regule=
tur ſecundũ deum. Et quecunqꝫ homo amat/ ſperat/ ⁊ ſic de
alijs paſſionibus/in deo amet: vniuerſaliter omnem affectio
nem ad dei dilectionem referens/non in voluptates carnis.
Et qui ſic perdit animam ſuã in vitam eternam cuſtodit eã.
Joh. xij. Et hoc eſt ex tota anima diligere. Quarto vt omnia
exteriora noſtra verba ⁊ opa ex diuina charitate deriuent: ⁊
in dei honorem dirigantur ſcd̃m illud .j. corin. vlt. Oĩa opa
veſtra in caritate fiant. Et ſic diligitur deꝰ ex tota fortitudi=
ne. ⁊ talis perfectio deum diligendi cadit ſub precepto. Qꝫ
aũt omnia ſint in deũ referenda ⁊ ſuum honorem/patet .j. Co
rinth. x. Siue manducatis: ſiue bibitis/ſiue quid aliud facia=
tis omnia in gloriam dei facite/vt in omnibus honorificetur
deꝰ. Sic enim fit debita recompenſa deo. q̃ omnia in nos or=
dinauit. vt dicit magiſter in .ij. diſt. j. Quia .j. corinth. iij. Om=
nia noſtra ſunt. ius id docet naturale vt cuius eſt arbor vel
ager eius etiam totus ſit fructus. Sed totum qđ ſumꝰ ⁊ poſ=
ſumus: ⁊ a deo accepimus/ ⁊ dei proprium eſt. ergo fructus
p̄s. xv. operum noſtrorum deo cedere debent. Sed ꝑ talia deo nul=
lam vtilitatem adijcere poſſumus. Cum ſcd̃m pſalm̃. Bono=
rum nr̃orum nõ indigeat. ideo oportet vt ad eiꝰ fiant honorem.
Itẽ cuiuſlibet veri ſerui oĩa opa cedũt dño lege ciuili. ſed
dei ſerui ſumꝰ ꝑ oĩa a quo animã corpus ⁊ res: ⁊ q̃cquid in
illis boni continet habemꝰ: ergo noſtra opa dei honori ſerui
re iuſtiſſimũ eſt. Notandũ tñ ꝙ q̃uis oĩa ſint in deuz ordinã
da vltimate: non tñ de neceſſitate ſunt oĩa immediate ⁊ in ſo
lũ deum ordinãda. Qꝛ ſunt multi fines adinuicẽ ſubordinati
in quos res recte ordinari pñt: vltimate tñ totum eſt in deũ
ordinandũ. Exempli grã comedere debes vt viuas non econ



uerſo. viuere vt opera licita facias ad que creatus es. Opa=
ri bñ vt vitam eternam habeas. q̃ ſunt videre deum beatifice
⁊ eo frui. ⁊ vitam eternam habere: non ꝓpter cõmoduz ꝓpri
um vltimate: ſed ꝓpter glĩam dei q̃ ibi plus exercetur. O
¶ Sed queritur. Cum non debeã deum diligere ꝓpt vitam
eternam ex p̃ma expõne: poſſum ne alia bona opa facere pre
ter deum diligere videlicet deum laudare/orare/ieiunare/et
ſimilia ꝓpter acq̃rendam vitam eternã? Rñdetur ꝙ ſic. rõ eſt
qꝛ omnia p̃enumerata opera bona vie nõ ſunt formaliter dei
dilectio ſed effectus dilectionis. dilectio eñ dei facit quem
deum colere/orare/ſanctificare ſabbatum/multa p̃cepta ſer=
uare/ ⁊ ſimilia. Et talia tñ minus bona ordinant in maius
bonum/ſcilicet in vitam eternam: videlicet in dei viſionem
claram ⁊ dilectionem: ⁊ hic eſt rectus ordo. P Secundo
querit an ad bonitatem actuum nr̃orum requirat vt quis actua
liter tendat ꝑ res p̃nominatas in deum ordine tacto? Rñdet
ꝙ non oportet actualiter ſic tendere: ſed vt actus noſtri ſint
vere boni ſufficit ⁊ req̃ritur vt cadant ſup debitam materiã:
⁊ vt alias ſint bñ circunſtãtionati: ⁊ referant in deum actua=
liter vel v̄tualiter. tamẽ quãto plꝰ qs actu in deum referret:
tanto plus mereretur. Sicut mercator ad remotam terram
paruã rem portãs lucratur plus q̃ alter cum equali re in ꝓ=
pinquo manens. Oportet eñ ad minus hominem taliter eſſe
diſpoſitũ in animo ꝑ habitum acq̃ſitum ex actualibꝰ relatiõi=
bꝰ in deum: aut ꝑ habitum infuſuz/ aut ꝑ gñalem intentionẽ
faciendi oĩa ꝓpter deum: ꝙ ſi ſe reſolueret ⁊ actualiter co
gitaret de deo ⁊ de relatione in ipm̃ ſtatim referret in euz. Ex
emplum in ſimili. Pater amat filium ꝓpter quem ditandum
mercatur/ circuit maria/terras ꝑambulat/ non ſemp actua=
liter talia ordinans in filij ditationem: ſed ſufficit ꝙ labores
p̃nominati imperati ſint aliq̃n a dilectione filij cuiꝰ imperij v̄=
tus manet in ſequentibus. Simile de volenti ire romam: nõ
oportet ꝙ in itinere pegrinus talis ſemper actu cogitet de fi
ne ſcilicet de roma. ſed mediante vna ciuitate attingit aliaz/
⁊ ſic eſt in propoſito. Q ¶ Tertio queritur an ad hoc ꝙ
actus noſtri ſint boni moraliter vel meritorie exigatur ꝙ a
caritate ſeu a dilectione dei incipiant/ ⁊ terminentur/ origi=
nentur/ ⁊ ordinentur? Reſpondetur ꝙ ſic. Nam ꝙ oriri opor=
teat a dilectione dei: patet ꝑ Augu. in de ſpiritu. ⁊ littera. d.
Non eſt fructus bonus qui de radice charitatis non ſurgit.
Charitas autez eſt dei dilectio ex acquiſito habitu vel infu=
ſo procedens. Qꝛ etiam nullus actus ſit bonus moraliter ni
ſi immediate tendat in deum: vt dei dilectio primario expoſi
ta vel immediate tendat per alia opera in deum vt finaliter
patet per Augu. de ciuitate dei. libro decimonono. vbi dicit

nullas eſſe veras virtutes ſi i deū finaliter nō referātur. Ex quibus patet neceſſariū fore actus noſtros originari ⁊ terminari a deo in deū. verbi gratia. Ad hoc ꝙ dilectio tua vel proximi ſit bona moraliter: exigitur vt dei dilectio ſit cauſa dilectiōis proximi: ⁊ ꝙ proximū diligas finaliter ꝓpter deū Sic de elemoſina ⁊ de alijs. Sed vt ſint opera noſtra etiā meritoria oportet vt ex infuſa dilectione procedāt/ videlicet ex charitatis habitu. j. Corinthi. xiij.

Capitulū quintum de errore multiplici circa dilectionem. ⁊ quomodo poſſunt cognoſci pctā mortalia. A

Contra hoc ꝑceptū faciūt plurimi: creaturā ſibi ꝓ fine ſtatuēdo: quā creaturā plus deo diligūt vt honores/ diuitias/ voluptates/ ſcientiam/ et plura alia. Pro cuius intellectu notandum ſecundū Tho. prima. ij. q. j. ꝙ ſemper eſt aliqd in corde hois qđ homo ſumme diligit/ ⁊ in qđ maxime vitā ſuam ordinat. Et hoc dicit̄ vltimus finis hois. Et ad illud habet homo quaſi ſpecialiter faciē aīe: id eſt ſupremā intentionem cōuerſam. Et ſi hoc eſt deus: tunc homo eſt in ſtatu ſalutis. ⁊ ſi ſubito moreretur ſaluaretur. Si vero eſt creatura: iam eſt in ſtatu dānationis. B Unde regula talis a doctoribus ſacre theologie elicitur. Et ſit prima. Ad noſcendū peccata mortalia a venialibus: quando amor vel affectio ad creaturā ad ſe vel alium tantū creſcit/ vel eſt amor tam magnus ꝙ in eo cōſtituitur vltimus finis/ id eſt ꝙ aliquis nec actu/ nec habitu ordinat illam creaturā vel eius dilectionem: aut etiam ſeipſum in deū: ſed vellet cū tali creatura cōtentari ⁊ nō curare deū offendere/ nec preceptum eiꝰ tranſgredi propter illā creaturam: eſt mortale peccatū. quia eſt aliqualis cōtemptus dei. Et licet nō ſit formalis: tamen eſt fruitio creature. ⁊ preponitur creatura deo. vel etiā cum aliquis vellet cū creatura hic ſemper manere nō curādo de beatitudine. Licet eñ non ſint rudes ſuper hoc tēptandi: tamen ſemper talis amor eſt peccatū mortale. Quādo autem aliquis diligit creaturā pluſq̃ deberet: ſed tamē ꝓpter hoc nollet deū offendere nec amicitiam eius perdere: nec tranſgredi eius preceptum: nō oportet ꝙ tunc ſit mortale. Alia regula/ ſecunda videlicet ſatis concordans cū prima eſt. ꝙ quādo aliquid committitur notabiliter contra dilectionem dei: hoc eſt mortale: quando nō tunc eſt veniale. Quando autem aliquid ſit contra dilectionem dei poteſt attendi penes hoc quod repugnat charitati ⁊ amicitie quam ad deum habere debemus ſuper omnia. C Tertio modo diligendus eſt deus ſuper omnia appreciabiliter. ſic ꝙ tam care habeamus et appreciemur deum: ꝙ propter nullā creaturam eo carere



vellemus: ſed omnibus alijs a deo eū eis preponimus: ⁊ ꝙ tā firmo amore deo adhereamꝰ: ꝙ ꝓpter nullā creaturā nec propter omnes ſimul aliquid faciamus aut velimus contrarium diuine dilectioni: id eſt contrarium dei preceptis. que enim deliberate fiunt contra diuina precepta/ ſunt cōtraria diuine dilectioni ⁊ charitati: quia ſunt peccata mortalia que tollunt charitatē. Illud etiam videtur velle Sco. in. iij. diſt. xxvij. vbi dicit ꝙ homo debet deū extēſiue diligere ſuper omnia: ita ꝙ nullū aliud/ nec omnia alia ſimul ſint eque appreciabilia ſicut deus. ſed ꝙ omnia alia vellet citius non eſſe q̃ deum non eſſe. Et debet etiā intenſiue deum diligere ſuper omnia: ita ꝙ facilius deberet inclinari ad cōtrariū dilectionis cuiuſcunq̧ alterius q̃ ad cōtrarium dilectionis dei. Eſt autem ratio horū: quia deus eſt illa precioſa magarita: quā negociator ille inuenit qui abijt ⁊ vēdidit vniuerſa que habuit ⁊ emit eam. Math. xiij. Item cū deus infinitus ſit in bonitate/ miſericordia/ ⁊ ſimilibus attributis intēſiue ⁊ extenſiue: ideo pro infinitis mūdis non deberet offendi ſecundum Anſel. Cur deus hō. Item ſtultiſſimus eſſet qui contempto theſauro grandi: papiliones inſequeretur/ ſicut pueri. quod tamen faciunt qui creaturam pluſq̃ deum diligunt. D

Contra hoc preceptum faciūt quicunq̧ intuitu alicuius lucri temporalis conſequēdi/ vt fit in emendo vel vendēdo. Aut delectationis vt fit luxuriādo. Aut honoris/ vt fit ſuperbiendo/ vel vane gloriando: faciunt cōtra dei preceptū. Tales non diligunt deum ſuper omnia: ſed diligunt creaturam pluſq̃ deum. quia propter eā plus placet eis talis creatura q̃ diuina volūtas in preceptis. Et appreciātur vere vel interpretatiue creaturam pluſq̃ deum. Unde Auguſti. libro de libero arbitrio diffiniens peccatum mortale dicit. Eſt ſpreto incōmutabili bono/ rebus mutabilibus adherere. Unde Mathei. x. Qui amat patrē aut matrem pluſq̃ me: nō eſt me dignus. aut qui amat filium aut filiam ſuper me: non eſt me dignus. Secūdo contra hoc preceptum faciūt qui amore alicuius pſone vt Adam reſpectu Eue: ⁊ malo amore capti reſpectu perſone dilecte ne perſonam talē contriſtēt: negligūt dei preceptum/ ⁊ contra ipſum faciunt: dei beneplacitum nō curantes. Tertio qui timore alicuius perſone vt ſerui ꝓpter dominos: deo obedire in preceptis omittunt: ⁊ ſic creaturā vilē creatori precioſiſſimo ꝑponūt. E Ex dictis patere pñt doctorū quedā regule: ⁊ ſit tertia i ordine. Quicq̃d omittitur vel omittitur contra preceptum dei vel eccleſie/ vel legis nature vel ſuperioris ſi talia precepta ſint de neceſſitate ſalutis/ vel contra votum ſolēne/ vel priuatum/ vel contra iuramentum licitum: ſemper eſt peccatum mortale. Quia eſt di-

ctum/vel concupitum cōtra legem eternam.Sic enim diffi-
nit Auguſti.⁊ allegatur per magiſtrum.ij.diſtin.xxxv. Quan
do vero citra / tūc nō oportet ꝙ ſit mortale. Item patet ꝙ ta
lia ſub dei mādatis preceptiuis continētur. ¶ Alia re-
gula eſt quarta videlicet.Quādo aliquid fit contra conſcien
tiam vere vel falſe dictantem aliquid eſſe mortale:eſt morta
le peccatū/quia eſt ſpreto vere vel interpretatiue incōmuta-
bili bono:rebus mutabilibus adherere vt beatus Auguſti.
diffinit peccatum mortale in de libero arbi.⁊ eſt contra ter-
tiam expoſitionē/⁊ cōtra Apoſtolum Roma.xiiij.Qui diſcer
nit ſi māducauerit damnatus eſt:quia nō eſt ex fide. gloſ.id
eſt ſecundū conſciētiam.Unde conſcientia erronea ligat:nō
inquātum erronea:ſed inquātuȝ cōſcientia. Item vel qui fa
cit contra conſcientiam formidantē probabiliter vel dubita-
tiue an aliquid ſit mortale/tūc ſemper eſt mortale peccatum
Quod autem non fit contra conſcientiam:adhuc poteſt eſſe
mortale/ſi conſciētia non ſit ſatis inſtructa ⁊ ſufficienter.Un
de eſt regula magiſtralis. Dubitās de aliquo an ſit illicituȝ
⁊ ſtante dubio illud agens peccat.Sed hanc regulam expo-
nit Cancel.pariſieñ. Joh.de gerſono tractatu de pollutione
vna cū Guilhel. altiſio. dicens intelligendam eſſe de dubio
tali quod eſt vehemēs/⁊ magis aut eque ſaltē inducit mētē
credereꝗ mortale eſt illicitum.ſicut ꝙ eſt licitum.immo Al-
bertus adhuc facilior eſt.Secus eſt vbi mens plus inclina-
tur ⁊ iudicat quod eſt licitum ꝗ illicitū:quāuis non habeat
vſqꝫquaꝫ certitudinem euidentē aut fixam.qꝛ nec hocipſum
requiritur.Itē Cancel.in de vita anime dicit iſtam regulaȝ
Exponēs ſe diſcrimini peccati mortalis:peccat mortaliter:
debere intelligi non de omī dubio:ſed de ꝓbabili ⁊ vehemē-
ti. Probatur ꝑ illud Eccl'iaſt.iij.Qui amat periculum: peri-
bit in illo.Exemplū ponitur de ſciēter ponente ſe dormituȝ
prope ſerpētes:qui ſe periculo cōmittit intoxicationis. Pro
intellectu taliū ſunt notāde regule.xiij.quas ponit in diuer-
ſis locis Cācel.in floribus regularum moralium.Et lib.iiij.
de conſolatione theologie. Prima:Equitas quā nolat phus
epykeiā prepōderat iuris rigori.Eſt aūt equitas iuſtitia pē-
ſatis oībus circunſtantijs particularibus/dulcore mīe tem-
perata.hoc intellexit qui dixit.Ipſe etiā leges cupiūt vt iu-
re regantur.Et ſapiēs.Noli eſſe iuſtus nimis.alioquin ſum
Ps.cxviij. ma iuſtitia ſumma iniuſtitia fit.Et ps.Omnia mandata tua
equitas:dei ſcilicet id eſt cum equitate penſanda.Secunda
Ambulandum eſt in via virtutum via regia: vt nec ſtricti-
us fiat dei mandatum/nec latius ꝗ ipſe mādauerit. quāuis
inde ſumere poſſint aliqui aut malitie velamen:aut econtra
in deſperationem corruere.non tamē omnibus pro omni tē-



pore ⁊ loco predicandā aſſerimus quālibet veritatem. Ter-
tia Bonarū mentium eſt ibi agnoſcere culpam:vbi culpa nō
eſt.Agnoſcere inquā non per aſſenſum firmum. hoc enī ſtul-
tum periculoſumꝫ foret:ſed ſic vt doleat/aut peniteat ho-
mo poſtmodum quaſi veraciter in culpa teneretur/hoc intel
ligitur de preteritis.Ratio dicti eſt quia certiſſimum eſt ꝙ ſi
ne dei gratia damnati ſumus.Et ꝙ nullus omnimode certꝰ
eſt ſe eſſe in gratia:nihilꝫ noſtrum eſt/⁊ a nobis niſi pecca-
ta.Quarta Loquēdo de futuris agibilibꝰ/vel credibilibus
non reputetur culpa vbi culpa non eſt.alioquin cauſaretur
erronea conſciētia hic.cōtra quā ſi aliquid attēptetur fieri:
iam culpa eſt ſi fluctuet animꝰ. Quinta:Sub hac dubitatio-
ne fluctuās velut ad vtrumlibet neſciēs quid acturus ſit:cō-
ſilium eſt vt nō agat.quia exponeret ſe diſcrimini:quo caſu
certum habeat ꝙ peccet.Sexta.Si vis quicꝗ ſecurus age-
re certus ſis illud eſſe bonū/neꝫ virtuti cōtrarium.Sed re-
fert qua certitudine.ſufficit nēpe certitudo moralis que eſt
infirma:nec exigitur ſecunda certitudo ſupernaturalis que
eſt nobiliſſima clare euidētie prout videtur deus in gloria.
nec prophetalis reuelatio vt in prophetie dono.nec adherē
tie que diuine auctoritati innititur vt in articulis fidei/⁊ ſa
cre ſcripture.nec tertia certitudo exigitur naturalis que ha
betur ex demōſtratione vt prima principia.Eſt autem mora
lis ſiue ciuilis certitudo que tangitur ab Ariſtotele in prin
cipio ethicorum.cuius ſentētia eſt.Diſciplinati eſſe in vna-
quaꝫ re certitudinem querere iuxta exigentiam materie.
Eque enim vicioſuȝ eſt(inquit)perſuadentē querere mathe
maticam:⁊ moralem demonſtrare.Non enim conſurgit cer-
titudo moralis ex euidentia demonſtrationis:ſed ex proba-
bilibus coniecturis groſſis ⁊ figuralibus magis ad vnā par
tem ꝗ ad alteram.hec certitudo moralis ſufficit:vt vel non
ſis in peccato dum facis quod in te eſt/id eſt dum bene vte-
ris donis iam habitis:aut ſaltem peccatū non incurris no-
uum per temeritateȝ.Exempli gratia in celebrādo.Orta eſt
enim ex diligentia tue preparationis excuſatio.Septima re
gula.Certitudo moralis per doctrinaȝ colligitur altero triū
modorum/ quorū vnus prouenit ex alterius auctoritate.
Aliꝰ ex propria eruditione.Tertius ab experimentali certi-
tudine. Sub primo viuunt inſipientes ⁊ animales:qui aut
non habent claram ſue complexionis armoniam vel aliam
gratiam gratis datam/qua faciliter concipiuntur agēda ab
eis qui ſcripturas intelligunt.vt Auguſt.Tales ab alijs re-
cipere habent intelligentiam ſcripturarum ⁊ alijs credere
⁊ obedire literatioribꝰ.Sub ſecūdo ſunt proficiētes ⁊ ratio-

nales:qui prouenißt ſcʒ ex propria eruditione/ꝛ oritur hic
modus nutriturqꝫ ex ſtudioſa pſcrutatione diuinorū manda
torum in ſacra ſcriptura cōtentorū que legi debent puro fi=
i. Corin. ij. deli/ꝛ integro corde. Sub tertio ſunt perfecti ꝛ ſpirituales:
ſcʒ ſub experimentali conſuetudine. de quibꝰ Apoſtolus. Spi
ritualis homo omnia iudicat:ꝛ ipſe a nemine iudicatur. Et
Eccleſi. xxiij alibi dicitur. Nihil dulcius q̃ reſpicere in mandatis dei. Ha
bentes enim virtutū habitus:ex eiſdem inclinātur ad recte
iudicandum de agibilibus eorū/nō ex habitu ſcientie ſolum:
ſed ex naturali virtutis inclinatione. Puto ꝙ religionum in=
ſtituendarum principalis cauſa fuit auctoritas regiminis:
cui obediētia preſtaretur plus q̃ proprie rationi/ que in plu
rimis dubia eſt valde ꝛ debilis/ꝛ incerta. Humana enim agi
bilia tantā habēt variabilitatē(dicente Ariſtotele. ꝛ teſte ex=
perientia) vt vſu magis q̃ arte conſtare videantur. Octaua
eſt. Certitudo moralis non ſemper ſcrupulos omnes abij=
cit: ſufficit tamē vt cōtēnat vel ſuperet ſic operando quaſi
non ſint. Eſt autem ſcrupulus in propoſito: vacillatio ſeu du
bitatio quedam cōſurgēs cum formidine ex aliquibus cōie=
cturis debilibus ꝛ incertis:alioquin ſi ex vehementibus ar
gumentis ꝛ ꝓbabilioribus pro hac parte q̃ pro altera dubi=
tatio conſurgeret:iam non ſcrupulus ſolus vel leuis dubita
tio cum trepidatione dici oportet:ſed moralis de tranſgreſ=
ſione certitudo. Nona regula eſt Moralis certitudo non po=
teſt ſub vna regula tradi :que ſufficiat in omni caſu conſciē=
tiam agentis reddere ſecuram ſe nō deliquiſſe. Id ex euentu
rerum perpendi ſepius ſolet. propterea conſtitute ſunt in fi=
gura tres ciuitates refugij. fides/ſpes / charitas: cōtinentes
lauacrū penitentie/ꝛ immunitatis aſilum: quatenus pax cō=
turbata per ea que ſe feciſſe formidat homo/reformetur. De
cima regula eſt. Omnis agens contra cōſcientiam edificat
ad gehennam/ ſi conſcientia ſit fixa ꝙ id quod agitur eſt mor
tale:vel veniale ſolum quantum eſt ex parte vnius circūſtā=
tie que eſt facere contra conſcientiam:ſi conſcientia iudicet
illud ſolū eſſe veniale. Undecima. Exponere ſe periculo pec=
cati mortalis:eſt peccatum mortale. Uel ſic: agere incertum
ꝛ dimittere certum in materia morali: eſt peccatū mortale
ſi tale ſit incertum ꝙ ſit mortale non ſolum per cōiecturas le
ues aut ex ſuſpitione trepida aut ſcrupuloſa prouenienti ex
nimio timore cadendi in via dei. ſed intelligitur dum tale eſt
vehementer ꝛ ꝓbabiliter incertum eque ſicut oppoſitum vel
magis: tunc eñ illud quod agitur nō carebit mortali culpa
aliter non oportet. Idem dicit Altiſio. Albertus adhuc eſt
benignior in libro de homine: vbi ſic querit. Utrū conſciētia
ſemper obligat ad faciendum: Reſpondet ſine preiudicio lo=



quendo dicimꝰ ꝙ nō obligat ad faciēdū:niſi ſit vt opinatū/
vel vt creditū/ vel vt ſcitum illud quod eſt in cōſciētia. Et
tunc obligat:ſiue conſcientia ſit erronea ſiue non erronea.
Non autē obligat ſecundum eundē:ſi eſt vt dubitatū / aut
vt ambiguum. Duodecima regula eſt. Cōſilium ſalubre eſt
frequenter agere contra ſcrupuloſos leues et trepidos/ci=
tando eos ad aliorum iudiciū:quatenꝰ ex cōſuetudine fiat
homo robuſtus/ ſolidus/ ꝛ tranquillus in exercitio ſpūali.
Exēplum in domificatoribus ꝛ fundibularijs. Tredecima.
In nullo caſu eſt perplexus aliquis inter duo pctā quin ei
pateat exitus abſqꝫ nouo pctō. Nā ſi iurauerat quiſpiā ſe
occiſurū Petrū innocentē: ꝛ nō occidat eum:ipſe nō pecca
uit nouiter. ſed iam peccauerat iurando. Si aūt dictet ſibi
cōſcientia erronea ꝙ Petrus innocēs eſt ſtati occidendus
ab eo:dimittat hanc cōſcientiā ꝛ liberatus eſt. Si poſtremo
incidāt duo pcepta icōpoſſibilia ex culpa ſua:agat id quod
de ſe eſt magis obligatoriū ꝛ a nouo pctō immunis exiſtet.
S Dubia plura hic occurrūt. Primo qn̄ homo teneatur
diligere deum ſup omnia. Rn̄. ꝙ nō ſemper ꝛ pro ſemp/ quia
eſt preceptuʒ affirmatiuū. Rō eſt. qꝛ actualiter deū diligere
ſemper eſſet ipoſſibile ꝓpter humanā infirmitatē/neceſſita
tem/ꝛ ꝓpt multa ipedimēta. Dicit tm̄ Sco. in. iij. di. xxxvij.
ꝙ ad actualiter implendū obligat diebus feſtiuis: ita ꝙ oī
die feſtiuo et potiſſime dn̄icis diebꝰ et in principalibꝰ feſtis
teneatur homo ſe recolligere/ ꝛ deum ſup oīa actualiter di
ligere vt patebit de ſanctificatione ſabbati clariꝰ. Et licet
protūc teneat ex pcepto:tamē oī momēto tenetur peccata
vitare/et bene agere. Et forte nimis in chriſtianū eſſet ſiue
foret nō quotidie de mane ſaltē aliqualiter cor ad deū con
uertere. Et q̃uis ppeditus legitime excuſetur de audiētia
miſſe interdum die dominico : tamen nunq̃ videtur quis
excuſari/quin in die tali teneatur deum diligere ſuper om=
nia. quia ſolo corde impleri poteſt. Unde dicit Sco. in. iij.
di. xxvij. ſi aliqua neceſſitas excuſat ab executione audiē
tie miſſe dominico die: neceſſe eſt ſupplere in aliquo equi=
ualente : vt ſaltem die illo deputato in ſpeciali cultu di=
uino aliquis actus habeatur relatus immediate in deum
ad eius reuerentiā. H. Dubitatur ſecundo an preceptū
hoc de dilectione/ in via poſſit impleri a nobis/ Reſpondet
ſm̄ Thom̄. in li. de perfectione ſpūalis vite. Triplex eſt gra
dus deum diligendi. Primus vt diligatur quantū diligibi=
lis eſt. et hic a ſolo deo attingitur. Ratio qꝛ ſimpliciter infi
nite bonus diligibilis et amabilis eſt. et ſic nec in patria a
creatura quacūqꝫ diligitur. Scd̄s vt diligat deꝰ ſm̄ totā vir
tutē alicuiꝰ diligētis/ꝛ ſic ſolū in patria a nobꝫ pficiet. Et ad

hoc hic ſuſpirare debemus. Ibi eñ oīa noſtra/ſcꝫ coꝛ id eſt intentio. Mens id eſt intellectꝰ. Anima id eſt omis noſter appetitus:ꝛ foꝛtitudo/id eſt exterioꝛa nr̄a totaliter in deū ferentur dilectiue. Tertiꝰ gradus eſt deū diligēdi: ſicut expoſitū eſt tripl'r hoc p̄ceptū:ꝛ ſic in via ipleri pōt. I Dubitatur tertio: an deum plus amare deberes ſi pꝛo te' ſolo mundū creaſſet/redemiſſet/ ꝛ gloꝛificaturus eſſet te ſolū in patria ꝛ nō alijs vel ꝓ alijs hec faceret vel facturus eſſet? Rn̄det hugo li. ſoliloquij ſui vbi hō cū ſua aīa loquit᷑. Qꝫ immo plus qꝛ plura ſic ſingulis cōtulit Nā anima dicit. Ecce vnice dilectū ꝛ electū diligo. Sed hāc huius dilectiōis mee iniuriam patioꝛ ꝙ ſolū diligēs ſola nō amoꝛ. vbi rn̄det homo. Caue aīa ne (qḋ abſit) nō ſpōſa ſꝫ meretrix dicaris/ſi munera dātis/id eſt dei bn̄ficia pluſq̄ȝ amātis affectū diligas. Et poſt hoc oñdit ꝙ, tria velut arras quaſdā q̄lꝫ aīa a deo ſpōſo ſuo recepit. Pꝛimo quedā cōiter. Scḋo q̄dā ſpecialiter. Tertio quedā ſingularit᷑. Cōiter vt celū ꝛ terrā et eoꝛū oꝛnatū quo ꝑticipāt piſces/ aues et beſtie. Specialit᷑ intellectū/memoꝛiā/voluntatem/dominium terre/redemptionem in paſſione/ꝛ gloꝛificationem. Singulariter vero ꝙ in vtero moꝛtuus non fuiſti: ꝙ peccantē te expectauit: penitentiā dedit: et innumerabilia alia. Cōmunia finalit᷑ deus pꝛopter te creauit. q̄llicet deus amet/plus tñ te: quia in tuū obſequiū: que ſi deus non creaſſet: quot oblectamētis careres? Specialia pꝛopter ſe in via fecit. vt ꝑ ſocietatem ſine qua nullius boni iocūda eſt poſſeſſio ꝓ pꝛoximos homines haberes. In patria vero quot indicibilibus careres gaudijs ſi ſola ſaluareris? Plus ergo tibi cōtulit alia diligendo: q̄ȝ ſi ſola amareris. Nec putes diſtrahi deū: qui infinitus non minꝰ te diligit/plures diligēdo. Omnia eñ vt ait

j.Coꝛ.iij. apl's noſtra ſunt. hec eſt ſn̄ia ibi hugonis. k Quarto videndū eſt q̄ȝ rationabile ſit deū diligere ſup oīa/ ꝛ quare teneamur. Pꝛimo quia ſimpliciter ſumme bonꝰ eſt/ immo bonitas ip̄a: ꝛ ſic eſt amabilis infinite ꝛ deſiderabilis. ideo ſi poſſibile eſſet infinite a nobis diligendꝰ foꝛet Vñ Bern. de diligendo deū In qualibet alia affectiōe nr̄a opoꝛtet ſeruare modū/ ꝛ terminū ꝯſtituere vltra quē aſcendēdo fieret affectio vituperabilis: vt ptꝫ de doꝛmitiōe ꝛ vigilia. gaudio et triſtitia: ꝛ ſic de ſimilibꝰ aīe paſſionibꝰ. In dilectiōe aūt dei ꝑ quā maxie attingimꝰ finē nr̄m vltimū: nō pōt eſſe exceſſus. Itē naturale eſt vt bonū diligat᷑/et meliꝰ ap̄liꝰ. ergo optimū ſūme diligendū eſt: demonſtratio eñ naturalis iſta eſt. Et hec ſcilicet bonitas diuina debet eē finis ꝛ cā noſtre dilectiōis: ſꝫ oīa q̄ in ſequētibꝰ dicent᷑ debēt eſſe occaſiōes, ꝛ cauſe efficiētes: āmonētes nos vt deū ꝓpt᷑ ſeip̄m finaliter



diligamus. Et pꝛopter hoc ſolum quia bonus eſt. Secunda ratio quia ipſe pꝛioꝛ dilexit nos/ et pluſq̄ȝ noſipſos diligamus: quia ſm Auguſt. de cathecizandis rudibus. Nulla maioꝛ eſt ad amoꝛem inuitatio q̄ȝ pꝛeuenire amātem. Et nimis durus eſt qui pꝛeimpēdentem dilectionem reamare negligit: dilexit enim nos deus infinite perfectus miſeros: dilexit eternaliter: dilexit neſcientes et reſiſtentes. Ephe.ij. Deus cum diues eſſet in miſericoꝛdia pꝛopter nimiā charitatem ſuā qua dilexit nos/ et cum eſſemus moꝛtui peccatis: conuiuificauit nos in xp̄o. Cuius gratia ſaluati eſtis. Joh.iij. Sic deus dilexit mundū: vt filiū ſuū vnigenitum daret: vt oīs qui credit in eū nō pereat: ſꝫ habeat vitam eternā. Tertia ratio Quia pater noſter eſt ampliꝰ q̄ȝ parentes carnis: eo ꝙ deus nos et parētes creauit vt dicit Damaſc.li.j.c.xv. Unde cū naturale ſit ius et diuinū parētes diligere: plꝰ deū tenemur diligere. Perpendamus q̄ȝta bn̄ficia ꝯtulit in ſingulis mēbris coꝛꝑis ꝛ potētijs aīe: de q̄bus ſi oculis ꝓuati a medico gratis reſtitutionē reciperemꝰ: grati valde eſſemꝰ ei. Vñ plus ei dilectio exhibēda eſt qui totū coꝛpꝰ dedit. Quarta. qꝛ noſter gubernatoꝛ: regit eñ/fouet ꝛ ꝓtegit. multū diligitur rex optime regēs: ergo ſumme diligat᷑ qui celū terrāq; et oīa elementa optimo oꝛdine regit ꝓpt᷑ hoīes electos potiſſime. Ro.viij. Scimꝰ q̄m diligentibꝰ deū omnia cooperātur in bonū. Nā ſm Augu. Deꝰ mala fieri non ſineret: niſi melioꝛa inde elicere ſciret. Item multū diligitur paterfamilias qui regēdo cibaria et neceſſaria miniſtraret: plus ergo diligendus eſt qui ꝓpt᷑ noſtrum commodū omnia creauit. Omnia enim ſm apl'm j.coꝛin.iij.
noſtra ſunt. Angeli nūc miniſtrando: tandem in patria colletando: mala etiam pꝛopter nos in bonum vertuntur: magnum beneficiū quod generalem influentiā nobis et alijs pꝛopter nos irradiat/ quam ſm Grego. ſi ad inſtans ſubtraheret: in nihilum omnia fluerent. Quinta. quia noſter eſt. Quanta enim nobis bona in hoc contulit qui eramus in captiuitate diaboli: moꝛti eterne addicti: pꝛecio carentes redemptionis: quos per filium ſuum vnigenitum/dilectiſſimum ſibi/per eius vitā ꝑfectiſſimā/ ꝑ moꝛtem/ crucemq; redemit. Qui (Rom.viii.) pꝛopꝛio filio ſuo nō pepercit: ſed ꝓ nobis omnibꝰ tradidit illū. Et quamuis omnia dei beneficia ſint innumerabilia multitudine/ et ineſtimabilia magnitudine: crebro pꝛe oculis coꝛdis tenenda ſunt velut ſcintille diuine charitatis ad nos calefaciendum apta. Ea tamen que moriendo pertulit: tanq̄ȝ ingens ignis debent nos maxime mouere ad deum diligendum. Sexta. qꝛ ſuam p̄ſentiā veriſſime quotidie in euchariſtie

ſacramento/cū immolatur:porrigit paratus nos exaudire
amplius q̄ ſi oculis viderēꝰ directe corporeis. Beati in
quit qui nō viderunt/⁊ crediderūt. Ait eñ de hoc. Ego vo=
biſcum ſum vſq ad cōſummationē ſeculi. Math. vlti. Se=
ptimo:quia ꝓmiſit ſe diligentibꝰ premium inexcogitabile
Quia Johan. xiiij. Si quis diligit me ſermonē meū ſerua=
bit/⁊ pater meus diliget eum/⁊ ad eū veniemꝰ/⁊ manſionē
apud eū faciemus:quod erit in patria perfectiſſime.

¶ Capitulum. vj. de ſeruitute dei et ve=
neratione ſanctorum. A

Quarto hic mandatur nobis ſeruitus deo ex
hibenda a noſtro corpore. Hoc eñ chriſtus
oſtēdit cum dixit Math. iiij. Dominū deum
tuū adorabis/⁊ illi ſoli ſerui es. Ubi primo
vidēdū de ratione ſeruitutis corꝑalis: quā
deo tenemur. ⁊ quot ſint quibus corporali=
ter deo ſeruire debemꝰ. Secūdo cur illa fa=
cere debemus:⁊ quando. Tertio q̄ cōtra hoc faciūt. Quo
ad primū notandū ꝙ ſm hiero. in primo mādato precipit
latria/id eſt ſeruitus/adoratio ſeu reuerētia/ ⁊ honor deo
ſoli exhibenda. Et hoc fit corde per fidem/ ſpem / ⁊ charita
tem. Sed corꝑe fit ſicut in p̄cedenti cap. dictum eſt. Rebus
vero alijs per plura alia. Et de tali dicit Tho. ij. ij. queſt.
lxxxv. ꝙ adoratio duplex eſt. Una interior in vera mentis
deuotione. Alia exterior in corporis exhibitione:que fit ali
cui tanq̄ ſupremo omniū domino:⁊ talis cultꝰ eſt ſoli deo
debitus. quia deus eſt ſummus noſter dominus/rex ⁊ pa=
ter ratione creationis. Unde in recognitionem noſtre ſub=
iectionis ad talē dominū: ei obſequia exhibere tenemur
corporalia. Sicut ⁊ ſerui dominis tēporalibꝰ corporaliter
ſeruiūt:⁊ etiā reuerentiam eis faciunt corporalem. Et hoc
tangit Malach. i. Si ego pater veſter:vbi honor meus:pa
tris eñ eſt producere ⁊ gubernare. Unde apoſtolus Ro. xij
Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam ſanctā/viuentem/deo
placentē/rationabile obſequiū veſtrum. B Exhibetur au
tem reuerentia ⁊ honor ac ſeruitus deo a noſtro corpore
multipliciter per geſtus. Quidam ſunt cōmunes. Alij q̄buſ
dam ſpeciales. Cōmunes ſunt inclinatio capitis. Oratio
vel laus dei vocalis. Peccatoris tūſio per manū. Dorſi in=
clinatio. Genuflectio. Ambulatio ad loca ſancta. Totius
carnis maceratio per ieiunium eccleſie ⁊ totiꝰ corꝑis pro
ſtratio. Uel manuū ad modū crucis extenſio. Fletus ⁊ ge=
mitus:ac his ſimilia:que deo reuerēter exhiberi poſſunt
in recognitionē vniuerſalis ſui dominij. Sed notandum ꝙ
talium geſtuū q̄dam fiunt cōmuniter in eccleſia vel ī pu=



blico. ⁊ talibus reuereri debemus in publico. Quia de hoc
Mathei. v. dr̄ Sic luceat lux veſtra corā hominibus vt vi
deant opera veſtra bona ⁊ glorificēt patrē veſtrū qui in ce
lis eſt. Alia vero licet ſint ſigna humilitatis ⁊ dei obſequia
tamen ſi nō ſolent fieri a multis deuotis in publico: debēt
fieri ſolum in ſecreto:vt ſunt manuū ad modū crucis expā
ſio. Magna pectoris tūſio. Et de his dicit Math. vj. Tu au
tem cū oraueris intra in cubiculū ⁊c. Nā ſm Glo. ſuper il=
lud Math. xvij. Hoc genus demoniorum nō eijcitur: niſi in
ieiunio/⁊ oratione. Oratio hic capitur ꝓ talibus geſtibus/
q̄bus deo ſeruimus/⁊ eis mediantibus continue oramus.
Alij geſtus corporis ſunt quibuſdam deuotis ſpeciales. vt
criniū abſciſio. Oculorū ad celum leuatio. Auriū ad dei ver
ba vel laudes attentio. Narium in hoſpitalibꝰ corā infir=
mis fetidis afflictio. Omniū ſex operū miſericordie exhibi=
tio. Quia qd̄ minimo feciſtis:mihi feciſtis. Math. xxv. Lin=
gue per abſtinētiā aliquorū delectabiliū licitorū cruciatio.
Ueſtium durarū indutio:quibus tactus affligitur. Et ꝑ ca
ſtitatem coniugalē/vidualē/ac virgineā corporis ſui immo
latio. Talia eñ corporis obſequia deo exhibere debemus.
¶ Sed diceres/poſſumus ne talibus ſctōs venerari: Rn̄.
ꝙ ſic ſaltem quo ad aliqua. aliter tñ q̄ deū veneramur:ta=
lia eñ debemus deo exhibere in recognitionē vniuerſalis
ſui dominij. ⁊ talis honor iſto modo nullatenus exhibendꝰ
eſt ſanctis: ſed eoſdem geſtus aliquos ſaltē exhibere poſ=
ſumus ſanctis tanq̄ dei amicis:quorū reſpectu ſumus in
feriores q̄ ſunt dñi noſtri:ſed non principales potētes nos
iuuare. Ubi notandū ꝙ venerari ſeu adorare poſſumꝰ ali=
qua tripliciter. Latria/dulia/⁊ ipdulia. vt declarat Thom.
in. iij. diſ. ix. Et communiter doctores ibidē. Latria idē eſt
ꝙ ſeruitus deo exhibita:⁊ poteſt fieri vel potuit licite his
videlice. Trinitati perſonarum diuinarū. Tribus angelis
quos abraham vidit. Colūbe ſuper chriſtum apparēti. Uo
ci paterne. Scripture ſacre verbis inq̄tum a deo ꝓceſſe=
runt. Humanitati chriſti deo vnite. Cruci xp̄i. Imagini xp̄i
Sacramento euchariſtie. Ueſtimētis. Clauis ⁊ lancee xp̄i
Dulia vero ſeruitus eſt exhibita creature ⁊ veneratio qua
honorare poſſumꝰ hec/videlicet angelū:animā beatā:bea
tā virginē/imaginē vtriuſq. Corpus alicuiꝰ ſancti canoni
ſati. ꝓſertim ⁊ publice. Pulueres eiuſdē/oſſa/talos/veſtes
vngues/⁊ ſimilia cōtrectata a ſanctis canoniſatis ꝓſertim
Et materiā de qua poteſt percipi ꝙ fuerit in corꝑe alicuiꝰ
talis ſancti. Sed iperdulia/id eſt maior dulia:qua venera
ri poſſumus chriſti crucē. Mariā virginē/⁊ ſex ſacramenta
alia ab euchariſtia. Hec henricus de gandauo in quotli.

⁊ Berñ. claremontēſ ibidē. Sed queritur/poſſet ne aliquis
licite aliquem defunctū quē ꝓbabiliter crederet eſſe in ce=
lo venerari/⁊ inuocare: Reſpondit hoſti. ⁊ Johā. andree in
nouellis. de reliquijs ⁊ eorū veneratione. ca. Cū ex eo. Re=
liquie omnino de nouo inuente non debent venerari ſine li
centia ſummi pontificis: ſic ꝙ publice ⁊ per vniuerſalem
eccleſiam venerenẽ. Tamen ſi antique reliquie ꝛnouiter in
uenirentur licet eas venerari ſecrete: tamen licet deuotio
nem ad talem de quo queritur habere/⁊ euꝫ in occulto pre
cari. Item ibidem capitulo ſ audiuimus. Refert tamen ho=
Nota. ſtieñ. ex tolerātia romane eccleſie magnificū karolū in ſola
capella aquiſgrani ⁊ nō in alijs eccleſijs venerari. hec de
iohan. andree. Idem patet de quibuſdā ſanctis patribꝰ or=
dinis fratrū predicatorū vt de fratre merculino / ⁊ de fra=
tre ambroſio: qui in quibuſdam ciuitatibꝰ italie de pape li=
centia feſtiuanẽ/lꝫ nō ſint canoniſati vniuerſaliter per ec=
cleſiam. Sed quereres qui geſtus ſunt meliores ꝓ deuotio
ne: Reſpondeẽ ſcdm humbertū ꝙ genuflexio/ manuum ali=
qualis ꝓtenſio/⁊ oculorū in celum leuatio: videntur corpꝰ
cor ⁊ ſenſum ſurſuꝫ eleuare occaſionaliter plus ꝙ̄ alia. vni
tñ ſeruit qd̃ non alteri: ergo eligat quiſqꝫ ſibi accommodū.
D Quo ad ſecūdū. Cur iſta deo debemꝰ a corpore exhibe
re q̄ bonorū noſtrorū nō indiget: Rñd. ideo p̄mo ſic. Deus
honoratur quē honorē nobis facit vtilē. Secūdo vt ꝓximꝰ
edificeẽ per hoc. Tertio vt per talia exteriora ad intra de=
uotione caleamꝰ. Retinēt eīn animū vt minꝰ ad mala pro=
fluat: qꝛ ſigna ſenſibilia plus mouent. De corpe vero ſunt
ſpeciales rationes. nā qꝛ deꝰ corpus nr̃m creauit/rexit aſ=
ſumpſit/redemit/ac glorificabit: dignū eſt vt ei obſequia
prebeat a quo talia ſunt/⁊ erunt. Sed queris quando tene
mur ad corporalia obſequia deo exhibenda: Rñdetur ſcdꝫ
Scotū in. iiij. diſ. xxvij. ꝙ die dñico/⁊ in magnis feſtiuitati=
bus pedibus ire debes ad eccleſiam/audire miſſam totam
propter preceptū/⁊ reuerenter inclinare ad eleuationē cor
poris xp̄i: immo hoc teneẽ ſacerdos docere populum. vt ha
betur extra. lib. iij. de cele. miſſarū. ca. Sane. Similiter quā
do portatur corpus xp̄i ꝑ ciuitatem. Et quando q̄s vadit ꝓ
pe locū vbi ſituaẽ: debet reuereri tantum dñm. Caute tamē
ſcotus de hac materia ſic vbi ſupra dicit. Quando homo te
neatur deū diligere gratuite ex precepto forte determina=
uit illud preceptū diuinum. Sabbata ſanctifices. ⁊ maneat
vnuſquiſqꝫ apud ſe recolligendo ſe ⁊ aſcendendo ad deum
ſuū. Et eccleſia ſpecificauit quātum ad miſſam audiendaꝫ.
de cōſ. di. i. miſſas. hec ille di. xxvij. E Quo ad tertiū no
tādū ꝙ cōtra talē cultū dei faciunt primo male euchariſtiā



ſumētes. Secūdo loca ſancta deſtruētes. Tertio Corā eu=
chariſtia ⁊ reliquijs ſanctorum ac cruce irreuerenter ſe ha
bentes. Quis enim dñs ſuſtineret a ruſtico: vt lutoſis pedi
bus irreuerenter ante eius menſam ambularet: Similes
exceſſus pondera ſecundū geſtus ſupra allegatos.

Capitulum. vij. de ſacrificijs: oblatio=
nibus ⁊ decimis.

Quinto mādatur nobis ſeruitus diuina deo
exhibenda per opera exteriora tripliciter
Sacrificijs/ oblationibus / ⁊ decimatione.
Sacrificia vt dicit Tho. ſecūda ſecūde. q.
lxxxvi. ꝓprie dicuntur qñ circa res deo ob=
latas aliquid fit: ſicut ꝙ animalia occide=
bantur a ſacerdote: ⁊ panis benedicitur ho
die. Unde ſacrificium dicitur: qꝛ aliquis ſa
crum eo facit. Oblatio vero eſt deo oblatū: ⁊ ſi nichil circa
ipſum fiat. A Sed queritur. Tenemur ne hodie ſacrifi=
cia proprie offerre: Reſpōdetur ꝙ ſic. Ubi notandū ſecūdū
eūdem ꝙ lex naturalis dictat deo ſacrificiū offerendū / vi=
delicet ꝙ homo ſenſibilibus rebus vtaẽ offerēs eas deo in
ſignum debite ſubiectionis ⁊ honoris. ſecūdum ſimilitudi
nem eorū qui hodie in quibuſdaꝫ regnis dñis eorū aliqua
offerūt in recognitionē dñij. ſcdm illud Eccli. xxxv. Nō ap=
parebis ante cōſpectū dei vacuꝰ. B Eſt aūt duplex ſacri
ficiū. Unum principale interius quo anima ſe offert deo in
ſacrificiū/ſicut principio ſue creationis: ⁊ ſicut fini ſue bea ps.l.
tificationis. de quo p̄s. Sacrificium deo ſpiritus contribu=
latꝰ cor cōtritū ⁊ humiliatū deus nō deſpicias. Et ad hoc
ſacrificiū omnes tenemur. Aliud eſt exterius quo xp̄s a ſa
cerdote in euchariſtia ſacrificaẽ/⁊ etiā alij actus exterio=
res aliarū virtutū que in diuinā reuerentiā aſſumūt: quo=
rū aliqui cadūt ſub p̄cepto/alij ſub cōſilio. Unde quilibet
xp̄ianus pro modulo ſue miſſe ſacrificio debet cooperari:
qd̃ ſacrificiū dignius eſt omnibꝰ ſacrificijs. qꝛ ibi ſocietas
angelica. Fons oīs gratie. Memoriale xp̄i charitatis ſum
me: quam patiēdo exhibuit. Actio ſacerdotis digniſſima: ⁊
p̄ñtia veriſſima infiniti boni. Sūt aūt qnqꝫ genera hoīm
pticipātiū de hoc ſacrificio miſſe. Primo fideles etiā pctō=
res. Scd̃o fideles in charitate exiſtētes extra materialē ec
cleſiā. Tertio aſtātes miſſe/ſiue ſint i charitate/ ſiue extra.
Quarto offerētes bōa ſua. qbꝰ oībus ptꝫ ꝙ in canone orat
ſacerdos. Quīto ſacerdos met: q̄ ſi diſpoſitꝰ eſt plꝰ oībꝰ pci
pere pōt: ſed p̄cedētes plus ⁊ minꝰ ordine q̄ numerati ſunt.
Secūdo de oblatiōe queritur. Primo quādo ſit preceptū
offerre: Rñd. Thom. vbi prius. q. lxxxviij. Ratio naturalis

dictatꝙ eis q̄ diuino cultui miſtrant ad ſalutem totius po
puli:populus totus neceſſaria victus miſtret:ſicut ⁊ his q̄
communi vtilitati inuigilant/ſcilicet ꝑncipibus,/ ⁊ militi=
bus/⁊ alijs hmōi ſtipēdia victus debentur.ꝓbat hoc Apo=
ſto.j.corinth.ix.per humanas conſuetudies dicens. Quis
militat ſuis ſtipendijs vnq̄z? Unde vt habetur Gene.xlvij.
Rex gentilis pharao ſacerdotibus ſpecialem terram dede
rat/⁊ omnibꝰ ſecularibus pre fame poſſeſſiones ſuas ven=
dentibꝰ ſacerdotes terram ſuam quiete poſſidebant/⁊ eis
cibaria ex horreis publicis porrigebātur.Seqͣtur in dictis
Thom̄. poſtea/ ꝙ contingere poteſt ꝙ aliquis ad oblatio=
nes teneatur quadruplici ratione. Primo ex precedenti cō
uentione:ſicut cum alicui conceditur aliquis fundus eccle
ſie vt certis temporibus certas oblationes faciat:qͦd tamē
habet rationem cenſus. Secundo ꝓpter precedentem de=
putationem ſiue promiſſionem.ſicut cum aliquis offert do=
nationem inter viuos/vel cum relinqͣt in teſtamento eccle
ſie aliquam rem mobilem vel immobilem in poſterum ſol=
uendam.Tertio modo propter eccleſie neceſſitatem. puta
ſi miſtri eccleſie non haberent vnde ſuſtentarentur.Quar=
to propter conſuetudinem. tenētur enim fideles in aliqui=
bus ſolennitatibus ad aliquas oblationes conſuetas. Et
ideo illi q̄ debitas oblationes non reddunt poſſunt puniri
per ſubtractionem ſacramentorum: nō per ipſum ſacerdo
tem cui ſunt oblationes faciende:ne videatur ꝓ ſacramē=
torum exhibitione aliqͩd exigere : ſed per ſuperiorem ali=
quem. Hec ille. Sed queritur quante quantitatis debet eſ
ſe oblatio vel cuius ſpeciei? Rn̄.idem:ꝙ quo ad talia in vl
timis duobus caſibus remanet oblatio quodammodo vo=
luntaria ſcilicet quo ad quantitatem et ſpeciem. Alicubi
em̄ offertur panis ⁊ vinū.alicubi aīalia.alicubi pecunia.
alicubi candele ⁊ ſimilia. D ¶Queritur cur ſolis ſacer
dotibus debeantur oblationes? Rn̄.thom̄. dama.papa.diſ.
x.q.j.oblationes q̄ intra eccl'iam offerunt̄ tm̄modo ſacerdo
tibus q̄ quotidie dn̄o ſeruire vident̄ lz comedere ⁊ habere.
Et rō eſt pma:qꝛ ſacerdos quodammō conſtituitur ſeque=
ſter ⁊ mediꝰ inter ppl'm ⁊ deum.ſicut de ipo Moyſe legitur
Deuto.v.Ego inquit ſequeſter ⁊ mediꝰ fui inter deū/⁊ vos
Et iō ad eum ꝑtinet diuīa dogmata/ ⁊ ſacramenta exhibe=
re ꝑpl'o. Scd'a:ea q̄ ſunt ppl'i puta ꝑces ⁊ ſacrificia ⁊ obla=
tiones ꝑ eum dn̄o debent exhiberi.ſm̄ illud Hebreo.v.Om
nis pontifex ex homibꝰ aſſumptus pro homibꝰ conſtituitur/
in his q̄ ſunt ad deum:vt offerat dona ⁊ ſacrificia ꝓ peccatis
Et ideo oblationes que deo in populo exhibētur ad ſacer=
dotes pertinent.non ſolum vt eas in ſuos vſus conuertant



verumetiam vt eas fideliter diſpēſent.partim quidem ex=
ponendo eas in his que pertinent ad cultuz diuinum.par=
tim vero in his que pertinent ad ꝓprium victum. qꝛ qui al
tari deſeruiunt cum altari participantur.j. Corinthio.ix.
partim etiam in vſus paupum q̄ ſunt quantum poteſt de
rebus eccl'ie ſuſtentandi. qꝛ et dn̄s in vſus paupum locu=
los habebat.vt dicit Hiero.ſup Mat. Ea autem que dātur
alias pauperibus:nec ſunt ꝓprie ſacrificia nec oblationes
licet dentur ꝓpter deum:quia non immediate deo offerun
tur. E ¶Queritur qualiter ſint oblationes dande? Rn̄.
dn̄s Alber.ſup miſſam Oblatio exterior debet eſſe vtilis va
lore. Pinguis deuotione. Oblata in charitatis dilectione/
⁊ munda in acqͥſitione. Utilis qͥdem vt poſſit miniſtris dei
cōuerti ad vtilitatem.Un̄ Malach.j.Male offerre dicitur q̄
debile offert.Similiter q̄ falſam monetam offerūt. Pingue
autē vt plus de cordis deuotione ꝓcedat q̄ꝫ de manu.ſicut
vidua duo era. Lu.xxj.Munus em̄ extrinſecum:recognitio
debet eſſe cenſualis vt ipe qui offert munus recognoſcat ꝙ
dominꝰ deus in ipm habeat dominium/cui animā/ corpus
⁊ res ſubdit.Simile fctm̄ eſt in temporalibꝰ. Lu.ij.vbi di=
citur quēlibet dediſſe denariū cenſualem imperatori roma
nor. Poſſumꝰ etiā intendere ꝑ oblationē.ſacerdotis ꝓmo=
tionē ꝓuite accōmodis. Reuerentiā exhibendā ſancto:cuiꝰ
ſolennitas agit̄ ad ꝑfectum viui vel mortui ꝓ quo miſſa va
lebit De deuota oblatione dicitur Eccl'ia.vij.De negligē=
tia purga te cum paucis.vbi glo. Quamuis parua obliga=
tio ſit multorum delictorum purgat negligentiam. Super
que Tho.ſecunda ſecūde.q.lxiij.ar.iij.ſic dicit. Parua obla
tio cum humili mente ⁊ pura dilectione facta(vt ibidem di
citur)non ſolum purgat pctā venialia:ſed etiam mortalia.
De.iij.Matthei quinto. Si offers munus tuum ad altare/
⁊ ibi recordatus fueris ⁊c. De.iiij.prouerb.iij. Honora do=
minum de tua ſubſtantia. Et ſecundum Thom̄.vbi ſupra
oblatio tripliciter vitiatur ⁊ refutatur. Pͥo ſi merces me=
retricis eſt/propter ſcandalum. ne eccleſia videatur foue=
re peccata ſi de lucro peccati oblationem recipiat. Secun
do:de illicite acquiſitis.quia de tua ſubſtantia eſſe debet.
Tertio ſi oblatio vergat in detrimentum alterius:vt ſi fili
us offerat de quo patrem nutrire debet: qͦd improbat chri
ſtus Matth.xv. F Tertio de decimis queritur de quibꝰ
rebus ſint dande? Reſpondetur ſecundum doctores ꝙ de ꝑ
ſona propria ſi eſt conſuetum. Et de rebus proprijs extrin
ſecis ſecundum ꝙ conſuetudo iubet. Unde dicit Thom̄.
quotl'.ij.q.iiij.arti.iij. Nulla cōſuetudo contraria ſoluit ho
minem ab obligatione reddendi decimas. quia hec obliga

tio fundatur ſuper ius diuinum/et ſuper ius naturale.Un
de ſemper tenentur homines reddere decimas ſi eccl'ia exi=
gat etiam contraria cōſuetudine non obſtante. ⁊ in terris in
quibus eſt conſuetudo ꝙ decime ſoluantur:ipſa conſuetudo
quaſi expoſtulat decimas. Unde peccaret qui non redderet.
Sed in terris in quibus non eſt conſuetudo communis ꝙ de
cime dentur/⁊ eccleſia non petit videtur eccl'ia remittere vl̄
diſſimulat .alias homines italie ⁊ orientalium partium dam
narētur vbi decimas non ſoluunt. Hec Tho. Et poſtq̄ꝫ proba
uit ꝙ in ſimili Apoſtolus non poſtulauit victum ab his qui=
bus predicabat propter ſcandalum tollendum.addit Thom̄.
Rectores inquit eccleſiarum nō bene facerent/ ſi in terris ta
libus decimas exigerent/ in quibus non eſt conſuetum dari:
quando probabiliter crederent ꝙ ex hoc ſcandalum naſcere
tur. Hec ille H ¶Dubitatur vtrum paup̄ teneatur ſolue=
re decimas diuiti ſacerdoti? Reſpondetur ſcd̄m Tho.quotli.
vj.q.v.ar.iiij. Reddere debitum eſt actus iuſtitie/ ⁊ ideo ad
hoc ꝙ alicui reddatur quod ei debetur: non refert vtrum ſit
diues vel pauper. Decime autem ſacerdotibus debentur in
cōmuni quidem ſecundū ius naturale. naturalis enim ratio
dictat ꝙ illi qui pro populo in ſpiritualib[9] laborant:a popu=
lo ſtipendia ſue accipiant ſuſtentationis. Et ſcd̄m hoc etiaꝫ
in nouo teſtamento eſt iure diuino ſancitum. Nam.j.corint.
ix.domin[9] ordinauit his q̄ euangelium annūciant/ vt de euā=
gelio viuant. In veteri autem teſtamento quantitas fuit de
terminata/ ſcilicet decima. ⁊ idem ſtatuit eccleſia in nouo te
ſtamento ſoluendum.Unde cum ſacerdotibus decime debeā
tur tam de iure naturali/q̄ꝫ diuino.⁊ etiam ex ſtatuto eccl'ie:
q̄uis ſacerdos ſit diues:nihilominus pauper tenetur ei de=
cimas ſoluere. Sed dicis/alias habet vnde ſuſtentetur : cur
ergo ſibi dabitur? Reſpondetur primo ꝙ decimarum ſolutio
etiam propter pauperes eſt inſtituta ſuſtentandos:ſed his ſa
cerdos prouidere debet de decima.Secundo qd̄ effectum eſt
alicui debitum per ſtatutuꝫ eccleſie:nihilominus ei debetur
quamuis ſit diues.Qui enim in ſimili emit rem aliquam: de
bet ſoluere tantum quantum valet: ſiue a paupere ſiue a di=
uite emat.Addit Raymundus in ſumma. Clerici habentes
ſufficiens patrimonium vel redditus:recipientes adhuc de=
cimas: ſi tales deſeruiunt eccleſie:et decimas percipiunt nō
vt eas in malos vſus : ſed in pios conſumant : non peccant.
alias ſacrilegium committunt.decimaſexta queſtione prima
quoniam. Alie difficultates he ſunt/ ſcilicet an laici ſine feu
do poſſint decimas habere:ſed hoc ad preſens relinquo.

## ¶Capitulum octauum de veneratione imaginum ⁊ reliquijs ſanctorum. A



SExtum mandatū eſt negatiuū:ſicut ⁊ ſequen
tia. Nō habebis deos alienos coraꝫ me. Cō
tra hoc facerent qui etiā ſine imaginibus ſo
leꝫ aut lunā vel aliquid aliud ꝑ deo colerēt
ſicut quidā fecerūt. Sed hic error etiā inter
paganos multos extictus eſt: ideo nihil de
iſto iā opus eſt dicere. B Sed cōſequen
ter ſeptimo mandat̄ ꝙ nec imagines deoruꝫ
habere debemus eas venerādo deitatis cultu. Cōtra hoc fa
ciunt imaginibus abutētes. Unde quia hic monemur adora
re deū:⁊ cauere ab imaginū cultu malo:ideo hic tria viden=
da ſunt. Primo de inſtitutione imaginū. Scd̄o de veneratio=
ne reliquiarū. Tertio verſus quas mūdi partes adorare de=
beamus. Pro primo notandū ꝙ adorare eſt ſe totuꝫ adorato
ſubijcere propter eminentiā virtutis ⁊ ſanctitatis totāq̄ꝫ ſpē
in ipſum ponere:vnde ⁊ cultus ſiue ſeruit[9] dr̄ ⁊ ſic deo cōpe
tit ſoli.nā ſine eo nihil poſſumus. Joh.xv. Uenerari vero ſan
ctos poſſum[9]/nos eis ſubijciendo tanq̄ꝫ dei amicis ⁊ noſtris
interceſſoribus/⁊ hec ſpecies eſt ſuffragij. Sed diceres. Cur
faciūt chriſtiani imagines cōtra illud preceptū. Nō facies ti
bi ſculptile? Rn̄.primo ꝙ deus abſolute non prohibuit fieri
imagines.q2 iuſſit cherubin effigiari obūbrātia propiciato=
rium. Exo.xxv. Sed prohibuit modo qui ſequitur :ſcilicet nō
adorabis ea neq̄ꝫ coles ea:nō videlicet ſicut gentiles qui pu=
tabant aut aliquid diuini in imagine eſſe/aut creatum quid
deum effigiare. C Fuit tamen in veteri teſtamento prohi
bitū fieri imagines maxime dei. Tum propter pronitatē po=
puli ad idolatriam pro tūc/et inter idolatras commorantis.
Tum etiam quia deus nondum homo factus fuit .vnde nec
effigiari debuit]:hodie autem introductus eſt vſus imaginū
Primo a chriſto qui ſuam imaginē Abagaro regi panno im=
preſſam miſit:vt refert Euſebius in eccleſiaſti.hiſto. Et Da
maſius lib.ſentētiarū ſuarū. Secūdo ab ap'lis.nā tp̄e eorum
hec fuerūt. Unde Lucas imagines virginis Marie/⁊ filij ei[9]
ſculpſiſſe legitur. Et ap'lorū tp̄e ſanctus Seruacius imaginē
chriſti crucifixi ſecum detuliſſe reperitur in ſua hiſtoria.
Tertio a cōtinuato ritu eccleſie:que approbationem imagi=
num i cōcilio romano fere mille epiſcoporū congregato diffi
niuit. D Sed cur inuēte ſunt? Rn̄. ſm̄ Tho.in.iij.diſt.ix.
Triplici de cauſa ſm̄ tres partes imaginis anime. Ex parte
memorie ad frequentem recordationē ſalutis noſtre ⁊ inſtru
mentorum ſalutis. Ex parte intellectus/ad informationem
rudium qui litteras ignorant qui docentur imaginibus lo=
co literarū. Ex p̄te volūtatis/ad maiorē excitationē deuotio
nis. Plus ei mouēt viſa q̄ꝫ audita. Et ſic iſtitute ſunt. ꝑpt̄ me

morie labilitatē/intellectus ruditatē/⁊ affectus tarditatē
Itē notanduȝ ꝙ ſm doctores cōiter diſt.ix.tertiū adoratur
deus in quibuſdā ſignis latria/puta euchariſtia/ imagine
crucifixi/imagine crucis/⁊ in ſcriptura ſacra:potiſſime in
euāgelio poſſet a prudēte adorari. Ueneramur etiam ſan-
ctos in quibuſdā dulia:vt in imaginibus ſanctorū aliorū
eccleſijs/altaribus/reliquijs ⁊ ſimilibꝰ. E ¶Quo ad
ſecundū. Cur venerāde ſunt reliquie ſanctorū? Reſpondet
ſecundū Damaſce.in hiſt. Barlaā vbi recitatur de ꝓceſſio
ne ſanctorū patruȝ portantiū reliquias ꝙ quadruplici de
cauſa. Primo vt ex veneratione eorū auxiliū ſentiamꝰ. Se
cūdo vt exempla eorū quorū ſunt/hic imitemur. Tertio vt
requiē patrie vbi anime eorū ſunt/ſperemus. Quarto: vt
nos in puluerē redigēdos memoremur. F ¶Quo ad
tertiū ſm Tho. vbi ſupra. Ad orientē adoramus/⁊ altaria
cōſtruuntur quintuplici de cauſa. Primo in ſignū ꝙ a chri-
ſto eſt noſtra illuminatio q̄ eſt lux mūdi:ſicut ſol eſt ab oriē
te. Scdo q2 oriens eſt nobilior pars orbis:in ſignū nos ibi
vertimus:ꝙ credamꝰ oīa nobis a deo cōferri/⁊ nobiliora
vt gratuita immediate. Tertio ſicut motus incipit ab oriē
te per angelū:ita oīs noſtra actio a deo. Quarto q2 para-
diſus eſt ibi a quo cecidimꝰ/ideo memoremur vt in celi pa
radiſum ītremꝰ. Quīto q2 ab oriēte ad iudiciū veniet xp̄s.

¶Capitulū.ix.de ſpeciebꝰ ſuperſtitionū:⁊ de grauitate
peccati huius:ac de remedijs licitis ⁊ illicitis.⁊ quibus
ex cauſis demones ſciant futura ⁊c. A

OCtauo prohibetur hic oīs ſupſtitio/ diuinatio/
⁊ ſimilia:in quibus illud qđ a ſolo deo vel a ſctis
expectare debemus:a creaturis illicite requi-
rimus. Nō inquit adorabis ea neq3 coles. Cir-
ca hāc materiā videndū. Primo de ſpeciebꝰ ſu-
perſtitionū. Scdo de grauitate huiꝰ peccati. Tertio de re-
medijs licitis ⁊ illicitis. B Quo ad primū ſcdm Iſido-
rum.viij.ethimo.⁊ ſcdm Thom.ij.ij.q.xcij. Superſtitionis
ſunt capitales.xiiij.ſpecies. Prima eſt phitonū hoīȝ/vide-
licet in quibus demō loquitur. Ad quā reduci videtur pu-
tantes ſe localiter ad herodianā traduci. Itē q̄dā mulie-
res in q̄tuor tp̄ibꝰ extaſim per demonē patiētes. Scda eſt
ſomnia habentiū ⁊ deceptorie ibi iudicantiū. Tertia ma-
thematicorū:qui ſcdm natiuitates hoīm/⁊ ſcdm influxus
celeſtiū iudicāt diffinitiue de volūtatibus humanis. nam
mathematici iudicant ſcdm cōſtellationes. Quarta ſorti-
legiorū. Quinta ariolorū/id eſt in aris idolorū reſponſa dā
tes. Similiter geomātici ī terreſtribus iudicātes:vt in in-
ſpectione vnguis/calibis politi/ſpatula/manu/⁊ ī ſilibus:



futura vel ſecreta predicētes. Sexta auguria practicātiū
auditu ſc3 ⁊ cantu/⁊ volatu/⁊ motu auiū iudicantiū. Septi
ma carminatorū per verba/⁊ exorciſtarū/demones ⁊ illici
te ſerpētes adiurātes. Octaua fit ꝑ remedia ſuperſtitioſa
alia pro ſanitatibꝰ/vel alijs exercēdis.vt in ligaturis/ver
bis inordinatis/vel inuſitatis caracteribus ⁊ hmōi. No-
na auruſpicū/id eſt horarū/⁊ dierū vani inſpectatores. De
cima necromanticorū:id eſt mortuos ſuſcitātium.vt.j. Re
gum.xxviij. Et hodie ex dubio fidei morituros ad redeun-
dum inuitantiū. Undecima eſt transformantiū ſe vel alia
in ſimilitudines aīalium/vt in lupos ⁊ beſtias alias. Duo
decima fortunā inculpātium/aut euſortuniū. Tertiadeci-
ma artē illicitā addiſcentiū.vt diuinationes/artē notoriā
⁊ ſi que ſunt ſimiles. Quartadecima maleficorū qui nitū-
tur immutare corpora a ſanitate certa/generationē impe
dire/animū in amorē vel odiū concitare/⁊ his ſimilia. C
Quo ad ſecundū de grauitate huius peccati:notandū hoc
primo. Prohibitum eſt in ſacra ſcriptura multiplici pena
etiā ſub pena mortis anime ⁊ corporis. Unde Leuiti.xix.
Anima que declinauerit ad magos ⁊ ad ariolos ⁊ fornica
ta fuerit in eis ponā faciem meā contra eam:⁊ interficiam
eā de medio populi mei. Item ibidē.xx. Uir ſiue mulier in
quibus phitonicꝰ vel diuinus ſpiritus fuerit moriatur. la
pidibus obruēt eos.ſanguis eorū ſit ſuper eos. Unde pro-
pter hoc peccatū Ochozias infirmꝰ mortuus eſt.iiij. Regū.
primo. Et Saul.j. Paralipo.x. Itē ſcdm canones. Si diui
natorum ⁊ maleficorū peccatū occultū ſit:imponitur peni-
tētia.xl.dierū. Extra eodē cap.j. Si notoriū:euchariſtia de
negatur.de cōſecra.diſt.ij.ꝑ dilectione. Si ſit clericus:de-
ponēdus eſt.⁊ in monaſterio detrudēdus. Si laicus/ excō-
municādus.xxvj.q.v.nō oportet. Tales etiā infames ſunt
⁊ qui ad eos cōcurrunt.vnde nec ad accuſationē debēt ad
mitti.ij.q.viij. Quiſquis nec. Itē tales ſcdm leges debent
plecti pena capitis. Et ſi accedāt ad domū alteriꝰ: debent
cremari:⁊ bona eorū oīa debēt publicari.C.de maleficis.
l.nemo.l.culpa.⁊.l.nulla. Cōtra oēs diuinatores ⁊ malefi
cos iura ciuilia ſeuiſſima ſūt. Unde lib.ix.C.de maleficis
⁊ mathematicis:⁊ ceteris ſimilibꝰ vt dicit Azo in ſumma.
Diuinātes circa ſomnia vel in garritu auiū:⁊ in ſimilibus
talibus nō permittitur ad limē alterius accedere: alioq̄n
concremātur/nec aliquis debet eos ſuſcipere vel cōſulere.
Alioquin deportatur in inſulā/ ⁊ omnia bona publicantur
Qui anteȝ arte magica vite innocentū inſidiātur:animos
mulierū ad libidinē flectūt :hi beſtijs ſubijciūtur. vt.l.mi-
liti. Itē nemini permittitur diuinare:alioquin ſupplicium

capitis feret gladio vltore ꝓſtratus.vt in ſupradictis legibꝰ
patet. Itē beatus Auguſt.dicit:⁊ habetur.xxvj.q.vij.nō ob=
ſeruabitis:vbi enumeratis multis ſuperſtitionibꝰ ſic cōclu=
dit.Qui has ⁊ quaſcūꝙ diuinationes/aut fata/aut auguria
obſeruat/aut attēdit/aut cōſentit obſeruātibꝰ/aut talibꝰ cre=
dit:aut ad domū eorū vadit:aut in ſuā domū introducit/ aut
interrogat:ſciat ſe fidē xpianam ⁊ baptiſmū ꝑuaricaſſe:⁊ pa
ganū⁊ apoſtatā ⁊ dei inimicū:irā dei grauiter ineternū incur
rere:niſi eccl'iaſtica penitētia emēdatus deo recōcilietꝛ. D
Sed dubitatur an ſemꝑ ſit pctm̄ mortale talibꝰ eſſe implica
tum:ꝛ Rn̄deo ſm̄ quoſdā ꝙ actū diuinationis ⁊ hm̄oi poteſt
quis tripliciter exercere. Primo ſic:ꝙ credat ꝑ illū actū rea=
liter aſſequi qđ intēdit.puta alicuius amorē/ vel furti reuela
tionē/vel futuri euētus precognitionē de cōtingētibus. Cer
tum eſt ꝙ qui talia credit cōſequi poſſe per actū illū:oportet
ꝙ credat in illo actu aliquid exiſtere diuini numinis:que a
deo ſolo expectare debemꝰ:aut que ſoli deo cōueniūt:vt im=
mutare voluntatē/aut contingentia futura certitudinaliter
predicere.Et tūc talis fidē abnegat.vt in auctoritate Augu.
immediate tactū eſt.Et ſic de grauiſſimis peccatis mortali=
bus vnū eſt.qꝛ fidē tollit debitam.Secūdo modo ſic fieri pōt
ꝙ licet aliquis nō credat per actū illū realiter aſſequi quod
intendit:tn̄ vult curioſe experiri vtrū aliquid efficacie ſit in
tali actu vel nō.Et hoc iterū eſt peccatū mortale minus pri=
mo. Ratio eſt qꝛ talis eſt dubius ⁊ fluctuās in fide: poſtq̄ cō
tra veritatē ⁊ firmitatē fidei ꝓponit experiri talia/ que ſcit
vel ſcire deberet ꝑ fidē catholicā eſſe reprobata. Tertio mo=
do ſi ex ſola leuitatevel ſimplicitate hoc exerceat:nihil tamē
in hoc credēs eſſe virtutis ⁊ efficacie:nec etiā experiri inten
dit an in hoc aliqua efficacia exiſtat/ſed ſolū leuitate ⁊ ſim=
plicitate hoc facit.Et hoc videtur quibuſdā eſſe veniale pec
catū/maxime apud laicos⁊ idiotas. Sed quantū ad clericos
qui tenētur hoc ſcire iure prohibitū:ſemper eſt mortale pec
catum:Qui excōmunicādi ſunt ſcd̄m iura.Excōicatio autē
a iure ſolū pro mortali infligitur. E Quo ad tertiū dubi=
tatur:que ſunt remedia licita homini pro adeptione bonorū
quorūcunq̄/⁊ pro euitādis malis q̄buſcunꝙ:ꝛ Rn̄.dnꝙ. Pri=
mo faciat homo id quod poteſt ex propria induſtria/ex pro=
pria potētia/⁊ virium ſuarum exercitatione. Quod Apoſto=
lus.j.Corinthi.ix.iubet dicens.Abūdetis in omne opus bo=
num.Secūdo homo recurſum habeat pro conſilio ad alios
homines qui ſunt in hoc prudentiores:⁊ ſuper hoc imploret
auxiliū potentioris.vt cum perito in arte medicādi:ſi eſt in=
firmitas naturalis. Ideo Eccleſiaſti.xxxviij. Honora medi=
cum propter neceſſitatem.etenim eū creauit altiſſimus ⁊c.



a deo enim eſt omnis medela. Tertio ſe commendet preci=
bus iuſtorum huius vie.Unde Eccleſiaſti.xxxvij. Cum viro
ſancto aſſiduus eſto/quemcunꝙ agnoueris obſeruantem ti=
morem dei/cuius anima eſt ſecundū animam tuam.Quarto
deuote inuocet ſanctos patrie.de quo Iob.v.dicitur.Uoca ſi
eſt qui tibi reſpondeat/⁊ ad aliquem ſanctorum conuertere.
Quinto ad deum immediate pro adiutorio recurrat humili=
ter.Sicut in veteri teſtamēto ſancta virgo Sara fecit Tho=
bie.iij.que ait. Hoc pro certo habet om̄is qui colit te: quia vi
ta eius ſi in probatione fuerit coronabitur.Si autem in tri=
bulatione fuerit:liberabitur.⁊ ſi in correptione fuerit:ad mi
ſericordiam tuā peruenire licebit. Et Ioſaphat rex iuda in
tribulatione inimicorum exiſtens.ij. Paralipome.xx.ait cū
ignoramus quid agere debeamus:hoc ſolum habemus reſi=
dui vt oculos noſtros dirigamꝰ ad te. Et ſi intētum non adi=
piſcitur quis per primā viam:addat ſecundam/⁊ ſic ſi opor=
tet tertiā vſꝙ ad vltimā. Q ſi perſeuerauerit:⁊ ſi ad ſalutē
eſt/vtiꝙ exaudietur/aut in propria petiti forma/aut in equi
ualenti. Exempli gratia. Si vis carere vicio / aut occaſione
eius/aut habere virtutes/deuotionē/⁊ huiuſmodi ſpiritua
lia bona/ſiue habere temporalia/vel carere malis huius vi=
te aliquibus:primo primum arripe. Secūdo adde ſecundū.
ſic conſequēter. Sed alia remedia querere ſuperſticioſa illi=
citum eſt. Sunt autem tria quibus nō prohibemur vti in re=
medium. Primo herbis/lapidibus/⁊ ſimilibus:que natura=
lem habēt virtutem/de quo ratio ſecūdum naturales ⁊ me=
dicos reddi poteſt.Unde beatus Hieronymus dicit ⁊ ponitꝛ
xxvi.q.vij. Demonium ſuſtinēti licet petras ⁊ herbas habe=
re:ſine incantatione. Item verbis ſacris que alicuius aucto
ritatis ſunt/⁊ alijs ſacris rebus.Unde ſi aliquis colligat her
bam medicinalem cū ſymbolo diuino/vel oratione domini=
ca/vel ſcribat in charta ſymbolū vel dominicam orationem/
⁊ ponat ſuper aliquē infirmū/ vt ſic in iſtis tantū deus crea
tor omnium honoretur:non reprobatur/ dūmodo nulla alia
ſuperſtitio admiſceatur.vt habetur ex conſilio Martini pa=
pe.xxvi.queſtione.v.non liceat. Tertio in ieiunijs/orationi=
bus/elemoſinis/⁊ alijs operibus que ſunt de genere bonorū
que certum eſt placere deo. F Sed dubitatur vnde male=
ficia efficaciam habeant:ꝛ Reſpondetur ex quinꝙ. Primo ex
parua confidentia quam homines habent in deum:ideo per
mittit eos a demonibus impediri.ſecundum illud ps. Quo= ps.xc.
niam in me ſperauit liberabo eū/ſcilicet iuſtū. Et per argu=
mentū a cōtrario ſenſu qui non ſperant in deū/ demonis po=
teſtati relinquūtur. Secūdo ex errore qui in hoībus eſt: cuiꝰ
pena frequēter eſt effectus maleficij. Sm̄ illud Roma.j.Cum

cognouiſſent deū:non ſicut deū glorificauerunt ⁊c.⁊ obſcu
ratū eſt inſipiens cor eorū.Tertio vt fides ꝓbetur bonorū
ſm̄ Augu.quod probat ꝑ illud Deutero.xiij. Si ſurrexerit
in medio tui ꝓpheta/aut q̄ ſomniū ſe vidiſſe dicat:⁊ p̄dixe
rit ſignū:aut portentum/⁊ euenerit quod locutus eſt: ⁊ di=
xerit tibi:eamus ⁊ ſequamur deos alienos quos ignoras/
⁊.ſeruiam⁹ eis:non audias verba ꝓphete illius aut ſom=
niatoris.Quia temptat vos dn̄s deus:vt palā fiat an dili=
gatis eum aut non. Quarto ꝓpter pactum expreſſum vel
tacitum cū demonibus initum ⁊ ſocietatem:qualiter fit in
omni ſupſtitione.vt dicit Augu.de doctrina xp̄iana. lib.ij.
que ſocietas omni(vt ibi dicit)penitus fugiēda eſt xp̄iano
Quinto ex deſiderio diaboli/ qui conat̄ continue decipere
nos.j.pe.v.Aduerſarius veſter diabolus:tanq̄ꝫ leo rugiēs
circuit/querens quē deuoret: cui reſiſtite fortes in fide.
§ Dubitatur iterū quibus ex cauſis demones ſciant fu=
tura interdū:⁊ vnde tam miros effectus poſſunt/ cum de⁹
ꝑmittit efficere? Rn̄o.ſcd̄m Aug..lib. de natura demonum
aſſignando ſententialiter.vij.cauſas/nō ꝙ futura ↄtingen
tia ſciāt:ſed cōiecturant ꝓbabiliter.Prima quia vigēt ſub
tilitate naturali plus q̄ꝫ homines.Secūda.plura ſciunt q̄ꝫ
nos propter experientiam temporū.Tertia propter celeri=
tatem motus demon multa futura predicere poteſt: que
hominem latent.Quarta.nam potentia(cum deus permit
tit)poſſunt morbos immittere/⁊ hos predicere. Quinta ꝑ
ſigna futura poſſunt predicere ſubtilius q̄ꝫ medicus vidē=
do pulſum ⁊ vrinam. Nam ſicut medicus videt per ſigna
aliquid in infirmo quod homo ſimplex non videt:ita demō
quod nullus homo naturaliter videt. Sexta ex ſignis que
procedūt ab animo hominis:ↄiecturāt ea que ſunt vel erūt
in anima aſtutius prudenti viro. Sciūt em̄ qui inſtinctus
eorum ſunt veriſimiliter ſecuturi.Septima/acta propheta
rū ⁊ ſcripta noſcūt:ex quibus futura p̄dicere poſſunt. Et
hec tanguntur.xxvj.q.iiij.cap.Sciendum.

¶ Capitulum decimum. de falſa tranſlatione
hominum:⁊ ſomnijs:⁊ de ſortibus ⁊c.

Quo ad primū modū notandū ꝙ prout habet̄
xxvj.q.v.Epiſcopi ex cōcilio acq̄renſi.tales
perſone nō transferunt̄ a demone localiter
ad loca in quibus dicūt ſe fuiſſe:ſed ip̄e Sa=
thanas cū mentem cuiuſq̄ꝫ mulieris ceperit
⁊ hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit:
illico transformat ſe in diuerſarum formarū ſpecies:⁊ men
tem quam captiuam tenet in ſomnis deludens modo per
leta/modo per triſtia:imaginarie ſolū deducit nō veraci=



ter. Et cū ſola anima hoc patiatur infidelis: hec nō in aīo
ſed in corpore euenire opinatur. Exēplum refertur de ve=
tula:quā cū cōuertere nō poſſet frater predicator: ad hanc
ex cōdicto venit frater qn̄ in cubella ſe tranſiturā dixit ver
ſus dn̄am Herodiadē vel venerē. Nā protunc vetula ſine
motu locali dormire cepit/ et cū iam ſe ſomniaret verſus
Herodiadem vehi/ et manus leta proijceret: verſum eſt ex
motu vas/et vetulam cū cōfuſione ad terrā proiecit. Eadē
de cauſa ficta ſunt interdū et imaginaria ſolū/ quē do que=
dam in quattuor temporib⁹ ſe in raptu dicunt videre ani
mas purgatorij/ ⁊ plura alia fantaſmata. Nec mouere de=
bet ꝙ quarūdam vetularum pedes protunc aduſti nō ſen=
tiunt ignem: quia demō fantaſmata in imaginatione mulie
ris tanto incēdere poteſt:vt anima extra nihil ſentiat. Exē=
plum de habentibus morbū caducū qui etiā aduſtionē non
ſentiunt in infirmitate ſua.quia anima in interiorib⁹ paſ=
ſionibus vel dolorib⁹ preſſa:extra non ſentit ignē. Item na
turaliter quidam (ſpecialiter mulieres quedam) faciliter
ex imaginationibus poſſunt rapi ad intra: adeo vt non ſen
tiant exteriora: vt ponit exemplū Auguſt.xiiij. de ciuitate
dei.cap.xxiiij. de quodam reſtituto nomine. qui ad modi=
cum alicuius gemitum ſe ad interiora cōuertere poterat:
vt nec voces/nec pūcturas/ nec vellicantes ſentiret immo
tanq̄ꝫ in defuncto null⁹ anhelitus ſentiebatur. § Quo
ad ſecundum de ſomnijs:notandū ꝙ raro aliquis debet te
nere de ſomnis/et iudicare. Interdum tamen poteſt/ et de
aliquibus debet. Primum patet.quia cauſe ſomniorū ſunt
tam varie ꝙ pauci ſciant a quo fiant. Nam ſm̄ Greg.libro
iiij.dialo. aliquando fiunt plenitudine ventris. Aliquan
do ventris et capitis exinanitiōe: et hec experientia didi=
cimus. Aliquādo demonū illuſione. Eccleſiaſt.xxxiiii. Mul
tos errare fecerunt ſomnia. Aliquando dei reuelatione.
Gene.xxvij. ait Joſeph. Audite ſomniū meum quod vidi.
Aliquando cogitatione naturali/ ſimul et illuſione. Unde
eccl's.v. Ubi multa ſunt ſomnia:multe ſunt vanitates. Et
ſupra. Multas curas ſequūtur ſomnia. Aliquando fiunt co
gitatione/ſimul et reuelatione dei. Danie.vij. vbi oſtendi=
tur ꝙ ſomniū Pharaonis cepit a cogitatione/ et termina=
batur in reuelatione. Quidā tamē aliqualiter ſed caute iu
dicare poſſunt interdū de ſomnijs. vt ſi poſt ſomniū de cru=
ce/aqua vel calice expertus es tibi tribulationeꝫ ſepe ſub
ſecutam:timere potes ꝙ eueniat. Et patientia/ et oratio=
ne/et alijs te contra temptationeꝫ preparare: ⁊ forte ideo
de⁹ reuelauit. Similiter ſi de extremo iudicio te ſomnias
damnatū: poſtea ſcrutare conſcientiā. Sed nunq̄ꝫ curāda

ſunt ſomnia de theſauris inueniendis. De inimico inuadē
do et ſimilibus. ¶ Poſſunt autē quintupliciter vt dicit
Thom̄. ſomnia ſigna eſſe futurorū. Primo qn̄ eſt cauſa effe
ctus futuri. vt quia ſomniaſti te iturū ad eccleſiā certā: idō
poſtea vadis. Secundo ſomniū eſt ſignū futuri: cuius cau
ſa in ſomniante eſt. vt colera preſſus ſomniat de nigro: ⁊ ſic
vtuntur medici ſomnijs. Tertio interdum a caſu euenit de
quo quis ſomniauit. vt de igne ſomniaſti et eadem die a ca
ſu domus incineratur. Quarto quando impreſſio aeris vel
celi corpus dormiētis alterat/ſequitur interdū ſimile ſom=
nium. vt ſi aer vel celum eſt diſpoſitū influere humide cor
pus facit ſomniare animam de pluuia. Et eſt hec commu=
ne in formica/muſcis/pulicibus/et gallo/et in brutis alijs:
que ex talibus immutātur. et iudicant prudentes ex talibꝰ
quoſdam euentus naturales. Quinto quando ab angelis
bonis vel malis influxus aliquis de futuro recipitur. ta=
men qui haberet de ſomnio diſcretionem ſpiritū/que eſt ſꝫ
apl'm. j. Cori. xij. gratia ſpecialis ſpiritusſancti iudicare poſ
ſet et deberet de ſomnio. vt ſancti et ꝓphete ſancti (inquit
Grego. vbi ſupra) viſiones et reuelationes quodā intimo
ſapore diſcernunt: vt ſciant quid a bono ſpiritu percipiāt/
vel quid ab illuſore patiantur ¶ Quo ad tertiū notan
dum eſt ꝙ Gene. j. dixit deus. Fiant luminaria in firmamē
to celi. ⁊ diuidant diem ac noctē. ⁊ ſint in ſigna. glo. ſereni=
tatis et tempeſtatis. ⁊ tempora. glo. veris/eſtatis/autūni/⁊
hiemis. Unde primū miniſteriū quod faciunt nobis corpo=
ra celi eſt ꝙ faciunt diē ad laborandum hominibꝰ: et noctē
pro quiete noſtra. Scḋo ſeruiunt inquantū ſunt ſigna natu
raliū effectuū vt pluuie/ſiccitatis/ caloris/⁊ ſimiliū. ſed nō
ſic ſunt ſigna eorū que dependent a libero arbitrio noſtro:
ſic ꝙ aliquis ex eis iudicare poſſit hunc furē omnino fien=
dum/luxurioſum/et huiuſmodi. Nā ⁊ Ptolomeꝰ ait Sapiēs
dominabitur aſtris. Nā hec diuerſimode influūt ſm ꝙ deo
ſeruimus vel non. Unde Leui. xxvj. Si non feceritis man
data mea. ⁊c. dabo celum vobis deſuper ferreū: et terram
eneam. et conſumetur incaſſum labor veſter. Si autē in pre
ceptis meis ambulaueritis dabo vobis pluuias tempori=
bus ſuis/ et terra ginet germen ſuum. Unde ſm Thom̄. li.
iij. contra gentiles. Tria ſunt in homine/ videlicet corpus
ſeu corporalia/intellectus/ et volūtas. Item tria alia ſunt
in celeſtibus/videlicet celum/angelus/ et deus. Celū ſolū
poteſt in corpus vt illuminando/frigefaciendo/et calefaciē
do. Angelus bonus poteſt intellectum illuminare. et ma=
lus nō poteſt intellectui quicꝙ̄ imprimere. deꝰ ſolus pōt vo
luntatem vertere ad placitū. pōt etiā in intellectū et in cor



pus imprimere quicquid vult. Quicquid vltra per fata
aſtris aſcribitur de actibus ad liberū arbitrium pertinenti
bus eſt ſuperſticioſum vel ſuperſtitioni ꝓpinquum. ¶
Quo ad quartū de ſortibꝰ notandū ſꝫ Tho. ſecūda ſcḋe. q.
xcv. ar. viij. Et ſm Nicolaū de lyra ſuper illo Actuum. j.
Sors cecidit ſuper mathiam: ꝙ vti ſortibꝰ eſt ex vario euē=
tu ſeu diſpoſitione alicuius rei ſenſibilis propoſite: deter=
minare aliquod dubium vel incertum. Sicut ex feſtucis ꝓ=
poſitis: per hoc ꝙ aliquis accipit breuiorem vl' longiorem:
ſeu in proiectione taxillorū ex hoc ꝙ aliquis proijcit plura
vel pauca puncta vel ex ſimilibꝰ aliquod dubium inter ho=
mines determinatur. ¶ Secundo notādum ꝙ ſortibus
vti contingit dupliciter. Aliquando eſt malum: aliquādo
eſt bonum. Malum eſt octo modis. Primo qn̄ quis ea intē=
tione vtitur ſortibꝰ/quaſi actus humani qui requirūtur ad
ſortes vel euentus eorū ſubdantur diſpoſitioni ſtellarū. hoc
enim falſum eſſet nō carens demonū ſuggeſtione. Secūdo
quando quis expectaret ſortiū iudiciū a demonibus. quod
fit quando fiunt in quibus veriſimile eſt demonis ibi eſſe
opus. Sicut legitur Eze. xxj. ꝙ rex babilonis ſtetit in biuio
in capite duarū viarum cōmiſcens ſagittas interrogabat
ydola: extra cōſuluit. Tertio qn̄ quis expectaret ſortialiū
actuum euētus euenire a fortuna/⁊ hoc ſolū locum habe=
ret in ſorte/ que vocat diuiſoria. vt ſi queratur iudicio ſor=
tium: quid cui ſit exhibendū/ ſiue illud ſit res poſſeſſa/ ſiue
ſit honor: ſiue dignitas ſiue pena: aut aliqua actio. et talis
ſors non videtur habere: niſi forte viciū vanitatis. Sicut
ſi aliqui nō valentes aliquid diuidere cōcorditer velint ſor
tibus ad diuiſionem vti quaſi fortune exponētes quis quā
partē accipiat vt Tho. dicit. Sed nicola. de lyra ſic dicit Si
diſpoſitio vel euētus ſortiū expectetur in fortuna tm̄: nul=
lum eſt vicium ſi mittantur ſortes ad terminandum inter
homines quis quā partem accipiat alicuius rei/et hoc ex
communi committitur conſenſu fortune. Cauſa tn̄ moti=
ua poteſt eſſe peccatum. vt ſi propter cupiditatem propriā
vel aliud vicium non poſſumus concorditer alio modo di=
uidere. ¶ Quarto quando quis expectaret ſortium iu=
dicium vel euentum ſolum a deo vel a ſanctis angelis. Et
licet hoc de ſe non ſit illicitum/quādo fieret in neceſſitate ⁊
cū reuerētia/tamē fit quadrupliciter cū pctō. Prīo ſi abſꝙ
vlla neceſſitate ad ſortes recurrat. hoc em̄ videt ad dei tē=
ptationē ptinere vt dicit Ambro. ſup luc. Qui inqt ſorte eli
gitur hūano iudicio nō deprehēdit. Scḋo ſi qs etiā in neceſ
ſitate abſꝙ reuerētia debita ſortibꝰ vtat. Uideāt tales (dicit
Beda ſup act. j.) hoc ipos aplos nō niſi collecto fratꝝ cetu/

⁊ ꝓcib⁹ ad deū fuſis egiſſe. Tertio ſi diuia oracula ad terre
na negocia ꝯuertant. vñ Aug. ad iquiſitiones ianuarij. his
qui de paginis euangelicis ſortes legunt / ⁊ ſi optandū ſit
ꝙ hoc faciant / id eſt permittendū ne maius malum fiat / vt
potius ꝙ̄ ad demonia conſulenda concurrant : tamē mihi
diſplicet illa cōſuetudo ad negocia ſecularia : ⁊ ad vite hu
ius vanitatem diuina oracula velle conuertere. Quarto
ſi electionibus eccleſiaſticis q̄ ex ſpiritusſancti inſpiratio
ne fieri debent : aliqui vtantur ſortibus contra prohibitio
nem. extra de ſortil. ca. vlt. Nec obſtat ꝙ Mathias eſt ſorte
electus. hoc enim adhuc nō erat ꝓhibitū. Itē cū reuerētia
ſpeciali ſpiritusſancti inſtinctu fiebat : quod in cōſequētiaȝ
non eſt trahendū. vnde ⁊ Beda vbi ſupra / dato ſpiritusſan
cto / ſtatim. vij. diaconi nō ſortibus : ſed electione facti ſunt.
H Sortibus tamē licite q̄s vti poteſt quintupliciter. Pri
mo qn̄ p̄fata vitat : licet vtatur ſorte in tēporalibus digni
tatibus : q̄r talia officia ordinant ad terrena diſponenda.
Secūdo in diuiſione rerū tēporalium / dūmodo vitentur vi
cia prius tacta. Tertio qn̄ neceſſitas aliqua ab electione
dignitatis eccleſiaſtice immineret. Tūc enim licitum eſt
cum debita reuerentia ſortibus diuinū auxilium implora
re. vnde Augu. in epiſtola ad honoratum. Si inter dei mini
ſtros ſit diſceptatio / qui eorū in tēpore pſecutionis mane
ant in fuga omniū / ⁊ qui eorū fugiant / ne morte eorū oīm
deſeratur eccleſia : ſi hec diſceptatio aliter nō poterit termi
nari : quantum michi videtur qui maneāt / ⁊ qui fugiant / ſor
te eligendi ſunt. Et hoc modo vſi ſunt ſortibus ſancti viri
qui in veteri ⁊ nouo teſtamento legūtur vſi fuiſſe ſortibus
ſicut Joſue achor reperit. ibidem. vij. Saul ionathā. j. Reg.
xiiij. ⁊ zacharias ſorte exijt. Luc. j. Quarto licitū eſt vt dicit
Aug. j. de doctrina xp̄iana. Si tibi abundaret aliquid quod
oporteret dare ei qui nō haberet / nec duob⁹ dari potuiſſet :
ſi tibi occurrerēt duo quorū neuter aliū vel indigentia vel
erga te aliqua neceſſitate ſuperaret : nichil tutius faceres
ꝙ̄ vt ſorte eligeres cui dādū eſſet qđ dari vtriq̄ non poſſet
De talibus ſortib⁹ dr̄ ꝓuer. xvj. Sortes mittunt in ſinū : ſed
a dn̄o tēperant. Quinto fit licite ſcḋm Inno. ⁊ hoſtieñ. pro
litibus dirimēdis in his q̄ tp̄alia ſunt : quando fit ſorte ſim
plici cum paleis vel huiuſmodi. concordat Gaufridus.

¶ Cap. xj. recapitulat ſpecies ſupſtitionū de luuis.

De alijs autem ſupra enumeratis modis ſupſti
tioſis vt melius agnoſcātur / ⁊ vitentur a fideli
bus mouebunt plures breues ⁊ vtiles q̄ſtiōes
numero. xlv. ⁊ ſoluentur. A Primo tamen no
tandū eſt ſcḋm Tho. ſcḋa ſecūde. q. xcij. ⁊. xciij.



ꝙ cum ſuperſtitio ſit religio ſupra modum ſeruata. Super
ſtitionis duo ſunt genera. idolatria ſcȝ / ⁊ diuinatio : p quaȝ
quis aut occulta / aut futura inueſtigare nititur. per pacta
aut occulta / aut manifeſta inita cum demonibus. Diuina
tio aūt vt dicit Iſidorus lib. viij. Ethimo. habet plures ſpe
cies. Et ſm tho. numerant : de quib⁹ infra dicetur diſtin
ctius. B Una eſt preſtigiū qua oculi hoīȝ preſtringunt.
Alia ſomniorū diuinatio. Tertia phitonica per quā futu
ra dicunt per viuos aut per arreptitios aut per phitones.
Quarta necromātia qua adhibitis precantationib⁹ qui
buſdā / ⁊ ſanguine : videntur reſuſcitari mortui / diuinare /
⁊ ad interrogata reſpondere. Quinta : geomātia qua in ma
teria terreſtri ſcȝ vngue / ferro / vel lapide futura prenūciā
tur per aliquas figuras vel ſigna inaīata. Uerūtn̄ ad hoc
genus pertinet diuinatio que fit ex cōſideratione eorū que
eueniūt ſerio per ꝓtractionem punctorū : ſed ibi nō fit inuo
catio demonū niſi tacita. Sexta idromantia que in aqua
idē facit. Septima aeromantia in aere. Octauo in igne pi
romantia idē facit. Nona aruſpitiū : per quod in viſceribus
animaliū immolatorū in aris demonū / idē fit ſcȝ inueſtiga
tio occultorū vel futurorū. Et p oēs iſtas ſpecies fiunt ta
lia : per expreſſaȝ demonū inuocationem. ſequētes aūt per
tacitam. Unde decima eſt matheſis q̄ ex ſideribus natiuita
tes hoīm conſiderat ⁊ diuinat futura. Undecima eſt augu
rium a garritu auiū dicta : licet ſe extendat ad motus vel
voces auiū ſeu quorūlibet aīaliuȝ / ſiue p ſternutatiōes ho
minū fiat vel mēbrorū ſaltus. Auſpiciū tamē ab inſpectiōe
auiū dictū : ad oculos ꝓprie ptinet. Auguriū vero ꝓprie ad
garritum auiū. q̄r in duob⁹ iſtis principaliter diuinatio in
auibus fieri ſolet. Duodecima eſt omē : ⁊ fit in ꝟbis / ⁊ cir
ca eadem qn̄ quis ꝟba hoīm certa intentione dicta : alia in
tētione retorquet ad futurū quod vult prenoſcere. Sicut
maximus Ualeri⁹ dicit. Oīm obſeruatio aliquo cōtractu
religioni innixa eſt : qm̄ nō fortuito motu / ſed diuina ꝓui
dentia conſtare creditur que fecit celos. Tertiadecima eſt
ciromātia. quādo alique diſpoſitiōes figurarū cōſiderant
in aliquibus corporibus viſui occurrētes / vt ex lineamen
tis man⁹ ꝯſideratis. Quartadecima eſt ſpatulamantia / et
eſt diuinatio facta in figuris ſpatule alicuius animalis.
Quintadecima ſortilegium eſt : quod fit p cōſiderationem
figurarū que ꝓueniunt ex plumbo liquefacto in aquā ꝓie
cto. ſiue ex quibuſdā cedulis ſcriptis / vel nō ſcriptis in oc
culto repoſitis / dū cōſiderat quis quā accipiat. vel etiā ex
feſtucis inequalib⁹ ꝓpoſitis / quis maiorē vel minorē acci
piat. Uel etiā ex taxillorū ꝓiectione quis plura pūcta proij

ciat: vel etiam dum cōſideratur quid aperienti librū occurrat: q̄ oīa ſortiū nomen habent. C Primo igitur q̄ritur de p̄ſtigijs: quot modis oculi hoīm poſſint deludi. Eſt aūt p̄ꝛeuidendū ꝙ p̄ſtigiū eſt ſenſuū quedā deluſio/ oculoꝝ preſertim. Et dicitur a p̄ſtringo: q̄ꝛ aciē oculoꝝ perſtringit Dicit yſido. viij. ethi. ca. ix. Ita ꝙ res videantur aliter eſſe q̄ꝫ ſint. Et vt Alexan. de hal. parte. ij. dicit Preſtigium pꝛopꝛie ſumptū: eſt illa illuſio demonis q̄ non habet cauſam ex p̄te mutationis rei/ ſed ſolūmodo ex parte cognoſcētis q̄ deluditur/ ſiue quantum ad interiores ſenſus/ ſiue quantum ad exteriores. D R̄n̄d. alexan. de hal. parte ſecūda ꝙ tribus modis in genere poteſt fieri pꝛeſtigiū. Una deluſio nanqꝫ fit abſqꝫ demonibus ⁊ artificialiter/ ſola videlicꝫ cogitatiōe hoīm oſtēdētiū ⁊ occultantiū. ſicut fit in traiectionibus per ioculatores/ vel per mimos. Alius modꝰ fit etiā ſine virtute demonū ⁊ naturaliter virtute quorūdam corporū mineraliū: q̄ qui h̄n̄t poſſunt ſm̄ quandā virtutem huiuſmodi corporibus inditā rem oſtendere vel facere apparere non ſicut eſt. vñ ſm̄ Tho. prima parte. q. cxiiij. arti. iiij. ⁊ ſm̄ alios plures: quedā herba accenſa fumigans: facit trabes apparere ſerpentes. Tertius modus deluſionis eſt qui fit per demones deo tamē p̄mittente. habēt eñ demones quandā poteſtatē ex ordine nature ſup quaſdā res inferiores: quam poſſunt exercere circa iſtas res qñ deus ſinit/ ⁊ tūc etiam res apparēt aliter q̄ꝫ ſint. E Poteſt eñ demon quinqꝫ modis aliquē illudere ꝙ iudicat rem aliter q̄ꝫ eſt. Primo modo artificiali traiectiōe. Secūdo naturali applicatione alicuius rei de quibus dictū eſt. q̄ꝛ poteſtatē habet in hoc plus q̄ꝫ homo ⁊ ſcientiā/ ⁊ cū deus p̄mittit exequi. Tertio modo poteſt in aſſumpto corpore ſe oſtēdere eſſe aliquā rem que non eſt: vt lactucā. ſicut accidiſſe videt̄ moniali: de qua refert Grego. j. lib. dialogoꝝ. vel in maſſa auri. vt de beato Anthonio factū legitur. vel lupum vt infra dicetur ſe oſtendere poteſt. Et ſic tegere rem alienā ſuo aſſumpto corpore. Quarto poteſt turbare organū viſus vt videatur res nubiloſa que eſt clara: ⁊ huiuſmodi. Sicut etiā poſt fletū lumen apparet aliter q̄ꝫ ante. Quinto modo in imaginatiuam potentiam operando tranſmutatione ſpecierum ſenſibilium ſm̄ Tho. vel humores varios mouēdo vt appareant ignea vel aquea/ ⁊ huiuſcemodi. Sicut in melancolicis naturalit̄ fit: vel in maniacis. F Queſtio ſecūda: vñ p̄ueniant res viſe: quas vidēt virgines in ſpeculis ſiue vnguibus maleficorum: ad furta ſublata ⁊ huiuſcemodi reperienda. Et cur malefici potiꝰ recipiunt virgines mares vel feminas q̄ꝫ corruptos: R̄n̄d. ſm̄ Guiller. pariſi.



in vltima parte de vniuerſo: ꝙ opere demonum fit per modum vnum vel plures precedenti dubio expreſſos. Uirgines autem tantum ad hoc idoneas demon mentitur triplici de cauſa: licet corruptis idem oſtendere valeret. Prima vt fingat falſo ſe caſtitatem amare/ quam odit. quia caſtiſſimam virginem ſumme odit que contriuit caput eiuſdē ſerpentis vnde inſidiatur calcaneo eius. Unde deus ait ſerpēti. inimicitias ponam inter te ⁊ mulierem/ ⁊ ſemē tuū ⁊ ſemen illius. ipſa conteret caput tuum: ⁊ tu inſidiaberis calcaneo eiꝰ. Geneſ. iij. Secūdo vt ſic aīas maleficoꝝ ⁊ eis credentiūꝫ decipiat: ad amicitiā demonū inclinatas p̄ infidelitatis vicium ſub ſpecie boni non ſub ſpecie mali. Tertio vt corpora ſic ledat innocentum vel minus vicijs infectorum. Nam poſtea vt per experientiam patet: tales habent viſum frequenter horribiliorem q̄ꝫ antea ex veſtigijs demonum relictis in oculis vel facie videntis. G Queſtio tertia: an veritas aliqua ſubſit his que dicuntur de mōte veneris. vbi cum pulcherrimis feminis dicuntur quidaꝫ frui luxuria et voluptate ad placitum: R̄n̄d. guiller. vbi ſupra lib. de vniuerſo ꝙ fictitium eſt totum licet demonum opere tales homines illudantur modis tactis in primo dubio: vt in veritate eis fieri videatur: quod tantum in apparentia fit. Unde refert ꝙ quidam miles ſe ſic putabat frui quadā femina luxurioſe: qui euigilans ſe reperit in luto quodaꝫ/ realiter amplecti quoddam cadauer mortue beſtie. H Queſtio quarta: an veritas ſit (quod quedam in linea rhem bigutte famant ⁊ eis credentes) de quodam monte circa Bernenſe oppidum: in quo referuntur eſſe abſcōditi in antro viri ⁊ femine deuotiſſime viuentes nullam cōmunionem habentes cum alijs fidelibus: niſi ꝙ in feſtiuitatibus p̄ ſacramētis recipiendis transferunt̄ per aera ad quoſdā ſibi notos preſbyteros in parrochijs: R̄n̄d. ꝙ demonis iſta opera ſunt p̄ut funditus inueſtigaui: ⁊ laquei innocentum ſicut in precedentibꝰ duobꝰ dictū eſt dubijs. Noui eñ quandam deuotā ſanctimonialē: quā diabolus quidā multo tēpore impugnauit etiam viſibiliter: qui hanc de monaſterio conabatur educere illeſam ſub tali de quo querit̄ mendacio: ſed mentita eſt iniquitas ſibi. Nam ipſa reſtitit de cōſilio prudentū/ ⁊ demonē nō curauit. I Queſtio quinta Quid ſentiendū eſt de nocturnis exercitibus qui aliquādo dicuntur videri/ ⁊ vnde p̄ueniant tales apparentie/ ⁊ cur apparerent: R̄n̄d. ſm̄ Thom̄. in. iiij. diſtinct. xlv. ꝙ aliquando viuentibus tales apparent. Et poteſt contingere ꝙ ſeptem modis fit apparentia talium exercituum. Aliquando opere et preſentia bonorum angelorum / ſicut heliſeo

factum eſt in adiutorium contra Syrios eum caperevolen
tes.iiij. Reg.vj. Aliquando fiunt exercitus demonũ ab eiſ=
dem viuos deludere volentes:ſicut rex demonuʒ cum ſuis
apparuit beato Martino in ſpecie chriſti martinum corona
re geſtiens pro meritis. Ita invitas patrum de quibuſdam
legitur. Item in libro dialogorum beati Gregorij de congre
gatione demonum iudicia inter ſe diſcernentium ſuꝑ reos
legimus. Aliquando fit apparentia ſanctorum in patria
exiſtentium qui propria virtute ad viuos veniſſe leguntur
eis in adiutorium.ſicut ſanctus Felix martyr/ qui ciuibus
Nolanis apparuit a Barbaris obſeſſis.⁊ idem credendum
eſſe de alijs ſanctis prout Aug.recitat libro de cura ꝓ mor
tuis habenda. Aliquando fit ab animabꝰ que ſunt in purga
torio vt ſuffragia expetant.vt beatus Grego.iiij. dialogoꝝ
probat multipliciter. Et guiller.ſimiliter. Aliquando fit ab
animabus damnatis ad eruditionem hominum/⁊ ad terro
rem. Aliquando fieri poteſt eruditione ⁊ immiſſione bono=
rum angelorum in ſpiritum viuentis alicuius ſine reali ap
parentia. Aliquando etiam fieri põt mera deceptione de=
monum/ſicut in primo dubio dictum eſt. Ex quo patet fal
ſum eſſe ꝙ damnate anime nunꝗ infernum exeant: immo
hoc aliquando fit(dicit ſanctus Tho.)ſed pro tunc dãnatio
nem ſecum ferunt.Unde dicit Tho.etiam modum quo iſte
apparitiones fiunt aſſignando.Quamuis inquit anie ſan=
ctorum/vel damnatoꝝ pſentialiter aſſint vbi apparent: nõ
tñ credendum eſt hoc ſemper accidere. Aliquãdo em̃ hmõi
apparitiones fiunt vel in dormiendo vel in vigilando/opa
tione bonoꝝ vel malorum ſpirituum:ad inſtructionem vel
deceptionem viuentium. Sicut etiam ⁊ viui homĩes aliqñ
alijs apparent/⁊ eis multa dicunt in ſomnis/cum tñ cõſtet
eos non eſſe pñtes:ſicut aug. ꝑ multa exempla ꝓbat in li.
de cura pro mortuis habenda. k Queſtio.vj. an verum
ſit ꝙ aliq̃ homĩes ſint ſilueſtres?Rñ.alber.in de aĩali.ꝙ ſic
vel ſaltem mõſtra hoĩm ſunt. Sunt em̃ in q̃ntuplici differen
tia que in ſiluis apparent in humana ſpecie. Aliqñ veri ho
mĩes rationales:ſicut plures patres ſancti leguntur in vi=
tas patrum/nudi ⁊ hirſuti quodammõ/vel tecti folijs here
miticam vitam ſoli duxiſſe. Et aliquãdo ꝓ beſtijs a tirãnis
a caſu in retibus feraꝝ capti. Aliquando ſunt mõſtra que=
dam in humana natura rõnabilia tamẽ ſicut ſatyri:qualeʒ
vidit beatus antonius cum Paulum pmum heremitam q̃
ſiuit.ſicut ſcribit beatus hiero. Ait enim ſatyrus ille ad an
tonium. Mortalis ego ſum: vnꝰ ex accolis heremi/legatio=
ne fungor gregis mei:pcamurq̃ vt cõmunem dñm ꝓ nobis
depꝑceris:quẽ ꝓ ſalute mundi olim veniſſe cognouimus ⁊ in



oẽm terram exiuit ſonus eius. Erat aũt homuntio aduncis
naribus fronte cornibꝰ exaſperatus/cuius extrema pars cor
poris in capraꝝ fines deſinebat. Aliqñ ſunt qui apparent ve
ri homines: ſed neglecti/ ⁊ velut beſtie facti ſicut hodie ſunt
circa terram galitiam in hiſpanijs inſulis homĩes domeſti=
cos fugientes velut fere:vt docet experientia. De talibus e=
tiam videntur fuiſſe mas et femina circa ſaxoniam capti per
venatores:de quibus refert alber.in de animalibꝰ ꝙ omnino
ſpeciem hũanam videbant habere:ſed velut mortiones eſſe vi
debant:vir em̃ viuus:ſed femina mortua capiebatur. Aliqñ
ſunt pigmei:qd̃ animal ſcd̃m alber.vbi prius eſt multuʒ ſimi
le homini:q2 erecte incedit:manibus vtitur ad opa quedam⁊
loquitur lingua. Et tñ ſimpliciter plus eſt beſtia ꝙ̃ homo: li=
cet ſit nobilius animalium infra hominẽ. Aliqñ etiam demo
nes in ſiluis apparent eſſe homĩes vel femine vt decipiant in
cautos:ſicut cõmuniter habetur in vitas patrum L Que
ſtio ſeptima an verum ſit ꝙ malefici poſſint facere vera ani=
lia arte ſua? Rñ.ſcd̃m Alber.vbi ſupra ꝙ ſic deo ꝑmittente.
Aliqñ imperfecta quedã animalia ꝓcurare poſſunt fieri/non
in inſtanti ſicut deus facere poteſt:ſed motu quodam/licʒ ſu
bito : ſicut patet de maleficis ſcd̃m aug. Et Exo.vij.vbi glo.
ſtrabi ſuper iſto. Uocauit pharao ſapiẽtes/ dicit ꝙ demones
diſcurrunt ꝑ mundum ⁊ colligunt diuerſa ſemina:⁊ ex eoruʒ
adaptatione poſſunt ꝓrumpere diuerſas ſpecies. Et glo.ibi=
dem ſic dicit:dum per incantationem demonum malefici ali
quid efficere conant:diſcurrunt ꝑ mundũ ⁊ ſemina ſubito eo
rum de q̃bus hoc agitur afferunt: ⁊ ſic ex illis ꝑmittente deo
nouas ſpecies rerum ꝓducunt:licet ergo demonũ opere fie
ri poſſunt deo ꝑmittente vera talia/non illuſoria/id eſt ſoluʒ
apparentia:tamen talia dicuntur ſigna mendacia ſemꝑ:quia
demones talia ſolum ⁊ principaliter faciunt ad ſeducenduʒ
omnes videntes.ꝓpter qd̃.ij. Theſſal. ſecũdo dicit apl's de
antixpo.ꝙ aduentus eius erit ſcd̃m opationẽ ſathane in om
ni virtute/⁊ ſignis/ ⁊ ꝓdigijs mendacibus. Sancti autem mi
racula dei/virtute increata impetrant vtilia fidei ⁊ inſtanta=
nee cuʒ placet altiſſimo. M Queſtio.viij. An opere demo
monum:trãſformationes pñt fieri hominũ in beſtias/ſicut in
lupos ⁊ hmõi? Rñ.ꝙ non. Uñ xxvj.q.v.epi ex concilio acquirẽ
ſi ſic dicit. Quiſquis credit poſſe fieri aliquaʒ creaturam aut
in melius aut in deterius immutari:aut transformari in aliã
ſpeciem vel in aliam ſimilitudinem niſi ab ipſo creatore qui
omnia fecit et per quem omnia facta ſunt: proculdubio infi=
delis eſt et pagano deterior. Idem late oſtendit beatus Au=
gu.de ciuita.dei li.xviij.c.xvij.vbi oſtendit ꝙ demones faci=
unt tales transformationes non realiter:ſed viſum hũanum

decipiendo. Sicut oſtenſum eſt dubio p̄mo multis modis.
Vñ augu. ibi dicit ꝙ famoſiſſima maga circes mutauit ſo=
cios vlixis in beſtias. Et q̄dã ſtabularie mulieres conuer
tebant hoſpites ſuos in iumenta onera portantia. Refert
etiã ſocios diomedis in aues cõuerſos: ⁊ poſtea longo tp̄e
circa templum diomedis volabant. Et q̄dam preſtantius
nomine narrauit de patre ſuo q̄ dicebat ſe caballum fuiſſe
⁊ annonam ſe cum alijs animalibus baiulaſſe. Nam vt au
gu. ibidem ſoluit in p̄mo: ſola apparentia fuit/ ⁊ oculoꝝ de
ceptio. In ſecũdo ⁊ quarto vera onera fuerunt q̄ demones
inuiſibiliter p̄ñtes portauerũt. In tertio ꝓo ſocij diomedis
ꝑ demones fuerunt de medio ſubito ſubtracti/ ⁊ aues vere
loco eoꝝ immediate poſite/ q̄ ibi volauerunt: in nullo autē
p̄dictorum de homīe vere factum fuit irrõnale animal: ſed
ſolũ apparenter. Dicit tamē Tho. parte prima. q. cxiiij. ar.
iiij. ꝙ om̄es tranſmutationes corporalium reꝝ que poſſunt
fieri ꝑ aliquas virtutes naturales/ ad quas ꝑtinent ſemīa
que in elementis huiꝰ mundi inueniuntur: p̄ñt fieri ꝑ opa=
tiones demonum huiuſmodi ſeminibꝰ adhibitis. Sicut cuꝫ
aliqua res tranſmutatur in ſerpentes/ vel ranas/ que ꝑ pu
trefactionem gñari poſſunt Ille vero trãſmutationes cor=
poralium reruꝫ q̄ non p̄ñt virtute nature fieri: nullo modo
opatione demonum ſm̄ rei veritatem perfici poſſunt: ſicut
ꝙ corpus humanum mutetur in corpus beſtie: aut ꝙ cor=
pus hominis mortui reuiuiſcat Quod ſi fieri videatur: ap
parẽtia eſt ſicut oſtenſum eſt queſtione prima. N Que=
ſtio nona. Unde ergo prouenit ꝙ quidam lupi tam crude=
liter aſtute ⁊ particulariter homines comedunt: Rñ. ſcdm̄
Alber. in de animalibꝰ/ ⁊ ſm̄ alios: ꝙ ex ſeptem cauſis pro
uenire poteſt. Aliqñ propter famis augmentum: ſicut ⁊ cer
ui aliquãdo ⁊ alie beſtie homībus appropinquant. Aliquã
do propter ferocitatem virium. In frigidis em̄ regionibus
ſunt corpore minores ⁊ magis aſperi ⁊ feroces: ſicut etiã tē
pore coitus: ⁊ quando habent catulos: vt ariſto. dicit li. de
animalibꝰ ſunt magis ſeui. ſicut canicule. Aliqñ ꝑpter aſtu
tiam/ ⁊ ſeniũ. Lupi em̄ quãto ſunt ſeniores: tãto deteriores
⁊ nocent homībꝰ: q2 non poſſunt venari beſtias ꝑpter eta=
tem/ ⁊ dentes eoꝝ conſtringunť. Aliqñ propter experientiã
hũanarum carniũ: que q2 optime cõplexionate ſunt ⁊ ꝑ cõ=
ſeq̄ns dulciores ſunt. Vñ ſicut voluptas leccatorem trahit
ad voluptuoſuꝫ cibũ: ſic hũane carnes a lupis aut in ſepul
chro/ aut poſt bellum hominum/ vel alio modo guſtate Ali
qñ ꝑpter cerebrum rabidum. Efficiunť em̄ ſicut canes rabi
di: ⁊ tunc quecunq3 inuenerint trucidant: ſicut ⁊ canes ali=
qui. Aliqñ ꝑpter operationem demonũ/ vt homīes credant



homines ⁊ vetulas falſo ī beſtias mutari ſicut pagani pu
tabant. Unde demõis opere potuit illud fieri qđ refert Uin
cen. in ſpeculo hyſtoriali. lib. vj. c. xl. In gallia inquit ante
xp̄i incarnationē/ ⁊ ante bellum punicũ/ lupus vigili e va=
gina gladiũ abſtulit. Et Guilľ. vbi ſupra refert de quodam
viro qui ſe cõuerti putabat in lupũ certis tēporibus quibꝰ
in antris latitebat. Illuc em̄ certo tēpore iuit/ ⁊ opere de=
monis velut dormiens iacuit: ⁊ ſibi interim cũ fixus mane
ret: videbatur ꝙ lupus ipſe factus circũiret pueros deuo=
rando. Et cũ illud realiter ſolũ demon quendã lupũ poſſi=
dens faceret: putabat falſo ſe ſomniãs circũire: quo modo
tandiu dementatus eſt vir ille/ quouſq3 inuẽtus eſt iacere
in ſilua raptus mentaliter. Aliquãdo etiam fit propter oc=
cultum vel manifeſtũ dei iudicium/ ꝙ demonuꝫ vel diuino
inſtinctu lupi propter peccata parentũ vel puerorum / ta=
les dãnificant: ſicut factũ eſſe legimus. xlij. pueris/ qui deri
dendo heliſeum/ dicendo. Aſcende calue: Aſcende calue: a
duobus vrſis de ſilua exeuntibus ſtatim iugulati ſunt. iiij.
Reg. ij. Et de leone qui prophetã dei iuſſum non implenteꝫ
occidit. iij. Reg. xiij. Sic etiam vt in hyſtorijs legimus tem
pore Auiti ep̄i Uieñ. Letanie minores que ante aſcẽſioneꝫ
dñi celebrãtur triduo/ inuente ſunt quãdo lupi ciuitates
intrãtes ibi hoīes vorauerũt publice. Hec deꝰ cõminatꝰ eſt
Leuiti. xvj. dicēs. Si nõ feceritis mãdata mea: emittaꝫ in
vos beſtias agri: q̄ cõſumant vos ⁊ pecora veſtra. Et Deu
tero. xxxij. Dētes beſtiarũ immittã in eos/ cũ furore trahē
tium ſuꝑ terrã atq3 ſerpentiũ. Qđ oſtēdit deus effectu. iiij.
Reg. xvij. qñ leones immiſit qui deuorabant idolatras in
terram ſamarie loco verorum dei cultorũ poſitos. O
Queſtio decima. Quid de raptis fēminis in angaria ⁊ al's
que reſtitute ſenſibus mira dicũt de animabꝰ in purgato=
rio/ in inferno: de furtis perditis/ ⁊ ſilibus: Rñ. ꝙ ſuperſti=
tioſe agũt iſta opere demonũ deluſe: ſicut in prima queſtio
ne dictũ eſt. Nec obſtat ꝙ candelã aduſtaꝫ nõ ſentiant qñ
ſunt in raptu: q2 diabolus mentē interiorē ſic ſtringit: ꝙ ex
terius nihil ſentiũt. Sicut fit aliquãdo in melãcolicis/ vel
etiam naturaliter. Sicut de quodã viro nomine reſtituto
refert beatus Auguſt. de ciui. dei q̄ quãdo voluit rapiebať
a ſenſibus adeo ꝙ etiam vellicantes nõ ſenſit. P Que=
ſtio. xj. Utrũ demones ſint q̄ nocturno tp̄e in collis equorũ
quaſi ſtrepas faciũt de crinibꝰ/ vbi gutte cerec reperiunť/
⁊ plura ī ſtabulis beſtiarũ facere videnť: Rñ. Guilľ. ꝙ ſic/
niſi hoīes talia ex aſtutia facerēt artificialiter. Q Que
ſtio. xij. Utrũ demonũ opē cãpſiões pueroꝝ fiãt/ ſic ꝙ infan
tes ponãť q̄ nõ īpinguãť/ ſꝫ ſꝑ miſeri ſũt: Rñ. Guilľ. ꝙ ſic qñ

parẽtes/infãtes nõ oronib⁹ ⁊ cruce muniũt:tũc ei demõ vicẽ
infan:is gerere poteſt vel tranſlationem facere deo permit=
tẽte. Uix tamẽ talia ſunt credẽda fieri opere demonũ:niſi li=
teratorum iudicia aſſint. ¶ Queſtio.xiij. Utrum demon
localiter poſſit trãſferre aliquẽ hoiem de loco ad locuꝫ inui=
tum? Rñ. Guil. ꝙ ſic. Sicut etiam bonus angelus tulit in cir
cinno capitis Abacuch de iudea in caldeaꝫ. Exẽplum aliud
habes dubio.iij. Sed vt in ꝓcedẽti dubio dictuꝫ eſt ⁊ in ſolu
tione primi dubij:credendũ eſt talia ſolũ vt plurimũ in ſpũ.i.
in imaginatiua hoīs fieri/nõ realiter:niſi forte raro vt tenet
dñs Alber. ⁊ Udal. in ſumma. Qꝫ autem aliquãdo corporalit
fiat ⁊ localiter patet de puero quinquẽni cuiuſdam nobiliſ=
ſimi viri:qui puer monachus ꝓtunc factus a monaſterio no
cte illatus eſt piſtrino clauſo. vbi repertus mane/ſe ꝑ quoſ=
dam dixit ad magnũ cõuiuiũ delatum ⁊ vt comederet iuſſuꝫ
⁊ per ſuperiora a piſtrino immiſſum:vt refert Pe. damiani.
Et habetur ĩ ſpeculo hiſtoriali lib.xxvj.c.xliij. Qꝫ aũt aliqui
maleficiati vel amore mulierũ capti dicũt ſe nõ poſſe cõtine
re:quin oporteat eos currere ad amaſias:verũ eſt in parte/
et in parte falſum: Nam ſi dei gratiã vellent inuocare/⁊ fa=
cere qđ in ſe eſt vt cõtererẽtur de peccatis:deus illa eis di=
mitteret ⁊ gratiã infundẽdo robur reſiſtendi demoni tribue=
ret. Et ſic eos ad peccanduꝫ nemo poſſet cogere vel mouere
localiter. Sed ſi illa rennuũt:nõ mirum eſt ſi in poteſtate de
monis poſiti/eorũ dñs eis dominat̃ diabolus/vel voluptatis
appetitus. Dicit eñ beatus Augu. in omelia ſup illo verbo
Iohã.vj. Nemo poteſt venire ad me niſi pater me⁹ traxerit
eũ. Trahit vnũquẽꝗ ſua voluptas:oſtẽdis oui viridẽ ramũ
⁊ te ſequitur nullo ſcꝫ corporaliter trahẽte. Sic Chriſoſto. di
cit ſuper Math.xx. de aſina quã chriſtus equitauit:ꝙ cũ de=
mon voluntateꝫ hominis peccato poſſidet:quaſi ad libitum
trahit quo placet. Exemplũ dãs de naui in mari perdito gu=
bernaculo que ad vẽti libitum ꝓijcitur:ita equo potenter
inſidens:ita rex tyranni habens poſſeſſionem. ¶ Queſtio
xiiij. Quis faciat illos ſtrepitus ⁊ luſoria illa que audiũtur
aliquando/⁊ videtur:vt in inquietationibus domorũ noctur
nis vbi ꝓijciuntur lapides/vel inquietãtur pulſu homines/
vel videtur incẽdi fantaſtici ignes/vel alie ludicre operatio
nes? Rñ. ſecũdum Guil. ⁊ Caſſianum in colla. patrum. Quã
doꝗ illa fiunt/⁊ ſepe opere demonũ talium/qui plus nocere
non poſſunt hominibus:niſi in talibus poteſtate diuina liga
ti. Ridiculoſi eñ ⁊ tales inutiles effectus demonũ maligno=
rum opera oſtẽdunt. Aliquando fiunt ſtudio malignorũ ho=
minũ:qui domos volunt euacuari hominibus/vel lucrari tẽ
poralia ſub titulo falſo apparentium animarum/vel ſub illo



pretextu introducere luxuriam/vel furtuꝫ committere. Ali=
quãdo etiam fieri poſſunt ex curioſitate hominum volentiuꝫ
terrere proximos ioco/vel ex fantaſticis ⁊ melãcolicis debi=
litatibus: prout experiẽtia docet in prefatis eos qui mundũ
immũdum nouerunt. Anime enim ſiue ſint damnate/ſiue in
puratorio/ſiue in celo:nullatenus ſunt credẽde talia facere:
quia primis nõ legitur permiſſum:reliquis quia in charita=
te ſunt:iſta truffatoria inutilia nõ conueniũt. Unde nõ eſt du
bium quin demones aliquãdo tales etiã inquietudines fa=
ciant:vt error paganic⁹ redeat:quo credebatur animas de=
functorum circa tumulos vel circa aras habitare/nõ in in=
ferno:ſi autẽ adeſſent anime de purgatorio:tales veriſimili=
ter/aut vtilia opera/vel ſalubria facerẽt ⁊ oſtẽderẽt/aut au=
xilia a viuis peterẽt. Sicut beatus Grego. ponit exemplum
in.iiij. dialogorũ. ¶ Queſtio.xv. An demones poſſint et
audeãt grauiter homines ledere? Rñ. ſecũdũ Tho. ꝙ ſic. poſ
ſunt eñ deo permittẽte quintupliciter ledere/ videlicet in
rebus:fama:corpore:vſu rationis:⁊ in vita. De rebus patet
Iob.j.⁊.ij. cui pecora/domuꝫ abſtulit ⁊ liberos. De fama pa
tet in legenda beati hiero. vt refert Ioh. an. in hieronymia=
no:ꝙ diabolus ſe trãſformauit in formaꝫ ſancti Siluani epi
ſcopi in nazareth amatoris hieronymi. Qui demon primo fe
minã nobilẽ nocte in lecto procare ⁊ prouocare cepit ad lu=
xuriam verbis/⁊ deinde factis ſollicitauit ad malũ:que cuꝫ
clamaret:demon in ſpecie epi ſancti ſub lecto femine ſe ab=
ſcondit:vbi requiſitus ⁊ inuẽtus per luxurioſa verba ſe mẽ=
titus eſt eſſe epiſcopũ Siluanũ. In craſtinũ igitur ſanct⁹ vir
diſparẽte diabolo:diffamatus eſt grauiſſime/que infamia tã
dem circa ſepulchrum ſancti hieronymi fatente diabolo in
obſeſſo corpore purgata eſt. De corpore patet in beato Iob
qui percuſſus eſt a demone vlcere peſſimo. Iob.ij. De tali re
fert Sigiſbertus ⁊ Uincen. in ſpeculo hiſtoriali lib.xxv.cap.
xxxvij. ꝙ tẽpore Ludouici ſecũdi imperatoris in parrochia
magũtina quidam demon primo ſepe lapides iecit/et quaſi
malleo ad domos percuſſit. Et deinde publice loquẽdo/ fur
ta prodẽdo/⁊ diſcordias ſeminando:plures inquietauit: de=
inde omnes cõtra vnum irritauit:cuius hoſpitium vbicũꝗ
manebat incendit:⁊ ob illius peccata omnes pati affirma=
uit. vnde tandem tm̃ agros pro hoſpitio habere potuit: pro=
pter quod cũ preſbyteri letanias celebrarent multos lapidũ
iactibus demon vſꝗ ad cruentationem leſit:aliquãdo quie=
uit:aliquãdo ſeuit:⁊ per trienniũ iſta cõtinuauit quouſꝗ ibi
dem omnia edificia incendio conſumpta ſunt. De nocumen
to vſus rationis ⁊ vexatione inferiorum ſenſuũ patet in poſ
ſeſſis ⁊ arreptitijs/per euangelicas etiaꝫ hiſtorias de morte

et ꝙ vita etiam quoſdam priuat:patet Thobie.vj.de ſeptē
viris Sare virginis occiſis:qui propter luxurioſuꝫ ⁊ effre=
nem appetitū in virginē Saram/eiuſdē non erāt digni ma
trimonio. V Queſtio.xvj.Utrū malefici poſſint veraci=
ter ſuis maleficijs homines ledere/⁊ ſi ſic quibus modis: ⁊
quibus rebus?Dicuntur autem malefici vt dicit Iſidorus
viij.ethimolo.cap̄.ix.ob facinorū magnitudinem/hi elemē
ta concutiūt ſcilicet opere demonū:turbant mentes homi
num:ac ſine vllo veneni hauſtu/violentia tantum carmi=
nis interimūt vt Lucanus dicit.hec Iſido.Rn̄. ſm Thom̄.
in.ij.circa diſtin.vij.⁊.viij.⁊ in quarto.diſtin.xxxiiij. ⁊ com
muniter ſm omnes theologos ibidem ſcribētes:ꝙ malefi=
ci omnibus iſtis modis poſſunt procurare leſiones in ho=
minibus ⁊ eorū rebus cooperante demone: in quibus po=
teſt ſolum ledere vel decipere.de quibus modis iam dictū
eſt a principio huius materie de ſuperſtitionibus/ preſer=
tim queſtione immediate precedenti videlicet.xv. de hoc
etiam infra dicetur.Non autem faciūt iſta immediate ma
leficorum opera/actiōe propria ⁊ immediata:ſed talia fi=
unt per demones qui viſis maleficijs immediate ex pacto
dudum cū maleficis a principio mundi/⁊ tempore veteris
idolatrie habito:ſciunt qualem effectum debēt ad intētio=
nem maleficorū procurare:vt exempli gratia.Scopa quaꝫ
malefica intingit aque vt pluat:nō cauſat pluuiaꝫ/ſed de=
mon talibus viſis/qui(ſi deus permiſerit)poteſtatē habet
in omnia corporalia/⁊ in aerē/ventos/⁊ nubes/vt ſtatim
talia procurare/⁊ cauſare valeat.Maga ſiquidem ſignum
dat per ſcopā:ſed demon illud procurat:⁊ agit vt pluat ꝑ
demonis actionem cui maga mala fide ⁊ opere ſeruit/⁊ ſe
tradidit obſequijs illius vel alijs.Sic quādo imaginē ce=
ream vel ſimile ad maleficiandū aliqueꝫ maleficus facit:
vel quando maleficio alicuius in aqua vel plūbo imago
apparet:quicquid moleſtie infertur tali imagini/tale ex=
peritur fieri imaginato/id eſt homini maleficiato/puta pū
ctura vel alia leſura quecūqꝫ:que leſio realiter quidem in
fertur imagini per maleficū vel per alium hoīem:ſed inui
ſibiliter demon maleficiatū hominem eodē modo ledit dei
permiſſione/ſi demeruerit reus. X Queſtio.xvij.an lici
tū eſt talia maleficia tollere?Rn̄.ſm doc.ſub diſti. Aut tol
li poſſunt ſine ſupſtitioſis modis/vt per licitū exorciſmum
aut per orationē/vel interceſſionē ſanctorū/ vel per ſacra
mentalē maleficiati confeſſionē/vel per preſciſam oſtēſio=
nem ſeu indicationē alicuius qui ſcit vbi eſt imago/vel ꝑ
ſolū motum localē/vel modo congruo ſimili:⁊ ſic eſt licitū
Aut nō poſſunt tolli niſi ꝑ ſuperſtitioſum modū vel per no



ua maleficiorū opera.⁊ ſic eſt illicitū.quia ſm apoſtolum Rom̄.iij.b.
nō ſunt faciēda mala vt eueniāt bona. Y Queſtio.xviij.
An ne hi qui in charitate ſunt ledi poſſint ꝑ maleficos ſi=
cut hi qui in pctō mortali ſunt?Rn̄.ſm Caſſianū in colla=
tione patrū ꝙ nequaqꝫ.boni em̄ in rebus per demonē ⁊ ſu=
os ledi poſſunt ī meritū eorū ⁊ probationē.vt in bonis for=
tune que ſunt exteriores res/fama/⁊ ſanitate corpis. Si=
cut de beato Job.patuit qui in talibus leſus fuit ꝑ demo=
nem.ſed in nulluꝫ pctm̄/bonis hoībus inuitis ꝑ maleficia
trahi poſſunt:licet tēptari valeāt ab intra ⁊ in carne extra
ſed nullaten⁹ violētari.Sicut em̄ ponit exēplum Caſſian⁹
de duobus maleficis:q̄ beatuꝫ Antoniū per tres demones
ſucceſſiue miſſos de cella mouere nequiuerūt: licet tēpta=
tum ſe ꝑ hoc ſentiret.Sed qꝛ ſigno crucis/⁊ orōne tēptatio
ni reſtitit:inefficacia oīm fuerūt maleficia:verū in pctōri=
bus demō poteſtatē maiorē habet ⁊ magnā.Un̄ veritas ait
Luc.xj.Cū fortis armat⁹ cuſtodit atriū ſuū:ī pace ſūt oīa
que poſſidet.Si aūt fortior ſupueniens vicerit illū:vniuer=
ſa arma ei⁹ auferet ī quib⁹ confidebat. Z Queſtio.xix.
Cur malefici inſtrumēta ſue malitie ꝑ ſacramēta eccleſie/
vel per alia diuina tangi ꝓcurant: vt filum trahendo per
criſma ſacrum/vel imaginē cereā ſub palla altaris ad tē=
pus ponēdo/⁊ ſimilia faciendo?Rn̄.demonis inſtinctu iſta
fiunt triplici de cauſa.Primo vt non ſolū hoīes per talia
perfidi fiant:ſed etiā ſacrilegi/diuina quātum in eis eſt cō
taminando:plus deum creatorē ſuum offendant.intimius
animas ꝓprias cōdēnent.⁊ plures in peccata ruere faciāt
Secūdo vt de⁹ ſit grauiter ꝑ hoīes offenſus ſm bti Augu.
ſententiā demoni maiorē poteſtatē in homines malos tri=
buat:quibus de⁹ concedit iratus:quod denegaret ꝓpici⁹.
Tertio vt ſic ſub ſpecie boni apparentis plures ſimplices
facilius decipiāt qui tacta diuinis rebus/⁊ orationibus a
deo putant etiā aliquid numinis obtinuiſſe vbi ſolū maio
ra pctā ſunt cōmiſſa. Aa Queſtio.xx.eſt.Cur plura ma
leficia in ſuperſtitiones exerceri ſolēt ſacratiorib⁹ anni tē
poribus/⁊ preſertim circa feſtū natiuitatis xpi?Rn̄.ꝙ tri=
plici de cauſa ſicut in p̄cedenti dubio ꝑ oīa.qꝛ feſta pl⁹ frā=
guntur pctis mortalib⁹ qꝫ mechanicis opibus. vt Auguſt.
dicit lib.de decem chordis.Supſtitio aūt de maximis ſer=
uilibus operibus demonis eſt cōtra diuinā reuerētiā.Ra=
tio ſecūdi eſt ſpecialis de Kal.Januarij:qꝛ vt Iſido. dicit
lib.viij.ethi.c.Janus:a quo ianuari⁹ mēſis dict⁹ eſt qui in
circūciſionis chriſti die incipit:idolū fuit diuerſis facieb⁹
cōfictū.vna tāqꝫ eēt finis anni p̄cedētis:⁊ alia tāqꝫ eēt pri=
cipiū futuri/⁊ īminētis āni ꝓtector ⁊ fortunat⁹ auctor ī cu=

lus reuerẽtiã poti⁹ demonis in idolo venerati ſunt demões
varias cõmotiones luxurioſas fecerũt. ſtrenas ⁊ iocalia ſi
bi mutuo homines tradiderũt: choreas varias duxerunt.
menſas preparauerũt. de quibus mentio fit per beatũ Au=
guſt. in multis locis ⁊ libris. Et. xxvj. q. v. habes fere per
totum. Sed has corruptelas falſi chriſtiani imitant̃ hodie
circa eadem feſta: licet predicatione ſanctorum extirpate
ſint in multis locis: ⁊ tamen demonuꝫ operatione alicubi
tranſlata ad tempora carniſpriuij: qñ cum laruis ⁊ ludis ⁊
alijs ſupſtitionibus ſimilia fiunt. Bb Queſtio. xxj. Unde
ꝓuenit ꝙ femine ſepe in maiori multitudine reperiũtur ſu
perſtitioſe / ⁊ malefice ꝗ̃ viri? Rñd. triplici de cauſa. Primo
qꝛ ꝓne ſunt ad credendũ: fidem aũt malã demon principa=
liter querit. vnde Eccle. xix. Qui cito credit leuis eſt cor=
de / ⁊ minorabitur. Secũdo quia a natura ꝓpter fluxibili=
tatem cõplexionis facilioris ſunt impreſſionis ſeparatorũ
ſpirituum. vt Guil. dicit vbi ſupra. qua cõplexione cũ bene
vtunt̃ multum bone ſunt / cũ male: peiores ſunt. Tertio qꝛ
linguam lubricã habent: ⁊ ea que mala arte ſciunt: eis cõ=
paribus feminis vix celare poſſunt: ſeq̃ꝫ occulte (cum vires
nõ habeant) ꝑ maleficia vindicare querunt faciliter. vnde
Eccle. xxv. Cõmorari leoni ⁊ draconi plus placebit: ꝗ̃ habi
tare cum muliere nequã. Breuis omnis malicia ſup mali=
ciam mulieris. Cc Queſtio. xxij. Utrum credi poſſit lici
te ꝙ demones incubi ſint ⁊ ſuccubi mulieribus infeſti / ⁊ fe
minas cognoſcentes? Rñdet Augu. de ci. dei ꝙ ſic. Et yſido.
lib. viij. Ethimo. ⁊ Tho. in multis locis. Quomodo aũt et
quibus de cauſis illa ꝓueniãt: quomodo / ⁊ an liberari poſ
ſit quis ab hac vexatione: vide in dialogo quem collige de
formicarum ꝓprietatibus lib. vj. Dd Queſtio. xxiij. An
ne poſſunt alique regule dari per quas agnoſcatur vtrum
aliquid ſit ſuperſtitioſum vel non? Dicitur aũt ſupſtitio / vt
patet Collo. ij. ſuper illo / q̃ ſunt rationem habentia ſapien
tie in ſupſtitione. gloſa eniꝫ dicit ibi ꝙ ſupſtitio eſt religio
ſupra modũ ſeruata / id eſt modis vel circũſtantijs malis ⁊
defectuoſis. Eſt vero religio virtus inclinãs ad exhibendũ
deo ratione ſue excellentie debitum cultum ⁊ honorẽ / tam
in cordis ꝗ̃ in corporis actibus? Rñ. ſm Tho. ij. ij. q. xciij.
ꝙ ſic ſaltem in genere ⁊ litteratis. ꝓut ex verbis elicitur
eiuſdem ſancti. Et ſunt quinq̃ꝫ. Prima eſt cũ gloria dei ſit
finis noſter principalis quẽ in omnib⁹ querere debem⁹. at
tendatur an opus ſit ad gloriam dei / ⁊ homo in opere deo
det principaliter gloriam. per ipſumq̃ꝫ opus mens homis
deo ſubijciatur. iuxta illud. j. Corinth. x. Siue manducatis
ſiue bibitis / ſiue aliud quid faciatis: omnia in dei gloriam



facite. Scdã: videat̃ an opus quod fit et qđ pertinet ad ali
quam abſtinentiã corporalem vel ad corporis exercitium
vtrum ſit refrenatiuũ cõcupiſcentie modo virtuti debito /
ſm ritũ eccl'ie / vel ſm moralẽ doctrinã: quia apl's dicit Ro.
xij. Rationabile ſit obſequium veſtrũ: loquẽdo de corpora=
libus exercitijs. Tertia videatur an opus ſit ſecundũ ſta=
tutũ vl'is eccl'ie vel ſm ſcripture ſacre teſtimonium / vel ſal
tem ſm particularis eccl'ie ritum aut de conſuetudine ge=
nerali q̃ ſm Auguſtinũ ꝓ lege habẽda eſt. Uñ beatus Gre.
ſcribit augu. anglorꝝ epo dicenti / ꝙ ſunt diuerſe eccl'ie con=
ſuetudines in miſſarũ celebratione: mihi inquit grego. pla
cet: vt ſiue in romana / ſiue in galliarꝝ / ſeu in quacũq̃ꝫ eccl'ia
aliquid inueniſti qđ plus omnipotenti deo poſſit placere:
ſollicite eligas. Diuerſe inquit Tho. eccl'ie conſuetudines
in cultu diuino: in nullo veritati diuine repugnant: et ideo
ſunt ſeruande ⁊ eas preterire illicitũ eſt. Quarta: inſpicia
tur an opus adhibitum vel exercitũ ad effectum qui expe
ctatur habeat naturalem ꝓprietatem vel nõ / de quo phi=
ſicij / medici et aſtrologi inquantũ tales multa iudicare poſ
ſunt / et theologi. Quinta: cõſideretur ſi opus non eſt meri=
tores alicuius ſcandali dati prebens occaſionem ruine:
quia tunc licet non eſſet ſuperſtitioſum: tñ propter ſcanda
lum eſſet dimittẽdum / vel differenduꝫ / vel occulte ſine ſcã=
dalo faciẽdum. Quicquid eſt vni ex ꝑmiſſis contrariũ timẽ
dum eſt vt ſuperſtitioſum / vel peccatum. Propter primã il
licitum eſt exercere in nouo teſtamento cerimonialia vel
iudicialia veteris teſtamenti / niſi de nouo inſtituta eſſent
ab eccleſia vel gente. Propter idẽ ⁊ propter regulã ſcđam
fatue faciunt vouentes non pectinare caput ſabbato / vel
ieiunare die dñico tanq̃ꝫ meliori die / ⁊ ſimilia. Propter tertiã
ſuperſtitioſe agũt qui in ritib⁹ alicui⁹ eccl'ie particularis
in proceſſionibus vel huiuſmodi ſe non conformant cõmu=
nitati / niſi aliunde excuſentur. Propter quartã ſuperſtitio
ſe agunt qui vtuntur caracteribus ignotis vel nominibus
ſuſpectis / vel alligationum modis nihil cooperãtibus na=
turaliter effectui qui expectatur: quia prefata de ſe natu=
raliter nullius actiuitatis ſunt: cum ſint artificialia ſolũ
et quantitates. Idem eſt de imaginibus per aſtrologos fa
ctis / et anulis ac lapidibus ſuis artificialibus. Similiter
qui credũt ꝙ celi vel ſtellarum influentia aliquem neceſſi=
tet ad aliquod vicium. Propter quintam ſi res ſcandaloſa
eſſet notabiliter: etiã bñdictiones alique q̃ a ſecularib⁹ per
verba deuota fiunt ſine malis ritib⁹ ſup infirmos eſſent nõ
publice faciẽde. Ee Queſtio. xxiiij. Utrꝫ faſcinatiões ſeu
inuultuationes habeant efficaciã malã in pueris a vetulis

malis? Rñ. Tho. ſcđa ſcđe. q. xxxvj. nõ eſſet illicitũ cauere: ſi quis timeret nocumentũ alicui puero ex oculo faſcinãte: quã faſcinationẽ ſic declarat papa pma. q. xvj. Na vt in= quit ex forti imaginatione aĩe immutant̃ ſpũs corporis cõ= iuncti: q̃ quidẽ ĩmutatio ſpirituũ maxĩe fit ĩ oculis ad quos ſubtiliores ſpiritus ꝑueniũt: oculi eñi inficiũt aerem cõti= guum vſq; ad determinatũ ſpaciũ: per quẽ modũ ſpecula ſi ſint noua et pura cõtrahũt quãdã impuritatẽ ex aſpectu mulieris menſtruate. vt ariſtoteles dicit in lib. de ſomno et vigilia. Sic igitur cũ aliqua aĩa fuerit vehemẽter cõmo ta ad maliciã: ſicut maxĩe in vetulis ɔtingit: efficitur ſm mo dum p̃dictũ aſpectus eius venenoſus et noxius: ⁊ maxime pueris q̃ habent corpus tenerũ et de facili receptiuum im= preſſionis. Poſſibile eſt etiã ꝙ dei ꝑmiſſione vel ex aliquo occulto fato cooperetur ad hoc malignitas demonũ cũ qui bus ſortilege vetule pactũ aliquod habẽt. hec Tho. ff

Queſtio xxv. Cur plus videntur vexari fantaſijs vel mira bilibus apparitionibus puerpere et purgationis ſue tp̃e: q̃ȝ alie infirme ꝑſone. Rñ. ꝙ triplici de cauſa. Pͥa ſm alb. in de ſomno ⁊ vigilia. ꝓpter cõditionẽ ſue infirmitatis ꝑ= tunc horrẽde imagines facilius naturaliter eis in cerebro preſentãtur quas demones vel ſimilia credũt eſſe: cũ nihil ſit realiter. Scđa: q: tales ſepe vetulas ꝑ familiarib⁹ ha= bent/ q̃ ſunt plene ſuperſtitionib⁹. Vñ gladio puerperas de ſero quodãmõ bñdicũt: gallinã nigrã lecto cõiũgũt: ſi puer= pere moriunt̃ in puerperio: eas iam defũctas in eiſdẽ cal= ceis et veſtimentis quib⁹ veſtite erãt viuentib⁹ ꝓpinqua= re certo tp̃e affirmãt: ⁊ multa ſimilia fatua aſſerũt. Tertia quia alie femine ſupſtitioſe puerperas crebro viſitant: q̃ etiã plura ſuperſtitioſa ſolẽt ſeminare ꝓpt̃ q̃ ſi puerpere ci to talib⁹ credũt: nõ mirũ ſi plus q̃ȝ alie: vel alij infirmi fan taſijs fatuis a deo vexari permittuntur. iuxta illud Eccle. xxxiiij. Fantaſias patitur cor tuũ: niſi ab altiſſimo emiſſa fuerit viſitatio. Sg

Queſtio. xxvj. Utrũ licitũ ſit ꝑ carmi na ſcͤpta/ vel ꝟba ſacra: bñdicere infirmos hoĩes/ vel iumẽ ta? Et an licitũ ſit eadẽ ſecũ deferre et portare q̃ incanta= tionis ſpeciẽ habere videntur Incãtatores eñi dicunt̃ qui artem aliquã ꝟbis peragunt/ vt dicit Iſid. viij. li. ethimo. Reſpondet Tho. ſcđa ſcđe vbi ſupra ꝙ ſic: ſeptẽ cõditiõib⁹ ſeruatis. Una eſt vt videatur ne ꝟba aliquid contineant qđ pertineat ad inuocationes demonum expreſſas/ vel ta= citas. Scđa ne cõtineant ignota nomina: q: ſm Chriſoſt. talia metuẽda ſunt/ ne aliquid ſupſtitionis lateat. Tertia ne materia ꝟborꝫ aliq̃d falſitatis ɔtineat: q: ſic ei⁹ effectus nõ poſſet expectari a deo: q̃ nõ eſt teſtis falſitatis. Quarta,



ne ibi ɔtineant̃ vana: vt caracteres inſcripti p̃ter ſignũ cru cis. Quinta ne ſpes habeatur in modo ſcribẽdi/ aut ligãdi/ aut in quacũq; huiuſmodi natiuitate/ que ad diuinã reue= rentiam nõ ꝑtineat: quia al's iudicaretur ſupſtitioſũ eſſe. Sexta vt in alligatione/ ꝓlatione/ vel ſcriptura diuinorũ verborũ reſpectus ſolũ habeatur ad ſacra verba et ad in= tellectum eorũ et ad dei reuerentiã ſeu virtutem diuinam a qua expectatur effectus: vel ad ſanctorũ reliquias a qui bus etiã prefata expectantur ſecundario/ licet a deo prin= cipaliter. Septima vt cõmittatur effect⁹ qui expectat̃ diui= ne voluntati/ qui ſcit vtrũ ſanitas vel tribulatio plus ꝓſit inuocanti vel minus: vel an obſit? Et hanc ɔditionẽ ponit tho. in pma ſcđe in materia de gratia. Et di. xv. in. iiij. Ali= as erit licitũ ſi nulla dictarum ſeptem conditionũ opus in= fecerit. Probat Tho. per illud marci vlti. xp̃o dicente. Si= gna eos qui crediderint hec ſequentur. In nomine meo de monia eijcient: linguis loquent̃ nouis: ſerpentes tollẽt. ⁊c. Item non minoris ſanctitatis ſunt verba dei: q̃ȝ ſanctorũ reliquie. dicente Augu. Nõ eſt minus verbũ dei q̃ȝ corpus chriſti: ſed ſm omnes licet reliquias ſanctorum ſecum re= uerenter portare. ergo qualitercũq; nomen dei inuocetur rite per orationẽ dominicã/ per ſalutationem angelicã/ vel alio modo licito ſpes haberi poteſt in eo committendo effe ctum diuine voluntati. Ex predictis elicit ſanctus doctor ꝙ predictis ſeruatis conditionibus per diuina verba lici= tum eſt arcere ſerpentes. Et eadem ratione vt dicit que= cunq; animalia: ſi ſolus reſpectus habeatur ad ſacra ver= ba/ et ad diuinã virtutẽ. De ſerpentibus tamen caute eſt agendum in incantationib⁹: quia vt dicit ſepe tales habẽt illicitas obſeruantias: et per demones ſortiuntur effectũ precipue in ſerpentibus: quia ſerpens fuit primum demo= nis inſtrumentum ad hominem decipiendum hh

Que= ſtio. xxvij. Unde ortum habeant benedictiones et carmina tiones quas vetule hodie ſuper infirmos/ et viri quidam faciunt? Reſpondetur ꝙ principiũ horum fuit ſanctiſſimũ. Sꝫ ſicut oĩa demonis iſtinctu deprauant̃ mediãtib⁹ demo nibus/ ⁊ malis hominib⁹: ita et diuina noĩa. Nã apoſtoli ⁊ ſcti viri ſm illud Math. xv. In noĩe meo demonia eijciẽt: in firmos viſitarunt et orationes ſuper eos ꝑ ſacra ꝟba fude rũt: deinde ſacerdotes deuoti ſiĩa rite ꝑegerũt: ꝓpter quod deuotiſſime oratiões et exorciſmi ſcti reperiunt̃ ĩ antiquis hodie eccl'ijs/ ad oĩa q̃ hoĩes facere vl' pati poterãt ꝑ deuo= tos viros applicati olĩ ſine oĩ ſupſtitiõe. ſicut etiã hodie lit teratos ⁊ ſacre theologie doctores noui: q̃ ĩfirmos viſitãtes ſimilia verba egrotis applicauerũt: nõ ſolũ demoniacis ſꝫ

ſuperſtitioſi homines a ſe multa vana ⁊ illicita ad inſtar
horũ inuenerũt quibus hodie vtunt̄ circa infirmos hoĩes
⁊ iumẽta: nec clerus amplius ex ſua deſidia licitis vtitur ver
bis viſitãdo infirmos: niſi raro. ꝓpter qđ guill'r. dictus durã
di/gloſator raymũdi dicit. ꝙ talia ꝑfata ſacerdos religioſus
⁊ diſcretus aut etiam laicus vir/ſiue mulier excellentis vi
te ⁊ ꝓbate diſcretionis facere poteſt fuſa oratione licita ſu
per infirmum: nõ ſuꝑ pomum aut ſuꝑ cingulum ⁊ ſimilia:
ſed ſuꝑ infirmantes. Iuxta dictum Marci vlti. Suꝑ egros
manus imponent: nec ſunt huiuſmodi ꝑſone prohibende a
talibus/niſi forte timeat̄ ꝙ ad exemplum illorũ indiſcreti
⁊ ſuꝑſtitioſi alij carminationis ſibi vſurpent abuſum/tuen
tes ſe exemplo illorum. Ii Queſtio.xxviij. Utruꝫ ne cre
di poſſit licite: ꝙ demoniaci iuuari poſſint/⁊ melius habe=
re ꝑ herbarum vel lapidum aliquoꝝ applicationem? Rñð.
ꝙ licet demon talibus immediate arceri nõ poſſit/quia ſu=
per omnia corporalia potentior eſt/iuxta illud Iohan. xlj.
Non eſt poteſtas ſuꝑ terram que ei comparari poſſet: ta=
men ꝑ prefata que naturalit̄ cõpeſcere habent aliquas ma
nie vel alterius infirmitatis ſpecies quibus demon inſtru
mẽtaliter vtit̄ in poſſeſſo homine/leuius habere poteſt de=
moniacus. et ſecundum quoſdam totaliter liberari. vnde
xxvj. queſtione vltima dicitur. Et eſt auctoritas beati hie
rony. Demoniuꝫ ſuſtinenti licet petras vel herbas habere
ſine incantatione. Ad idem eſt magiſter in hyſtoria ſchola
ſtica ſuꝑ Thobiam: ⁊ Nicolaus de lyra ſuꝑ ꝓmo Regũ de
ſaul obſeſſione. kk Queſtio.xxix. Utrum ſit licitum de=
mones adiurare? Rñ. ſm Tho. ij. ij. q. xc. ꝙ ſic: dũmodo mo=
di teneãt̄ debiti expreſſi ſupra. q. xxiij. ⁊ xxvj. Pro cuius in=
tellectu ſcðm eundẽ Tho. Primo notandũ ꝙ iurare ꝓmiſ=
ſorie eſt ſeipſum immobiliter ordinare ad aliquid agendũ
Nam ille q̃ iurat iuramento promiſſorio per reuerentiam
diuini nominis quod ad confirmationẽ ſue promiſſionis in
ducit: ſeipſum obligat ad faciẽdum quod promittit. Secun
do notandũ ꝙ adiurare eſt per quãdã ſimilitudinẽ iuramẽ
ti ꝓmiſſorij a ſe inducti aliũ ad aliquid agendũ ꝓuocare.
Tertio notandũ ꝙ ſicut homo iurãdo ꝓmiſſorie ſeipſuꝫ ad
aliquid agẽdũ ordinat/ſeu ꝓuocat: ita poteſt aliuꝫ ad agẽ=
dum dupliciter ꝓuocare. Superiores quidem dep̄cando:
inferiores autem imperãdo ſeu cõpellendo. ⁊ ſic eſt duplex
adiurandi modus. Unus quidem ꝑ modũ deprecationis vel
inductionis ob reuerentiã alicuius ſacri vel ꝑ modum ami
citie ſeu beniuolentie. Alius modus eſt via imperij ſeu cõ=
pulſionis: per hoc ad propoſitum. Primo enim modo non li
cet demones adiurare: quia videtur ad amicitiam et beni



uolentiam pertinere qua nõ licet ad demões vti. De quo
dicit Origenes ſuꝑ Math. Nõ licet ſecundum poteſtatem
datam a ſaluatore/ adiurare ſic demonia. Iudaicũ enĩ eſt
hoc: iſto modo vtuntur necromantici adiurationibus demo=
nũ. Secũdo aũt modo adiurationis/per cõpulſionem videlꝫ
licet nobis aliquid vti/⁊ aliquid nõ. Demones enĩ in cur=
ſu huius vite nobis aduerſarij ↄſtituũtur: nõ aũt eorũ actus
noſtre diſpoſitioni ſubduntur: ſed diſpoſitiõi diuine ⁊ ſan
ctorum angelorũ: qꝛ vt dicit Augu. iij. de trini. Spiritus de
ceptor regitur per ſpiritum iuſtũ. Poſſumus ergo demões
adiurando per virtutem diuini nominis tanꝗ̃ inimicos re
pellere: ne nobis noceant vel ſpiritualiter vel corporaliter
ſcðm poteſtatem datam a xp̄o Luce. x. Ecce dedi vobis po
teſtatem calcãdi ſuꝑ ſerpẽtes ⁊ ſuꝑ ſcorpiones ⁊ ſuꝑ oẽm
poteſtatem inimici/⁊ nichil vobis nocebit. Nõ tñ licitũ eſt
eos adiurare ad aliquid per eos obtinendũ: qꝛ hoc ꝑtine=
ret ad ſocietatem aliquã cũ ipſis habitã: propter quod ſuꝑ
illo xp̄i. Obmuteſce ⁊ exi: dicit Chryſo. Mar. j. Salutiferuꝫ
nobis dogma datur/ne credamus demonibus quantũcun=
ꝙ denũcient veritatẽ: niſi forte ex ſpeciali inſtinctu/vel re
uelatione diuina aliqui ſancti ad aliquos effectus demo=
nũ operatione vtant̄. Sicut legitur de beato Iacobo ꝙ ꝑ
demones fecit hermogenẽ ad ſe adduci. hec de Tho. Ll
Queſtio. xxx. Utrum licet adiurare irrationalẽ creaturaꝫ?
Rñð. Tho. ibidẽ ꝙ ſic per modum compulſionis/ que refer
ri tũc dꝫ ad diabolũ qui in nocumentuꝫ noſtrum vtit̄ irra=
tionabilibus creaturis: ⁊ talis eſt modus adiurandi in ec
cleſie exorciſmis: ꝑ quos demonũ poteſtas excludit̄ ab ir=
rationabilibus creaturis. Si enĩ referretur intentio ad ir=
rationalem creaturam: quo ad ſe/que nichil intelligit/va=
na eſſet. Mm Queſtio. xxxj. Utrũ homini liceat aliũ ho=
minem adiurare? Reſponſio ſecundum Thom̃. ibidem per
modũ deprecationis licet quemlibet hominem immo deuꝫ
⁊ angelum adiurare per inuocationẽ diuini nominis / vel
alicuius rei ſacre: ſed per modum compulſionis licet ſupe
rioribus reſpectu inferiorum/quibus etiã iuramẽta impo=
nere poſſunt in caſu: non tamen poſſunt inferiores ſuperio
ribus ꝑ adiurationẽ ꝑ modũ cõpulſionis neceſſitatẽ impo=
nere: ſicut ſe ad iuramenta ligare pñt: quia ſic vſurparẽt
poteſtatẽ in aliũ quaꝫ nõ habent: licet poſſint ꝓpter aliquã
neceſſitatem inferiores ſuos ſuperiores reſtrĩgere tali ge
nere adiurationis. Nn Queſtio. xxxij. Utrum ſeculari=
bus non ordinatis ad exorciſtatum licituꝫ ſit demoniacos
adiurare? Rñð. ſecundũ Thom̃. in. iiij. diſtin. xxiiij. queſtio.
iij. articu. j. ſub arti. iij. ꝙ ſic: non tamen tanꝗ̃ ex officio:

cut etiam quod maius eſt:miniſtrare ad miſſam priuatam
preſertim:licet ſeculari puro candelas accendere:⁊ huiuſ
modi que accolitatus ſunt ordinis.⁊ tamen laicus poteſt
ea facere:ſed nō ex officio. Oo Queſtio.xxxiij. Utrū ve=
ruȝ ſit ꝙ malefice alienas vaccas lacte priuare valeant:⁊
ſi ſic quale remedium poſſit applicari? Rñð. ſm̄ predicta ꝓ
prima queſtione ꝙ ſic:vt patet.q.xvj. Cū em̄ ſecūdū alber.
in de animalibus lac de natura ſit mēſtrui in animali quo
libet:ſicut fluxus talis humoris infirmitate aliqua reſtrin
gitur/vt dicunt medici de femina:idē poteſt demon ſi a deo
ꝑmittitur in beſtia facere. Notandū tamen ꝓ ſolutione ſe
cunde q̄ſtionis ꝙ iſtius fluxus.ſ.lactis reſtrictio triplici=
ter fieri poteſt.vno modo ex conditione naturali/ſicut poſt
cōceptū fetum.alio modo ex infirmitate accidentali:ſicut
forte ex comeſtione alicuius herbe/que lac reſtringere
habeat/⁊ alterare vaccā. Tertio modo ex maleficio. Primo
modo remedio nō indiget:Scð́o modo ſi quis ſciret natu=
rale remedium applicare poſſet. Sicut etiam contra alias
infirmitates pōt/ſecluſis ſupſtitionibus tactis q̄ſti.xxiij.⁊
xxvj. Unde a deuotis perſonis ⁊ virginibus expertum ha=
beo ꝙ adhibito ſigno crucis/⁊ dñica oratione/cū ſaluta=
tione angelica/trinis vel circiter:ceſſat opus demonis ſi
eſt per maleficiū. De hoc habuiſti capitu.ix.ſupra. Ɛ Nō
autē licet applicare ſupſtitioſa/vt quedā faciūt ſeruantes
quoddam brodiuȝ de die carniſpriuij/qð notat ſupſtitionē
demonis. Pp Queſtio.xxxiiij. Utrum ꝑ ſacra verba mo=
dis antedictis/liceat contra grandines ſeu contra tempe=
ſtates procedere? Rñ.ꝙ ſic. Certum enim eſt ſicut beatus
Tho.dicit Job.j.ꝙ demones grandines/fulmina ⁊ tempe=
ſtates deo ꝑmittente ꝓcurare poſſunt.ſicut cōtra Job fe=
cerunt cuius oues igne ꝯſumpte ſunt celeſti/id eſt de aere
deſcendente per demones procurato/etiam ad cōſumptio
nem paſtorum. Similiter vehementem ventū qui domum
deiecit ⁊ ſeptem filios ⁊ tres filias interfecit ruina. Unde
licitis remedijs demoni reſiſtere quis poteſt. Hanc enim
ob cauſam vniuerſaliter vel cōmuniter in eccleſia campa=
ne contra auram pulſantur. Tum vt tanꝗ̄ per tubas deo
conſecratas demones recedant a ſuis maleficijs. Tū etiā
vt populus excitatus deum contra tempeſtates inuocet.
Et eandem ob cauſam cum altaris ſacramento/⁊ ſacris
verbis ad auram ſedandam ꝓceditur communiter ex an=
tiquiſſima cōſuetudine eccleſiarū in gallia/⁊ in germania.
Fiūt ergo talia ⁊ non cōtra ea que dicta ſunt q̄ſti.xxiij. Et
in alijs ⁊ in his concordare videntur iura ciuilia.C.de
maleficis ⁊c. Ubi notanter dicitur:ꝙ qui faciūt illud id eſt
impedientes ne labores hominum ventorum grandiniſq;
lapidatione ſternant:nō pena ſed premio digni ſunt.l.eoꝝ.
ibidē. Qq Queſtio.xxxv.de genetaliacis ⁊ fortuna. Utrū
aliqui homines ſint a natura bene vel male fortunati. Et
q̄d de fortuna tenendū ſit? Dicuntur aūt genetaliaci:vt dē
yſido.viij.ethimo.ca.ix.ꝓpter naturalium conſideratio=
nem ſyderum:qui vulgo mathematici vocant. Fortuna ve
ro vt ibidem dicit.ca.ij.a fortuitis nomen habere dicitur/
quaſi deā quandam res humanas varijs caſibus ⁊ fortu=
nis illudentē. Unde ⁊ cecam appellant/eo ꝙ paſſim in quoſ
libet incurrens ſine vllo examine meritorum ⁊ ad bonos ⁊
ad malos venit. Hec yſido. Sed talem deam credere idola
tria eſſet:nec ita de fortuna loquitur Ariſt.ij.phiſicoꝝ.nec
inde fortuna bona.nec theologi. Unde queſtioni prefate re
ſpondet ſanctus Thom̄.lib.iij.ſumme contra gentiles.q.
lxxxvij.⁊ ſequentibus. Pro quorū intellectu notandū ſcð́m
eum. Primo ꝙ alicui tunc bene dicitur a fortuna continge
re quando aliquod bonum accidit ſibi preter intentionē
ꝓpriam:ſicut qui fodit vineam intentione vites nutriēdi:
inuenit theſaurum.potuit tamen talis intentione aliena
videlicet dñi ſui qui ſciuit ibi theſaurum abſconditum/ex
intentione dirigi. Male aūt fortunari dicitur:ſi fodiendo
frangit tibiam. Secundo notat ꝙ in homine ſunt tria que a
tribus celeſtibus cauſis dirigunt. voluntatis actus:intelle
ctus actus:⁊ corporalia. Quorū primum a deo tantū ⁊ im=
mediate.ſecundū ab angelo.⁊ tertium a celeſti corpore di
rigitur. Nam electiones ⁊ voluntates immediate a deo di
riguntur:dicente ꝓuerb.xxj.ſcriptura. Cor regis in manu
domini/⁊ quocunq; voluerit inclinabit illud. Et apl's ad
philipen.ij. Deus eſt qui operatur in nobis/⁊ velle ⁊ perfi
cere pro bona voluntate. Cognitio vero humana intellecti
na a deo mediātibꝰ angelis ordinat. Ea vero q̄ ad corꝑalia
pertinent/ſiue ſint exteriora ſiue interiora in vſum homīs
veniētia:a deo mediātibꝰ angelis ⁊ celeſtibus corporibus
diſpenſantur. Dicit em̄ beatus Diony.ca.iiij.de diuinis no
minibus:ꝙ corpora celeſtia ſunt cauſe eorum que in hoc
mundo fiunt. Cū igitur homo ſit ordinatus ſm̄ corpus ſub
corporibus celeſtibus:ſcð́m intellectū vero ſub angelis:ſe
cūdū volūtatē aūt ſub deo:pōt cōtingere aliquid preter in=
tentionem hoīs/quod t̄n̄ eſt ſcð́m ordinē celeſtiū corpoꝝ/vł
diſpoſitionē angeloꝝ/vel etiam dei. Tertio notat ꝙ nichil
ꝓhibet ꝙ etiam aliquis homo habeat ex impꝛeſſione corꝑis
celeſtis aliquā efficaciā in aliquibus corporalibus facien=
dis:quā alius non hȝ.puta medicꝰ in ſanando/⁊ agricola ī
plantādo/⁊ miles in expugnādo.hāc etiā efficaciā multo ꝑ

fectius deus homibꝰ largitur ad ſua opera efficaciter exe=
quenda. hec tho. Vñ Guil. in de vniuerſo dicit. ꝙ ꝑ experiē
tiam habetur. Si meretrix nititur plantare oliuam: nō effi
citur fructifera/ que tamen ꝑ caſtam plantata fructifera ef
ficitur Aduertendum tamen hic dicit Tho. ꝙ prefata cor=
poris diſpoſitio/ ⁊ etiam angeli ꝑſuaſio non neceſſitant ho=
minē ad eligendum q̄ liber eſt. poteſt eñi homo non ſeq̄ in
clinationem qualitatis corporalis/ et angeli ꝑſuaſionem.
Quarto notandum ꝙ aliqͦd bonum pōt accidere homini ⁊
ꝑter intentionem ꝓpriam ⁊ preter inclinationē celeſtium
corporum/ ⁊ ꝑter angelorum illuminationē: nō aūt ꝑter di=
uinam ꝓuidentiam q̄ eſt factiua ⁊ gubernatiua cuiuſlibet
entis. Vñ reſpectu dei ſimpliciter nihil dicitur/ nec pōt eſſe
a caſu vel a fortuna: ſed reſpectu noſtre vel angelice natu
re. Rr Queſtio. xxxvj. Vtrum vel quomō differt aliquem
eſſe bene natum vel male/ bñ fortunatum vel male/ bene gu
bernatum/ ⁊ bene cuſtoditum: Rñ. tho. ibidem. q. cl. Ex diſ=
poſitiōe relicta a corpore celeſti in corpore noſtro: dicitur
aliq̄s nō ſolum bene fortunatus/ aut male: ſed etiam bene
natus. ſm vero ꝙ ab angelo illuminatur/ dicitur bñ cuſto=
ditus, Sed ſm ꝙ a deo in bonū inclinatur: dicitur bene gu
bernatus. Et quando aliq̄s ex impſſione celeſtium corpoꝝ
inclinatur ad aliquas electiones ſibi vtiles/ quarum tamē
vtilitatem ꝓpria rōne non cognouit: ⁊ cum homo ex lumīe
intellectualium ſubſtantiaꝝ illuminatur eius ītellectus ad
eadem agenda. ⁊ ex diuina operatione inclinatur eius vo=
luntas ad eligendum aliq̄d ſibi vtile cuius rationem igno
rat: dicitur bene fortunatus. Et econtrario male fortuna=
tus quando e ſuperioribus cauſis ad contraria eius ele=
ctio inclīatur. ſicut de quodam dicitur. hiere. xxij. Scribe
iſtum ſterilē virum q̄ in diebꝰ ſuis non ꝓſperabitur. Sſ
Queſtio. xxxvij. Vtrū homo poſſit eſſe bene fortunatus vni
uerſaliter/ id eſt vt aliq̄s homo habeat in natura ſua ali=
quam diſpoſitionem vt eligat ſemper: vel vt in pluribꝰ ali=
qua q̄bus cōiuncta ſunt ꝑ accidens aliqua cōmoda vel in=
cōmoda: Rñdet tho. ibidez. Ex corpore celeſti homo poteſt
habere talem impſſionem: q͛ natura tantum ad vnum ordi
natur: ea aūt ſm q̄ homī accidit bñ vel male ſecundum for
tunam: non ſunt reducibilia in aliquod vnum: ſed ſunt inde
terminata ⁊ infinita. ij. phiſic. Sed poteſt eſſe ꝙ ex inclina
tione celeſti inclinetur ad eligendum aliq̄d cui cōiungitur
ꝑ accidens aliqͦd cōmodum: ⁊ ex alia inclinatione aliud: et
ex tertia tertium. non aūt ꝙ ex vna inclinatione ad om̄ia.
Ex vna aūt diuīa diſpoſitione pōt homo ad om̄ia dirigi. hec
tho. Tt Queſtio. xxxviij. Vtruz ꝑ aſtra licite futura cogno



ſci poſſint/ qͦd diuinare dicitur ꝑ aſtra: Rñ. tho. ſecūda. ij. q̄ſt.
xcv. ar. v. Quedam ſciri poſſunt ꝓ certo. q̄dam nequaq̄. que=
dam ex cōiectura/ nō certitudinaliter. Certitudinaliter pñt
ſciri ꝑ aſtronomos que neceſſario eueniunt ꝑ curſus celoꝝ
vt eclipſes/ ⁊ aſpectus ſyderum adinuicem. Nō poſſunt autē
ſciri per ſydera duo que ſubtrahuntur eis que ꝑ certitudinē
ſic ſciri non poſſunt. Primo effectus contingentes ꝑ accidēs
ſiue in rebus humanis ſiue in naturalibus. ſicut ſunt euentꝰ
fortuiti/ ⁊ caſuales. q͛ ex. vi. meth. ens ꝑ accidens non habet
cauſam/ ⁊ ꝑcipue naturalē cuiuſmodi eſt virtꝰ celeſtium cor=
porum. Secūdo meri actus liberi arbitrij qͦd eſt facultas vo
luntatis ⁊ rōnis. ſicut ſunt futura opa hominum ſolum a libe
ro arbitrio dependentia. q͛ nullum corpus pōt ſic directe im
primere rem incorpoream qualis eſt voluntas ⁊ intellectus.
Iſtis ergo duobꝰ modis ex aſtris diuinare eſt ſuperſtitioſuz
⁊ illicitum. Poſſunt tamen corpora celeſtia ad hoc inclinare
liberum arbitrium diſpoſitiue inquantum imprimunt in cor
pus humanum: ⁊ ꝑ conſequens in vires ſenſitiuas/ q̄ ſunt ac
tus corꝑalium organorum que inclinant ad humanos actꝰ:
q͛ tamen vires ſenſitiue obediunt rationi. ex. iij. de anima/ et
i. ethico. ideo nulla neceſſitas ex hoc libero arbitrio imponit
ſed contra inclinationem celeſtium corporum homo pōt per
rationem operari. Si quis vero vtatur cōſideratione aſtroꝝ
ad precognoſcendum futura que ex celeſtibus cauſantur cor
poribus puta ſiccitates ⁊ pluuias/ ⁊ alia hmōi: non erit diui
natio ſupſtitioſa ⁊ illicita. hec de tho. Dicit etiaz dñs Alber.
ſuper. iiij. c. de di. nomini. ꝙ inferiora non poſſunt in ſupiori=
bus cognoſci certitudinaliter: ſed tm̄ coniecturaliter Et ad=
ducit ad hoc ptolomeū. Ariſto. ⁊ Auiceñ. multis rationibus.
Vv Queſtio. xxxix. Vñ ḡ ꝓuenit ꝙ aſtrologi ex conſideratio
ne aſtroꝝ frequent vera ꝓnunciant/ etiam in his q̄ pertinēt
ad hūanos actus: Rñ. Tho. ſecunda. ij. q. xcv. ar. v. hoc cōtin
git dupliciter. Vno q̄dem modo q͛ plures hominū paſſiones
corporales ſequuntur: ⁊ ideo actus eoꝝ diſponūtur vt in plu
ribus ſm inclinationem celeſtium corpoꝝ. pauci autem ſunt
id eſt ſoli ſapientes qui rōne huiuſcemodi inclinationes mo
derent. Et ideo aſtrologi in multis vera ꝓnūciant. ⁊ ꝑcipue
in cōmunibus euentibꝰ/ q̄ dependent ex multitudine ⁊c. Alio
mō ꝓpter demones ſe immiſcentes. Vñ Aug. dicit in. ij. ſuper
geñ. ad litteram. Fatendum eſt qñ a mathematicis vera dicū
tur: inſtinctu quodam occultiſſimo dici/ qͦd neſcientes huma
ne mentes patiuntur: quod cum ad decipiendos homines fit
ſpirituum immundorum/ ⁊ ſeductorum operatio eſt quibus
quedam vera de temporalibus rebus noſſe promittunt. Vn=
de concludit. Quapropter bono chriſtiano: ſiue mathemati=

ci/ſtic: quilibet impie diuinantium/ ⁊ maxime dicentes vera cauendi ſunt: ne cōſortio demonioꝝ aīam deceptam pacto quodam ſocietatis irretiant. ¶ Queſtio.xl. Utrum licitum ſit coniecturare futura ꝑ auguria/ ⁊ ꝑ alioꝝ animalium mot⁹/ſeu voces vel geſtus. Augures autem ſunt: dicit yſido. vbi ṗius/qui ꝑ volatus auiū ⁊ voces intendunt aliqua ſigna reꝝ vel obſeruationes improuiſas hominib⁹ occurrentes: q̄ ⁊ aruſpices dicunt. Aruſpices tn̄ ꝓprie qui oculis ⁊ viſu: auſpices vero qui auditu ⁊ ex voce coniecturant: Rn̄.tho. ibidem ꝙ ſic. Sub diſtinctione tn̄. Nam cum bruta animalia nō habeant niſi anim ſenſitiuam/ cui⁹ omnes potentie ſunt act⁹ corpalium organoꝝ: ideo ſubiacet eoꝝ anima diſpoſitioni continentiū corpoꝝ ⁊ ṗmordialiter celeſtium corpum. Et ideo nihil ꝓhibet aliquas eoꝝ opationes eſſe futuroꝝ ſigna: inquantum conformantur diſpoſitionib⁹ corpum celeſtium/ ⁊ aeris cōtinentis. ex qua ꝓueniunt aliqui futuri euentus. In hoc tamē duo conſiderari oportet. Primū q̄dem vt hmōi opationes nō extendant niſi ad ṗcognoſcenda futura q̄ cauſantur ꝑ motus celeſtium corpoꝝ. vt ſupra dictum eſt. Secundo vt nō extendant niſi ad ea que equaliter poſſunt ad huiuſcemodi animalia pertinere. Conſequunt em̄ animalia cognitionem quandā naturalem ⁊ inſtinctum tripliciter. Uno modo ꝑ celeſtia corpora ad ea q̄ eoꝝ vite ſunt neceſſaria. ſicut ſunt immutatiōes que fiunt ꝑ pluuias/ventos ⁊ alia huiuſcemodi. Unde ſi q̄s in hoc ꝙ cornicula frequēter crocitat/ ṗdicat pluuiā cito venturā: nō eſt illicitū. Alio mō inſtinct⁹ huiuſcemodi cauſant ex cauſa ſpirituali/bono angelo vel ex deo. vt ptꝫ in colūba ſup xp̄m deſcendente. Luce.iij. Et in coruo q̄ pauit helias. iij. Reg.xvij. Et in ceto q̄ abſorbuit/ ⁊ eiecit Jonam. Jone.j. Alio mō ex cauſa ſpirituali mala / vt ex demonib⁹ q̄ vtūtur huiuſcemodi opationibus brutoꝝ animaliū ad implicandū animas vanis opinionibus. Et eadem ratio videtur eſſe de omnib⁹ aliis hmōi. Omnis igitur huiuſmodi diuīatio ſi extēdatur vltra illud ad qd̄ poteſt attingere ſꝫ ordinē nature vl diuine ꝓuidentie: eſt ſupſtitioſa ⁊ illicita. hec tho. ¶ Queſtio.xlj. Utrū ꝑ omen poſſint futura cognoſci? eſt aūt ſꝫ tho. omen ꝟbum ex inſperato ꝓlatum/ ex quo ſeqtur bonum alicui⁹. Et tunc dicit omen illius. Et ponit exemplum de romanis q̄rentib⁹ locū aptum vt ibi manerent ⁊ ciuitatem edificarent. Et cum veniſſent ad locū vbi nunc eſt Roma: vexillari⁹ qui ferebat vexillum precedendo fixit illud in terra ⁊ dicens. Stemus: qꝛ hic optime manebimus. ⁊ hoc ꝟbū fuit acceptum ꝓ omine. Rn̄.tho. ibidem. Aliter eſt dicendum de omine q̄ꝫ de prefatis auguriis: qꝛ verba humana que acci=



piuntur pro omine non ſubduntur diſpoſitioni ſtellarum. dꝫſponuntur tamē dupliciter. Aliquando ſm̄ diuinam prouidētiam. Aliquando vero ſm̄ demonis operationem. Scd̄ꝫ primum modum cōiecturare eſt licitum: Unde Gedeon qui in cathalogo ſanctorum hebreoꝝ.xj. ponitur: vſus fuit omine/ ex hoc ꝙ audiuit recitationem ⁊ interpretationem cuiuſdā ſomnij. vt legitur Judicum.vij. Et ſimiliter helieʒer ſeruus Abrahe. vt legitur Gene.xxiiij. Sed Gedeō obſeruauit recitationem ⁊ expoſitionem ſomnij accipiens eandem pro omine quaſi ordinata ad ſui inſtructionem a diuina prouidētia. Et ſimiliter helieʒer attendit verba puelle oratione premiſſa ad deum. hec Tho. Secūdo modo cōiecturare eſt illicitū quo modo receperūt omen ſerui Benadab regis ſirie: qui audientes ab ore regis Iſrael achab/ hoc videlicet verbum: ſi adhuc viuit frater meus eſt: acceperūt pro omine. ⁊ feſtinātes rapuerunt verbum ex ore eius: atqꝫ dixerunt: frater tu⁹ Benadab viuit. iij. Reg.xx. ¶ Queſtio.xlij. Utrum ex arte phiſonomie diuinare licitum ſit: id eſt ex diſpoſitione membrorum hominis coniecturare de moribus hominum? Rn̄d. Alber. lib.ij. de animalibus tractatu ſcd̄o ꝙ ſic. dummō caute fiat. videlicet ſolum de natura coniecturaliter: ſed de moribus ⁊ electionibus non diffinitiue iudicādo: ⁊ ad hoc plures allegat philoſophos. vbi notat primo ꝙ phiſonomia eſt ſcientia docens diuinare/id eſt coniecturare de affectibus hominum per phiſicas formas membrorū. Scd̄o notat ꝙ ex multis que ſunt in homine accipit cōiectura illa. Primo ex ſanguine ſiue humore. qꝛ ex talibus paſſionat faciliter homo ⁊ afficitur humore videlicet quadruplici: ſanguineo/melancolico/colerico/ ⁊ flegmatico. Secundo ex ſexu maſculinitatis ⁊ femineitatis. Tertio ex oculis/capillis/auribus/ facie ⁊ aliis membris patentibus. propter qd̄ Ptholomeus dicit diuinare melius ex ſtellis ſecūdis ⁊ verius. Stellas ſecundas vocans figuras ⁊ accidentia inuēta in rebus phiſicis: q̄ a ſtellis ſuperioribus impreſſa materie ſcimus: ſed ſuperiores ſtelle aliquando nihil imprimunt: licet in eis non deficiat: ſed in materia infert⁹ indiſpoſita. Tertio notat ꝙ nihil prefatorum neceſſitat voluntatē. Un̄ nullus diffinitiue iudicandus eſt ex talibus malus eſſe: niſi manifeſtū ſit ſuū malū licet prefata aliquando inclinēt aut ſignent inclinationē affectus. Unde per tria poteſt quis contra talia operari. Primo per hoc ꝙ membrum quod inſpicitur eſt forte ſignum ꝑ accidens infirmitatis alicuius/ ⁊ non nature. Secundo per liberum arbitriū. quo (vt phus in.iij.ethi.dicit) ſumus dn̄i noſtrarū actionū. Tertio ꝑ habitū ꝟtutis vel vicij ſeu ꝑ cōſuetudinē. vn̄ Ariſtoteles refert diſcipulos Ipocratis/ eiuſdē faciē op

time depictā obtuliſſe Philemoni optimo phiſonomo:q̄ iu-dicauit illud eſſe viri luxurioſi ⁊ deceptoris idolū.quod cuꝫ indignāter Ipocrati retuliſſent:reſpōdit vere iudicauit.q2 ad hec natura inclinauit:ſed illud qd̄ natura nō dedit / amor virtutū ⁊ philoſophie cōtulit:ſcꝫ continētiam ⁊ fidē. hec de Alber.Certū auteꝫ eſt ꝙ gratia plus valet q̄ oīa ante dicta. Unde deuoti viri minus alijs ſunt iudicādi.Unde arteꝫ pre-fatam approbat Salomon Prouerb.xvij. In facie prudētis lucet ſapiētia:oculi ſtultorū in finibus terre.Et eccleſia.xix. Ex viſu cognoſcitur vir:⁊ ab occurſu faciei cognoſcitur ſen-ſatus.Sed iudicia veritas vitare iubet/cū iudeis ait Johā. vij.Nolite iudicare ſecundum faciē:ſed iuſtum iudiciū iudi-cate. 33 Queſtio.xliij.Utrum aliqua vera ſciētia per artē notoriam poſſit acquiri?Eſt autem ars notoria quedā obſer-uantia:qua per ieiunia/abſtinētias/⁊ orationes verbales cū inſpectione quarūdam figurarū ſeu caracterū/ac prolatione verborum ignotorū ⁊ ſimiliū quis ſcientiā adipiſci molitur? Rn̄.Tho.ij.ij.q.x.c.vj.arti.j.ꝙ ars notoria illicita ⁊ inefficax eſt.⁊ ideo penitus repudiāda ⁊ fugienda a xp̄iano. Primum probat quia vtitur ignotis caracteribus ⁊ verbis vt.q.xxvj. dictū eſt.Unde ſuperuacuis ſignis vtens:tacita demonū pa-cta habet.Secundū patet:q2 nullus demon intellectū hoīs illuminare pōt:quē ex obſtinatione obtenebrare intēdit ſem-per vt docet Tho.j.parte.Acquiſitio aūt ſciētie ⁊ ſapientie fit per illuminationē.Unde ⁊ Auguſt.dicit.x.lib.de ciui.dei. etiā teſte Porphirio philoſopho demonuꝫ operationibus/et obſeruātijs/⁊ purgationibus.aīa nec diuinā nec verā ſcien-tiam adipiſcitur.Tertiū patet ex Auguſti.lib.ij.de doctrina xp̄iana:eadē ratione ſicut de ſuperſtitionib9 ceteris/quas ibi improbat. 22 Queſtio.xliiij. Utrum ſaliatores peccēt iu-dicātes in ſuis cōiecturis?Sunt em̄ ſaliatores vt dicit Iſi-do.lib.viij.ethimo.ſic dicti:q2 dū eis membrorū quecūqꝫ par-tes ſalierint:aliquid ſibi exinde ꝓſperū ſeu triſte ſignificare predicūt. Rn̄det idē ibidē ꝙ ſic. Idē ex q̄ſtionib9.xxiij.⁊.xxvj patet.Unde cōcludit ex ſupradictis oībus Iſido.ꝙ in his oī-bus ars demonum ex quadam peſtifera ſocietate hominū et angelorū malorū exorta eſt.Unde ⁊ cūcta vitāda ſunt xp̄iano ⁊ omni penitus execratione repudiāda atqꝫ damnanda. Hec Iſidorus. 22 Queſtio.xlv.Utrū ne licitū ſit dies/ānos ob-ſeruare/aut mēſes ad exeundū de domo ꝑ itinera/ad induē-dum nouas veſtes/⁊ ad faciendum ſimilia/pro habenda pro-ſperitate ⁊ vitanda aduerſitate?Reſpondet textus.xxvj.q̄ſt. vj.non licet:⁊ ſequētibus multis auctoritatibus ſummoruꝫ pontificū/⁊ Auguſt.ꝙ non.Unde ibi improbātur obſeruato-res kal.ianuarij/ſub ritu paganorum/ videlicet ne aliquid



plus noui fiat propter annuꝫ nouum .ne menſe cum epulis parentur/vel lapidibus.ne per vicos ⁊ plateas chori ducan-tur.ne cātiones fiant.Et tales anathema ſunt qui faciunt. Item in alio ca.dicitur nō obſeruetis dies qui dicūtur egy-ptiaci.glo.quos egyptij inuenerūt.vt qui aliquod opus ī die tali inchoaret malū haberet exitū. Tamē ex antiquitate ec-cleſia ſignat hos dies in kalendarijs ſuis.Hec ibi. Unde Au-guſti.in enchiridiō/⁊ ibidē in decreto habetur quis exiſtima-ret q̄ magnū peccatum ſit dies obſeruare ⁊ mēſes/⁊ annos/ ⁊ tempora/ſicut obſeruant qui certis diebus ſiue annis/ſiue menſibus volūt vel nolunt inchoare aliquid/eo ꝙ ſecunduꝫ varias doctrinas hoīm fauſta vel infauſta exiſtimāt tempo-ra:niſi huius mali magnitudinē ex timore Apoſtoli penſare-mus:qui de talibus ait.Nunc cognouiſtis deū:immo cogni-ti eſtis a deo: quomodo conuertimini iterū ad infirma ⁊ ege-na elemēta quibus denuo ſeruire vultis.dies obſeruatis et menſes/⁊ tempora/⁊ annos.Timeo vos:ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.Tamen bene quis obſeruare pōt tem-pora: quando luna eſt in certa quota/pro ſecandis lignis vt diutius durēt ⁊ minus a vermibus rodantur.Sic de pomorꝫ colligēdis fructibus/⁊ de ſimilibus:que ex naturali philoſo-phia:vel ex arte autentica ſine ſuperſtitionibus ſeruari de-bent vel poſſunt.

¶ Cap.xij.tractat de ſuperbia ⁊ eius ſpeciebus. A

NOno prohibetur in colēdo vnum deū ſuperbia qua quis renuit deo obedire ſicut humilita-te deum reueremur debite. Ubi primo viden-dum erit quid ſit ſuperbia:⁊ quomodo differat ab inani gloria:⁊ q̄ deteſtabile vicium ſit.Se-cundo que ſint eius ſpecies. Tertio quādo ſit mortale peccatū ⁊ de eius remedijs.¶ Circa primū notādū ſm̄ Tho.ij.ij.q.clxij.⁊ queſtionibus de malo.queſt.de ſuper-bia. ꝙ ſuperbia eſt cōtemptus dei vel ſuperioris/vel nolle obedire talium preceptis. Et hoc eſt formale/⁊ principale. Sed materiale eſt audax ſeu preſumptuoſus appetitus ⁊ in-ordinatus proprie excellentie. B Dicitur primo contem-ptus.Ubi nota ꝙ tūc ſecūdum Thom̄.ij.ij.q.clxxxvj. arti.ix. aliquis committit vel trāſgreditur aliquid ex cōtemptu quā-do voluntas eius rēnuit ſubijci ordinationi legis vel regu-le/⁊ ex hoc procedit ad faciendū contra legē vel regulā. Qn̄ autē ecōtra propter aliquā particularem cauſam/puta con-cupiſcentiam/vel iram/vel deſiderium cuiuſcunqꝫ alterius rei inducitur ad aliquid faciendum contra ſtatuta legis vel regule/non peccat ex contemptu:ſed ex aliqua alia cauſa. etiam ⁊ ſi etiā frequēter ex eadē cauſa vel alia ſimili pctm̄

iteret:frequẽtia tamẽ diſpoſitiue inducit ad cõtemptum. Nã ſm̃ Bernar. Contẽptus eſt tumor ſuperbie. Dicitur cõſequẽter in deſcriptione ſuperbie nolle obedire. quod declarat cõtemptũ.i. rẽnuere obedire. Eſt eñ traſgreſſio precepti effectus exterior ſuperbie qui eſt in omni peccato. Sed contemptus precepti eſt interior actus ⁊ nõ eſt in om̃i peccato mortali. quia quedam fiunt ex ignorantia/alia ex fragilitate: ſed ſupbia ex quadã malicia. Dicitur vel ſuperioris:quia quẽlibet debemus ſuperiorez arbitrari vt poſtea dicetur. Dicit̃ appetitus audax. qꝛ ſuperbia eſt in iraſcibili de ꝓprio bono preſumptio quedã/qua ſe erigit cõtra deum vel alios hoies eos vel eorum mandata paruipendendo ſeu contemnendo. Dicitur inordinatus. qꝛ ſi ordinate quis appeteret excellentias ſuas:nõ peccaret. Nam rex frãcie preferre poteſt diuitias ſuas diuitijs militis. Et conſiderare dona temporalia ⁊ ſpiritualia ſibi collata a deo:ſed cũ gratiarũactione in deum debet ea reducere. ꝙ ſi ſe extollat de eis cõtra deũ aut proximum/aut eoꝝ mandata:inordinate tũc appetit. Dicit̃ ꝓprie excellẽtie. Vñ dicit Alexã. de hal̃. in ſumma: ꝙ cum ſuperbia ſit appetere excellentiã ſui:aliud eſt appetere excellentiã/et aliud appetere excellẽtiam vt propriã. Appetere eñ excellẽtiam/cũ ſit naturale hoi ⁊ angelo inquantũ ſunt facti ad dei imaginẽ:nõ eſt peccatũ:ſed appetere excellentiã propriaz vt propriam:ſemper eſt peccatũ. Et fit multipliciter:vt in ſpeciebus apparebit quatuor. C Ex quibus patet primo ꝙ ſuperbia duplici virtuti cõtrariatur directe/humilitati quo ad formale in ſuperbia:⁊ quo ad materiale magnanimitati que virtus importat extenſionem animi ad magna/⁊ ardua in omni virtute. Secundo ſuperbia differt ab appetitu inanis glorie ſeu ab inani gloria. Pro cuius intellectu nota ſm̃ Aureolũ. in .ij. diſt. xxi. q. ij. ꝙ aliud eſt complacere ⁊ delectari in ſui excellentia habita:quod eſt vane glorie:⁊ aliud eſt erigere ſe ſuper alios/quod eſt ſuperbie. Affectiones enim appetitus ſequũtur conformiter exiſtimationes intellectus. Sed alia eſt exiſtimatio in intellectu exiſtimare quantitatẽ ſue excellentie abſolute:⁊ aliud eſt exiſtimare excellentiam ſuam comparatiue ad alios ſm̃ exceſſum. immo hec ſecunda oritur ex prima. Primo eñ intellectus inordinatꝰ exiſtimat ſuas ſufficientias eſſe magnas ⁊ ſupremi gradus. Secundo ex hac exiſtimatione oritur ſtatim exiſtimatio inſufficientie aliorum qua exiſtimat excellentias aliorum paruas. Et hoc dupliciter:vel exiſtimando ſufficiẽtias proprias magni gradus:vel ſufficientias ſibi equalium modicas. igitur in appetitu erunt conformiter due affectiones correſpondẽtes vltimis exiſtimationibus duabus. Primaz quidem exiſtimatio-



tutem veritatis ptinet vt aliqs talẽ ſe exhibeat exteri⁹ per
ſigna exteriora qualis eſt. Signa aũt exteriora nõ ſolũ ſũt

verba ſed etiā facta. Sicut ergo ꝟitati opponit̄ ꝙ aliq̄s per verba exteriora ſignificet aliud q̄ꝫ hꝫ apud ſe / qꝺ ad mēdacium ptinet: ita etiā ꝟitati opponit̄ ꝙ aliq̄s ꝑ aliqua ſigna factoꝝ vł reꝝ aliq̄d de ſe ſignificet cōtrariū ei⁹ qꝺ in eo eſt: D qꝺ ꝓprie ſimulatio dicit̄ ¶ Tamē ſicut dicit Augu.i li.q̄ſt. euāgelij. Nō omne quod fugim⁹ mēdaciū eſt: ſꝫ q̄n illud fugimus qꝺ nihil ſignificat: tūc eſt mēdaciū. Cū aūt fictio nr̄a refertur ad aliquā ſignificationē nō eſt mēdaciū/ ſꝫ aliqua figura ꝟitatis. Et ſubiungit exēplū de figuratiuis locutionibus in q̄bus quidē fingim⁹ res: nō vt aſſerat ita eſſe/ ſed eas ꝓponim⁹ vt figurā alteri⁹ qꝺ aſſerere volum⁹. Sic igitur ſe finxit dn̄s lōgius ire. Luc. vlt. Quia cōpoſuit motū ſuum quaſi volētis lōgius ire: ad aliud figuratiue ſignificādum/ ſcꝫ ꝙ ipſe ab eoꝝ fide lōge erat. vt Greg. dicit. Eſt igit̄ vt dicit Tho. ſimulatio pctm̄ ſimpliciter. q: nō refert vtrū quis verbo vł quocūqꝫ facto alij mētiatur. Tn̄ vdalricus dicit ſi q̄s dat ꝑ aliqꝺ opus vel ꝑ verbū duplex aliq̄d intelligere quod nō eſt: nō intentione fallendi/ ſed intentione vtiE litatis cōſequentis: talē ſimulationē nō eſſe peccatū. ¶ Circa quod tn̄ notat tho. ꝙ ſicut aliquis verbo mentitur/ q̄n ſignificat qꝺ nō eſt: nō autē q̄n tacet qꝺ eſt qꝺ quidē aliq̄n lꝫ: ita ſimulatio eſt quādo aliquis per exteriora ſigna factorū vel rerū ſignificat aliquid quod nō eſt: nō autē ſi aliquis p̄termittat ſignificare qꝺ eſt. Unde aliquis pōt occultare ſuū peccatum ſine peccato. alio modo capitur hipocriſis in ſacra ſcriptura proprie / et eſt ſimulatio ſanctitatis et iuſticie quā quis nō habet. et ſic hypocrita eſt qui per exteriora factorū ſcītatem aut quamcūqꝫ virtutem quā nō habet ſimulat cū intentione vt alij credant eum talem eſſe. Et talis hypocriſis ſemper eſt peccatū. ſicut et omne mendaciū eſt peccatum: ipſa autē hypocriſis eſt mendacium in facto. Unde hypocriſis duo dicit ſcꝫ defectum ſanctitatis et ſimulationem ſanctitatis ipſius. Ideo aug. dicit ſuper pſ. lxiiij. Simulata eq̄tas nō eſt eq̄tas: ſꝫ duplex eſt iniq̄tas. Eſt em̄ ibi duplex pctm̄ ſcꝫ in hypocrita: videlicet iniq̄tas occulta/ F et falſitas ſanctitatis in oſtenſione. ¶ hec autē hypocriſis in quinqꝫ perſonis ſe inflectere ſolet ſepius. Primo in hereticis. de quibus Math. vij. Attendite a falſis prophetis qui veniūt ad vos in veſtimētis ouiū: intrinſecus autē ſunt lupi rapaces. Scꝺo in fictis clericis et religioſis. de quib⁹ dicitur. dū ore et habitu/ nō corde deo ſe ſeruire oſtendūt/ per xp̄m Math. xv. hypocrite bn̄ ꝓphetauit de vobꝫ Eſai. xxix. Popul⁹ hic labijs me honorat: cor aūt eorū lōge eſt a me. et Mat. xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̄ clauditis regnum celorū ante hoīes: vos em̄ nō intratis ſcꝫ male viuendo: neqꝫ introeuntes ſinitis intrare/ ſcilꝫ ꝑ exēpla malos inficiēdo. Tertio in fictis iudicib⁹ et ſcabinis ac dominis tēporalibus: qui cū iuſtitiā deberēt defendere/ et ſe hoc facere p̄tendāt. intrinſecus ſunt pleni dolo et auaritia. De quibus math. xxiij. Ue vobis ſcribe et phariſei hypocrite qui mūdatis qꝺ deforis eſt calicis et papſidis: intus autē pleni eſtis rapina et immundicia. Ue vobis ſcribe et phariſei hypocrite /, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis que foris apparent hominib⁹ ſpecioſa: intus vero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ et oī ſpurcitia. Quarto in fictis viduis ⁊ virginibus/ que in delitijs viuētes vel nequitijs/ alijs p̄honorari volūt: Un̄ iob. xx. Si aſcēderit vſqꝫ ad celos ſupbia eius/ ⁊ caput ei⁹ nubes tetigerit: quaſi ſterquiliniū in fine ꝑdetur. Quinto in pauperibus ficte mēdicātib⁹. De quibus Luc. xx. ait chriſtus. Attēdite a ſcribis qui volūt ambulare in ſtolis et amāt ſalutationes in foro/ ⁊ primas cathedras in ſynagogis/ et primos accubit⁹ in conuiuijs/ qui deuorāt domos viduarum ſimulantes longā orationē. hi accipient G dampnationem maiorem. ¶ Sed quō cognoſcitur quis hipocrita eſſe? Rn̄. augu. ſup illo Luc. vj. Nō poteſt arbor bona malos fructus facere ⁊c. ꝙ a trib⁹ cognoſcūtur hypocrite. Primū eſt bonorū oppreſſio/ vel perſequendo vel detrahendo. Omnes em̄ hypocrite detractores ſunt. Secūdū eſt facilis reprehenſio aliorū quod faciūt vt videātur habere zelum. Tertiū eſt ipaciētia in aduerſis. Sup omnes em̄ monentur ad cōtumelias ſibi dictas. q: q̄rūt gloriā ideo dolent ad contumeliā. Unde dicit hiero. Non queras gloriam et non dolebis cū glorioſus fueris. qui laudē non appetit: H non ſentit cōtumelias. ¶ Sed diceres/ ſunt ergo mali religioſi vel clerici hypocrite? Rn̄. tho. habitus ſanctitatis puta religionis vel clericatus ſignificat ſtatū quo quis obligatur ad opera pfectiōis: et iō cū quis habitū ſanctitatis aſſumit intēdēs ſe ad ſtatū pfectionis trāſferre: ſi per infirmitatē deficiat/ nō eſt ſimulator vel hypocrita: q: nō tenet̄ manifeſtare ſuū pctm̄: ſanctitatis habitū deponēdo. Si aūt ad hoc habitū ſanctitatis aſſumeret: vt ſe iuſtū oſtēderet/ eſſet hypocrita ⁊ ſimulator. vn̄ Greg. dicit. xxxj. mora. Sūt nonnulli qui et ſanctitatis habitū tenēt: ⁊ pfectionis merita exequi nō valēt: hos nequaqꝫ credēdū eſt in hypocritarū numero currere. q: aliud eſt infirmitate peccare: aliud malicia. ¶ Sed iterum dubitares. Utrū aliquis ſimulans ſanI ctitaem ad honorem dei et edificationem proximi peccet? Rn̄. pe. de tharentaſia in quolibe. duplex eſt ſimulatio. Quedam que fit ab aliquo vt iniquitas ſua palliet̄: et ipſe ab hoībus laudet̄ ⁊ bon⁹ reputet̄ ⁊ hec eſt pctm̄. Alia fit ad dei

honorem ⁊ proximoꝝ edificationē. vt ſi aliquis religioſus maiorem religionem oſtendit corā ſecularibus/ꝙ corā ſuis fratribus vt ipſi magis edificent̄: iſte nō peccat: ſed meret̄ hec ille. Exemplum in beato dn̄ico/per quadrageſimā ī pane ⁊ aqua cum ſocio ieiunāte vt hereticos conuerteret. Et ſic ep̄s oxomenſis didacus/olim contra hereticos albicēſes hortabatur abbates eadē intentione: vt pedes irent in pau
k ptate. ¶Quo ad ſcd̄ꝫ p̄ncipale notādū ſm̄ Tho. ꝙ hypocriſis ſcd̄o mō ſumpta/aliqñ eſt pctm̄ mortale ⁊ aliqñ veniale Qñ aūt ſit mortale vel veniale eſt attēdēdū ex fine quē ipſe fingēs intēdit. Si nāqꝫ talis finis eſt ꝯtra charitatē/eſt peccatum mortale. Sicut cū quis ſimulat ſanctitatē/ vt falſam doctrinam ſeminet/in qua ſibi non tā cito crederet̄ niſi ſanctus ⁊ iuſtus appareret, quales ſunt communiter heretici ꝓpter quod dicit dn̄s Math. vij. Attendite a falſis ꝓphetis qui veniūt ad vos in veſtimētis ouiū: intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces. Uel cū quis ſimulat ſanctitatē: vt dign⁹ adipiſcatur eccleſiaſticam dignitatem/vel vt adipiſcat̄ alia tēporalia quecūqꝫ cum damno alioꝝ: vel ſimulat ſanctitatē vt familiarioꝛ fiat alicui mulieri aliene: vt eā per hoc decipiat/⁊ in ſuum conſenſum alliciat/⁊ ſic de alijs huiuſmodi finibus qui ſunt contra charitatem dei vel ꝓximi. Hec videt̄ eſſe mens ſancti doctoris. vnde ⁊ vdalricus. lib. vj. tractatu. iij. cap̄. xxviij. dicit. Cum aliquis ſimulat ſanctitatem quā non habet: ꝓpter hoc vt det̄ ei aliquid (ſicut illi de qb⁹ Mat. xxiij. dicit̄. Ue vobis hypocrite qui comeditis domos viduaꝝ) pctm̄ mortale eſt: quia rapit quod debetur ſanctoꝛ: qꝛ qđ datur ei: datur in nomine iuſti. Itē qñ talem ſimulationē facit ex inſatiabili auaricia. Si aūt aliquis pro ſua neceſſitate ſimulet ampliorem indigentiā ꝙ habeat: nō eſt hoc mortale pctm̄. Sicut faciunt illi cōmuniter qui trutanni vocantur. De his em̄ dicit Chriſoſtom⁹ ꝙ talis ſimulatio potius eſt culpa diuitum ꝙ pauperum qui ex ſui indigē
l tia ad hoc cōpelluntur. ¶Si aūt ſm̄ Tho. finis intent⁹ non repugnat charitati: tunc manet veniale. vt cum quis fingit ſolū qꝛ delectat̄ in ſic fingendo. de quo dicit ph̄s. iiij. Ethi. ꝙ magis videtur van⁹ ꝙ malus. vel ſi fingeret propter iocum. Eadem em̄ eſt ratio de fictione ⁊ mendacio/vt dictum eſt in p̄cedēti capitulo. Tn̄ ſiue hypocriſis ſit veniale ſiue mortale peccatū/eſt periculoſum et multipliciter nociuum vt patet p̄mo ex v̄bis chriſti/qui hypocritas fere pre alijs impugnauit. Math. xxiij. ſeptēpliciter. Et Mat. vj. Exterminant enim facies ſuas/vt appareant hominibus ieiunantes. Et luce. xij. Attendite a fermento phariſeoꝝ qđ eſt hypocriſis. Et Math. vij. hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo. Secundo quia raro ad melius cōuertunt̄. Tū qꝛ ſe bonos putāt alioꝝ laude delectati. Job. xxxvi. Uincti non clamabunt. glo. qꝛ humane laudis auiditate ſuperati ſanctos ſe eſſe: miſeri etiam cum in peccatis morent̄/putant. Tum quia ſpirituſſanctus eos fugit ſine quo conuerti non pn̄t. Sapien. j. Spūſſanctus diſcipline effugiet fictum. Tuꝫ etiam. quia diabolus noſcitur eſſe in eis ⁊ dormit. Job. xl. Sub vmbra dormit in ſecreto talami. ſcꝫ in quo nullus fructus. ſtips vacu⁹. ⁊ radix in limo laudis eſt fundatus. Tertio quia ſunt ſimiles ſterquilinio niue tecto. ſepulchris pulchris cadaueribus plenis: vulpibus: quaꝝ pellis eſt bona ⁊ carnes manes. ſymoni qui angariatus crucem dn̄i portauit. Et vulpi que ſe mortuam fingit: quoaduſqꝫ cornicēꝫ capiat. Cigno qui exterius eſt albus: caro aūt eius nigra.

¶Quo ad tertium principale queritur vtrū ironia p̄ quaꝫ aliquis minora de ſe fingit: ſit peccatum: Rn̄. ſm̄ Tho. ij. ij. q. cxiij. ꝙ aliquis de ſeipſo minora dicat: pōt cōtingere dupliciter. Uno modo ſalua veritate/dum ſcꝫ maiora q̄ ſunt in ſeipſis reticēt/quedam vero minora detegunt ⁊ de ſe profe- m
runt q̄ tamen in ſe eſſe cognoſcunt. Et ſic minora de ſe dicere non ꝑtinet ad ironiam: nec etiam eſt peccatū ſm̄ genus ſuū niſi per alicu⁹ circumſtātie corruptionē. Alio modo aliquis dicit minora a veritate declinans. puta cū aſſerit aliquid vile de ſe quod in ſe non cognoſcit. aut cū negat de ſe aliquid magnum/quod tn̄ ꝑcipit in ſeipſo eſſe. ⁊ hoc ꝑtinet ad ironiam ⁊ eſt ſemp̄ pctm̄. vn̄ Aug. lib. de verbis dn̄i. Cū humilitatis cauſa mētiris: ſi nō eras peccatoꝛ anteꝙ mentireris: mētiēdo peccatoꝛ efficeris. Et ſi obījcis illud gre. n
ad aug. angloꝝ ep̄m. Bonaꝝ mētium eſt ibi culpas agnoſcere vbi culpa nō eſt. Rn̄. Tho. ꝙ ad bonitatem mētis ꝑtinet vt homo ad iuſticie perfectionem tendat. ideo in culpā reputat: nō ſolū ſi deficiat a cōmuni iuſtitia q̄ vere culpa eſt: ſed etiā ſi deficiat a iuſticie ꝑfectione / q̄ q̄nqꝫ culpa nō eſt. non aūt culpam dicit qđ ꝓ culpa nō recognoſcit/qđ ad ironie mendaciū ꝑtinet. Nota tn̄ ꝙ ironia p̄ defectū ꝓprie opponit̄ iactantie. q̄ ambo ꝯſiſtunt in verbis. in factis autē videtur aliquid opponi hypocriſi per diminutionem ſuo modo ſicut de ironia.

¶Cap̄. xvj. De p̄ſumptione nouitatum.

Duodecimo ꝓhibetur preſumptio/ſiue ſit nouitatum/ſiue alia. ¶Un̄ eccl̄. xxxvij. O preſumptio nequiſſima vnde creata es: glo. a mala volūtate/ſcꝫ deficiente. Ubi notandū ꝙ preſumptio q̄dam eſt bona/qua ſcꝫ in quibuſdam id quod in nobis eſt facimus: ⁊ de o

reſiduo in diuinum auxiliū ſperamus/⁊ de deo preſumim⁹
Alia mala qua quis de ſe inordinate ⁊ nimis confidit. De
vtraq̧ dicitur Judith.vj. Qui nō deſeris p̄ſumentes de te.
⁊ de ſe p̄ſumentes humilias. Mala preſumptio eſt duplex
Quedā vocat̄ p̄ſumptio nouitatū: que eſt filia inanis glorie
ſm̄ Greg. Alia eſt p̄ſumptio reſpectu alioꝝ illicite q̄ etiam
nō habēt nouitatē ſeu ammirationem ſpecialem. Item que
dam eſt p̄ſumptio que eſt pctm̄ in ſpm̄ſanctū. Alia eſt pcti
alleuiatiua. de quibus duobus habes ſupra in p̄mo prece=
pto/ videlicet de ſpe. Eſt igitur preſumptio quintuplex. Pri
ma bona de meritis/ vel de dei bonitate confidentia humi=
lis. Secūda peccati excuſatiua in parte: ſed bene faciendi
ꝓtelatiua. Tertia preſumptio generalis. Quarta ſpecialis
q̄ dicit̄ nouitatū preſumptio. Quinta peccatū in ſpm̄ ſctm̄.
B ¶ De preſumptione igitur nouitatum: primo aduertendū
ꝙ nouitatum inuentio eſt triplex. Quedā licita ⁊ virtuo=
ſa: vt modus acquirendi perfectionē vite ſpiritualis. Sic
ſamuel cuneos reperit ꝓphetaꝝ. Dauid cantoꝝ numerū.
Helias anachoreſim/ in veteri teſtamento. In nouo Johā=
nes baptiſta. Item maria ⁊ Joſeph matrimoniū virgineū
Antonius monachatū. vel poti⁹ xp̄s vel Johannes bapti=
ſta. ſm̄ Chriſo. Alia eſt vana ⁊ ſupflua vel modicū peccatū
vt inutiliter in artibus laborando/ in alchimia/ ⁊ in alijs ex
perientijs vltra q̄̄ oportet ſe occupando. Tertia eſt nouita
tum inuentio vicioſa/ qua nouus peccandi modus reperit̄:
per quē alij ꝓficientes in malis imbuunt̄. ¶ Secundo no=
C tandum ꝙ hoc viciū multis generibus hominū ſe inflectit
Primo in hereticos: qui de ſuo ingenio p̄ſumētes noua con
fingūt. Secūdo in religioſos: qui cōtra vel ſupra ſtatuta ſe=
niorum ſicut phariſei ſingularia quedā interdū cōfingūt vi
ſiones/ vt ſancti appareant ⁊ ſimilia. Tertio in artifices me
chanicos vt ſutores/ ſartores/ fabros ⁊ etiam hoīes ſe ſup
be veſtientes. Quarto in mercatores: cum cōtractibus ra=
ris/ cābijs/ reemptionibus vitalicijs/ ⁊ ſimibus vanis. nam
cū per vſurā manifeſtā lucrari non audeant per auaros cō
tractus tanq̄ varijs vijs ad lucrū tendūt. Quinto iudices
ſcabini/ aduocati/ ⁊ huiuſmodi nouis modis iuſticiā defen
dentes. Sexto dn̄i tpales nouos modos illicitos exactio=
nandi reperientes in taxis/ in ſteuris/ ⁊ in ſimilibus. Septi
mo clerici ⁊ religioſi nouos modos cantandi theatricos ꝓ
D pter queſtum vel ob apparentiā reperientes. ¶ Tertio no
tandū qn̄ ſit mortale. Nam qn̄ aliquis p̄ſumit aliq̄d inue=
nire de ſcientia vt nouos errores vt alios in errorē ducat.
vel nouos modos quib⁹ alios notabiliter deprimat. vel ex
actionem indebite inueniat: vel in finē qui tendit vt in mor



tale pctm̄ aliquē inducat. In his ⁊ alijs qn̄ caritati dei vel
ꝓximi repugnat ſicut ſupra dictū eſt: mortale pctm̄ eſt. Et
quia quis particeps efficit̄ in malis ſequentib⁹ que q̄s pri
mo inuenit: valde latum peccatum eſt ⁊ periculoſum/ noui
tatum inuentio illicita. vt inuentores veſtium ſupbie deſer
uientium: nouarū cātilenarum/ ⁊ ſimilium. ¶ Quarto no= E
tandum ꝙ q̄uis non ſemper ſit pctm̄ mortale nouitatum
inuentio: tamē periculoſum eſt vt oſtēdūt plura. Primo vt
dictum eſt/ ꝙ aliquis tot maloꝝ hic per peccata/ ⁊ in futu=
ro p penas particeps efficit̄: quot malis alijs futuris ⁊ p̄=
ſentib⁹ hominib⁹ occaſionē p inuētionē nouā adminiſtrat.
Scd̄o quia omnes inuentores nouitatū illicitaꝝ: oēs mali
fuerunt/ ⁊ filij hoīm. Nā primus inuentor auaritie fuit cain
qui primus ciuitatem fecit. Gen̄.iiij. Iniuriam faciens il=
luc fugit: menſuras fecit/ ⁊ terminos in agris ſtatuit. Ab
iſto cain ſeptimo gradu deſcēdit lamech: qui primus bigā=
miam reperit: ⁊ ſic primus adulter fuit. Hui⁹ filij ⁊ filie oēs
fere curioſas artes reperierūt/ vt habes Gene.iiij. qr eius
filius iabel pater fuit habitantiū in tentorijs. Tubalchain
prim⁹ ſculpturas metalloꝝ curioſas fecit. Noema filia pri
mo variam texturam reperit: cum a principio a deo aīaliū
pellib⁹ cooperimēta fuerint ordinata. Tubal ipſe fuit pa
ter canentiū in cithara ⁊ organo. hec omnia Gen̄.iiij. ⁊ lib.
ij. ſpecu. hyſto. vincentij. Hi etiā cū omni ſua cognatione di=
luuio interierūt. Tertio quia oēs qui poſtea auxerūt vel di
latauerunt nouitatum inuentiones mali fuerunt/ ⁊ miſe=
rabiliter mortui vt ex martiniana patet hyſtoria: vbi legit̄
ꝙ tullius hoſtilius tertius de primis regibus romanorum
ſcʒ poſt romulum ſecundus qui primus purpura eſt vſus
⁊ tandem cum tota domo ſua fulmine arſit. Nero impera=
tor ⁊ quintus ab octauiano qui piſcabatur rhetib⁹ aureis
que ſericis funibus extendebantur/ nullā veſtē bis induit
ſoleas argenteas mulis fecit/ tandē a romanis de palatio
fugatus extra romam ſeipſum interfecit. ⁊ a lupis dicitur
comeſt⁹. Aurelius impator roman⁹/ primū apud romanos
diadema capiti inuexit gēmis: fulmine corripit̄: ſed nō mori
tur/ tandē fraude ſerui ſui occiſus eſt. Diocletianus impe
rator p̄mus gēmas veſtib⁹/ calciamentiſq̧ immiſit. Cū oēs
retro p̄ncipes ſola purpura vterent̄: tandem veneno perijt
Tarquinius ſupb⁹ rex romanoꝝ a romulo ſeptim⁹/ excogi=
tauit omnia tormētoꝝ genera/ cathenas/ tormenta/ carce=
res/ compedes/ exiliū/ ⁊ hmōi: hic ꝓpter tarquinū filium ſu
um q̄ lucretiā nobilē feminā corrupit/ a regno ⁊ a roma eſt
expulſus in exiliū. hec de martiniana. Itē ſimon mag⁹ vola
re volens: corruit occiſus. Itē ethierus monachus poſt

ea: p̄mo iuuenis ingenioſus volare volens cecidit nō mor-
tuus: ſed confractis pedibus vt refert Uincentius in ſpecu-
lo hyſtoriali. Ecce quomodo omnes curioſitatum inuento-
res grauiter puniti ſunt.

## ¶ Capitulum. xvij. de veſtibus

A TErtiodecimo hic prohibetur precioſitas
veſtium / que ex ſupbia inani gloria / vel
ex p̄ſumptiōe ꝓcedit. Modeſtia eñ vt am
broſius. li. j. de officijs dicit: circa exterio
rem cultum ſeu ornatum conſiſtit: cui op
ponit̄ immodeſtia. Circa qd̄ p̄mo viden-
dum de illicitis veſtimētis. Scd̄o de his
q̄ diſſuadēt taliū ſupbiam. Tertio an vti
litas veſtiū ſit laudabilis. Quantum ad p̄mum eſt dubiuꝫ.
Utrum circa exteriorē ornatum poſſit eſſe virtus ⁊ viciuꝫ?
Rñ. Tho. ij. ij. q. clxix. In ip̄is rebus exteriorib⁹ quibus ho-
mo vtitur non eſt aliqd̄ vicium: ſed ex parte hominis q̄ im
moderate vtit̄ eis. Sed qꝛ q̄dam dicunt ꝙ cum in corde ſit
ꝟtus / nō autem in veſtib⁹: poteſt q̄s eque deferre tunicaꝫ p̄
cioſam / ⁊ in habitu ſeculari latere cor humile: ſicut in hū-
li veſte econuerſo ⁊ ouili / cor lupinū poteſt latere. Idcirco
B tria ſunt notanda. ¶ Primo ꝙ circa exteriorem veſtiū ꝟtu
tes conſiſtunt ſiue exercentur: qꝛ licet omnes ꝟtutes ſubie-
ctiue ſint in aīa / ⁊ eſſentialiter: tamen circa act⁹ exteriores
exercentur: q̄ eoꝝ ſunt materia. Exempli gratia miſericor-
dia eſt mentis habitus / ſed in diſtributiōe pecuniaꝝ exer-
cetur: ſic fides confeſſione. Sic etiam humilitatem ⁊ ſimpli
citateꝫ noīat andronicus / dicit tho. habitus moderatiuos
veſtimentoꝝ. Unde ſicut ſtultum eſt dicere. ſi cor eſt miſeri-
cors: nulla vis eſt de operib⁹ miſicordie exteriorib⁹. ſic etiaꝫ
iiij. ethicoꝝ eutropelia ponit̄ habitus modificatiu⁹ ꝟboꝝ vl̄
fctōꝝ ſolacioſoꝝ. Scd̄o nota ꝙ ꝑ exteriorem veſtitum ꝟtu-
tes menti adeſſe comprobant̄. Uñ ſi humiliter in veſtimen
to procedis: ex corde hoc manauit: dicente bernardo in ap
pologetico. Ex cordis theſauro ſine dubio procedit quicq̄d
foris apparet / viciorum ſcꝫ ſiue ꝟtutum. Uñ ſi precioſuꝫ de
fers veſtitum: de corde vicioſo ꝓceſſit. Nam ſcd̄m phm̄. ij.
ethicorum: habitus ſemper inclinant ad actus ex quibus
generantur. Tertio notandum ꝙ per exteriorem veſtitū ꝟ-
tutes acquiruntur. patꝫ qꝛ ſtudendo ⁊ legendo ſcientia ac
quiritur. Et eadem rōne humilia veſtimenta portando: hu
militatis habitus acquiritur. Patet igitur q̄ꝫ fatue dicant
qui inquiunt. Si cor bonum eſt: nulla vis erit in veſtimen-
C to. ¶ Dubitatur ſecundo. Utrum veſtes precioſas deferre



ſit peccatum? Reſpondet̄ ꝙ ſic. Unde ſuper illo Lu. xvj. In-
duebat̄ purpura ⁊ biſſo: dicit glo. Grego. Si cultus p̄cioſaꝝ
veſtium in culpa non eſſet: ſermo dei nō tam vigilanter ex
p̄meret / ꝙ diues purpura ⁊ biſſo indutus apud inferos tor
quebatur. Et ꝓbatur rōne. qꝛ p̄cioſum dicit̄ relatiue: et ita
ſonat p̄cioſitas in exceſſum ꝓprij modi: immo includit cor-
ruptionem modi circa ꝓpium ſtatum: ſed corruptio vel ex-
ceſſus modi eſt pctm̄ dicit Auguſt. lib. de natura boni. Pctm̄
conſiſtit in corruptione boni / qd̄ conſiſtit in modo / ſpecie / et
ordine. ¶ Dicit tamē tho. vbi ſupra. Si illi q̄ in dignitatib⁹ D
conſtituunt̄ / vel etiam miſtri altaris / p̄cioſioribus veſtibus
q̄ꝫ ceteri induunt̄: hoc non eſt ꝓpter ſui gl'iam: ſed ad ſignifi
candum excellentiam ſui miniſterij: vel cultus diuini: ⁊ id̄
eis non eſt vicioſum. Et ſm̄ pe. de palude in quarto. diſtin.
xxiiij. precioſa veſtis ad pompā mundi eſt in culpa: ſed ad
honoreꝫ dei portata eſt latria. De hac materia dicit alex.
de halis in ſumma ſic. Uti p̄cioſis veſtibus eſt in ſe maluꝫ:
eo ꝙ vſus veſtis debet eſſe ad neceſſitatem / non ad curioſi
tatem vel voluptatem. precioſitas aūt veſtis curioſitatem
dicit: ⁊ ideo in ſe malum eſt. Uñ. j. thi. vj. Habentes alimen
ta ⁊ quib⁹ tegamur his contenti ſim⁹. glo. qui vltra tendit:
malū inuenit. Poteſt autē bene fieri: vt aliquis vtatur pre-
cioſis veſtib⁹ ex officio dignitatis: vt reges ⁊ nobiles ⁊ eis
aſſiſtentes. q̄ licet pauperes ſint: vtunt̄ tñ precioſis nō ad
oſtentationem ſui vel honorem: ſed ad honorem dñoꝝ ſuo-
rum. Similiter ⁊ mulieres cum vtunt̄ p̄cioſis veſtibus non
ad oſtentationem ſui vel ad voluptatem carnis: ſed tantū
vt placeāt viris ſuis: vti p̄cioſis non eſt eis pctm̄. Et ſi di-
cis ꝙ oīa facta ſunt ꝓpter hominē. Dicendum: lꝫ hoc verū
ſit: tamen p̄cioſitas veſtium nō eſt facta ꝓpter ſtatum oim̄
hominum: ſed ꝓpter eos quib⁹ conuenit ex officio dignita-
tis. hec alexander de halis. Et poſt pauca dicit: ⁊ licet mu
lieres ornari auro ⁊ margaritis in ſe malum ſit ꝓpter con-
iunctionē actus ad materiā indebitaꝫ: eo ꝙ mulier cum ſit
facta ad dei imagineꝫ nō debet q̄rere decorē ex artificio: ta
men qñ de voluntate maritoꝝ faciunt vt conſeruent eoꝝ
gratiam: vel vt morē regionis vel ciuitatis obſeruent cum
modeſtia tamen / vel vt gradum dignitatis obſeruent / ex-
cuſātur a peccato. Sicut de heſter legit̄ heſter. v. ꝙ induta
erat regalib⁹ indumentis. habebat etiam coronā in capite
ſuo quam non geſtabat cauſa ſupbie: ſed vt gradū dignita
tis obſeruaret. heſter. xiiij. hec ille. ¶ Sed quid de virginib⁹ E
vel de illis que maritos non habent? Reſponde. idem ſi vir-
go non proponat nubere / peccat grauiter ſe precioſis ornā
do: niſi hoc faciat vt conſeruet gradum dignitatis: qꝛ in ta-

li virgine debet eſſe ornatus ſimplex non precioſus . ſicut
dicit hiero. q̄ ſcʒ neſciat eſſe pulchra/et que negligat forme
bonum. ⁊ ꝓcedens ad publicum: nō pectus aut collū denu
det/nec pallio reuelato ceruicē opiat: ſed que celet faciem
virgo em̄ dum ꝟgo eſt cogitet que dei ſunt. vt dicit. j. Cor.
vij. Si autem ꝓponit nubere/non peccat ſe p̄cioſis ornando
vt placeat illi cui ꝓponit nubere / moderate tamen vt non
ꝓuocet ad libidinē: ſed in ſe habeat decentiaʒ muliebrem.
Vn̄. j. Cor. vij. Virgo nō peccat ſi nubat: ergo nec ornādo vt
nubat. hec ille. Huic ꝯcordare videt̄ augu. ad poſſidoniū in
ep̄l'a Nolo inq̄t de ornamentis auri vel veſtis p̄properam
habeas in ꝓhibendo ſententiam/niſi in eos q̄ neqꝫ coniuga
ti/neqꝫ cōiugari cupientes: cogitare debent quomō placeāt
deo. Illi autēʒ cogitant que ſunt mundi quomodo placeāt
vel viri vxoribus/vel mulieres maritis: niſi ꝙ capillos nu
dare feminas/quas etiam velare caput ap'ls iubet/nec ma
F ritatas decet.. ¶ Ex p̄miſſis patʒ ꝙ p̄cioſitas veſtium nouē
generibus hoīm plus ⁊ min⁹ concedit̄. Primo ſacerdotibus
in diuīo officio conceditur: ⁊ in eis eſt cultus latrie : ⁊ quibus
competit ex officio dignitatis. Sicut dn̄s papa vt dicit ale
xander vbi prius vtit̄ p̄cioſis ex officio dignitatis: ſcʒ roma
ni imperij: quā dignitatem conſtantin⁹ dicitur romane ec
cl'ie contuliſſe. Unde in ſignum hui⁹ dn̄s papa defert ſigna
impialia. Secundo reges ⁊ nobiles / ⁊ eis aſſiſtentes etiaʒ
ſi ſint pauperes. Tertio quicūqꝫ alius qn̄ hoc exigit conſue
tudo regionis/⁊ mores eoꝝ int̄ quos aliq̄ viuūt. tūc em̄ poſ
ſunt p̄cioſis veſtibus vti/ſm̄ tho. ⁊ alexan. Vn̄ diſt. xlj. dicit̄.
Sicut in cibis mores eoꝝ cum q̄bus viuim⁹ obſeruare mo
nemur: ſic de indumētis intelligendum eſt. Et loquitur ſpe
cialiter de clericis. Clerici etiā qui non habent de patrimo
nio crucifixi/ſed tantum viuunt de proprio patrimonio: poſ
ſunt vti precioſis veſtib⁹ ea intentione/vt ſeruent gradum
ſue nobilitatis. Qui autem viuunt de patrimonio crucifixi
vel ſunt in ſacris ordinibus conſtituti: peccant vtendo ve
ſtibus p̄cioſis niſi eis competat ex officio dignitatis: vt de
papa dictum fuit. Unde ſuper illo Math. iij. Johannes ha
bebat veſtimentum. gloſa/ſeruus dei non debet habere ve
ſtimentum ad decorem vel ad delectationem ſed tantū ad
tegendum nuditatem. Et xxxj. q. iiij. Omnis iactantia ⁊ ia
ctura corporalis aliena eſt a ſacro ordine. Omnes ergo e
piſcopos ⁊ clericos qui ſe fulgidis ⁊ claris veſtimentis or
nant: emendari opʒ. Item diſt. xlj. parcimoniam cum veſte
humili non reprobamus: ſicut ⁊ ornatum p̄ter corporis di
ligentiam infucatum laudamus: diſſolutos ⁊ fractos veſti
bus non recipimus. Nec obſtat illud. j. pe. ij. Vos eſtis ge



nus electū regale ſacerdotium. Ex quo videt̄ ꝙ cū habeāt
dominationē in populo ratiōe dn̄ationis pn̄t vti veſtibus
precioſis: Rn̄. ꝙ licet aliq̄ habeāt dn̄ationem in pp'lo: q2 tn̄
eis data eſt in elemoſinā/nō tenēt cauſa dn̄atiōis talis vti
veſtibus p̄cioſis. Poſſunt tn̄ clerici (vt premiſſum eſt) veſti
bus precioſis vti ex officio dignitatis/vel ſm̄ patrie cōſue
tudinem: moderate tn̄. Et his exceptis q̄ expreſſe ꝓhibent̄
extra de vi. ⁊ honeſta. cleri. vbi dicitur . pannis rubeis aut
viridibus clerici nō vtant̄. Corrigias auri vel argēti orna
tum habētes nō ferāt: ſed neqꝫ annulos: niſi quib⁹ compe
tit ex officio dignitatis. hec oīa Alexan. Quarto cōiugate
pn̄t vti veſtimētis notabilib⁹ ſm̄ ſuū ſtatū. Quīto virgines
nupture: vt dictum eſt. Sexto virgines nobiles etiā nō nup
ture. Vn̄ Cecilia intus cilicio/⁊ extra aureis veſtib⁹ tegeba
tur. Septimo vidue nupture eadem ratione ſicut virgines
nupture. Octauo humili habitu ⁊ decēti vti debēt virgines
⁊ vidue in caſtitate viuere volētes non ſuperbo. Nono reli
gioſis minime. ¶ Dubitatur tertio quot modis in veſtitu q̄s B
peccare poſſit: Rn̄. ſm̄ Tho. multipliciter tam in immode
rātia q̄ꝫ in defectu: inter que virt⁹ mediū tenet/q̄ modeſtia
dicit̄. Igitur peccat̄. xij. modis in immoderātia. Primo mō
per cōparationē ad cōſuetudinē hoīm cū quibus aliquis vi
uit. Vn̄ dicit beatus Auguſt. iij. cōfeſſi. Que cōtra morē ho
minū ſunt flagitia pro moruʒ diuerſitate vitāda ſunt/vt pa
ctum inter ſe ciuitatis ⁊ gentis cōſuetudine vel lege firma
tum: nulla ciuis aut pegrini libidine violetur. Turpis em̄
eſt pars oīs vniuerſo ſuo nō congruēs. Ex quo patet ꝙ pec
cant nouarū inciſionū inuentores in veſtibus ⁊ alijs pere
grinis modis ſe veſtiētes: quia cōtra conſuetudinē faciunt
et ſub iſto continet̄ extraneitas veſtiū. i. cum quis vult ha
bere veſtes alijs diſſimiles. vn̄ Soph. j. Viſitabo ſup princi
pes ⁊ ſup filios regis/⁊ ſup oēs qui veſtiti ſunt ⁊ induti ve
ſte pegrina. Scd̄o mō pōt eſſe īmoderatio in vſu taliuʒ rer
ex inordinato affectu mētis: ex quo qn̄qꝫ cōtingit ꝙ hō ni
mis libidinoſe vtat̄ talib⁹: ſiue ſm̄ cōſuetudinē eorū cū qui
bus viuit/ſiue etiā p̄ter eoꝝ cōſuetudinē: ⁊ fit p ſupabūdan
tiā. Tertio mō p hoc ꝙ hō ex ſupfluo cultu veſtiū gl'iaʒ hoīʒ
q̄rit: put. ſ. veſtes ⁊ alia hmōi ptinēt ad quēdam ornatū: vt
patuit ī ꝓbatiōe p Greg. ī ſcd̄o dubio. Nēo q̄ppe veſtimēta
p̄cipua vel p̄cioſa. ſ. excedētia ſtatū ꝓpriū: niſi ad ianē glo
riā q̄rit. Nēo etiā vult ibi p̄cioſis veſtib⁹ īdui: vbi a nemine
pōt videri. Quarto mō ſm̄ ꝙ hō p ſupfluū cultuʒ veſtiū q̄rit
delicias/ſm̄ ꝙ veſtes ordinant̄ ad corpis fomētū. ⁊ iō mol
licies veſtiū ē viciū de q̄ Math. xj. Qui mollib⁹ veſtiūt̄ ī do
mib⁹ regū ſūt: vbi Gre. Nēo eſtimet ī luxu atqꝫ ī ſtudio p̄cio

ſaꝝ veſtiū pctm̄ deeſſe:q2 ſi hoc culpa nō eēt nullo mō dn̄s io
hānē de veſtimēti ſui aſperitate laudaſſet. Hāc molliciē chri
ſoſto. ſuper apoſtolū etiā in mulierib⁹ reprobat:eas oſtēdens
nō ſemꝑ naturaliter delicatas eſſe/ſed ex cōſuetudine malaꝝ
vt apparet in ruſticis feminis dura ſuſtinentibus:⁊ in deli-
catis virginibus que cilicio corpus domabant. Quinto mo-
do ſcd̄m ꝙ nimiā ſollicitudinē ꝗs apponit ad exteriorū cul-
turā/etiā ſi nō ſit aliqua inordinatio ex parte finis. Unde in
vitaſpatrum quidam pater vidēs ornatā meretricē fleuit/ et
querētibus cauſam ait:due res me flere faciūt:iſtius mulie-
ris perditio/ ⁊ ꝙ deo meo nūq̄ʒ tanto ſtudio animā meā orna
ui. Itē de ſancto Nonno epiſcopo ibideʒ ſimiliter legitur: ꝙ
viſa ornatiſſima meretrice Margarita nomine fleuit;ob ſecū
dam cauſaʒ dictam. Has quinqʒ ponit Tho. Sexto ſuperflui-
tas in quātitate cōtinua:vt ſunt qui nimis lōgas veſtes por-
tant terram cooperientes/pulueres ſuſcitantes/pulices col
ligentes/⁊ demones interdū vehētes. Exemplū de patre vi-
dente diabolū ridere:a quo cauſam querens Reſpondit de-
mon. ſocium meū in cauda mulieris equitantē vidi:⁊ in tra-
ctu lutum incidere. Et de alio ſolitario legimus ꝙ pre pau-
pertate matta veſtē prolongauit ⁊ vocē audiuit. Si amplius
poſſes:grādiora faceres. Sic quidā viri vt longiores ſint fa-
ciunt⁊ calopedia alta induunt: cōtra quos ps̄. Neqʒ in tibijs
Ps.cxlvi. viri beneplacitū erit ei. Et. j. Reg. xvj. Cū pater Dauid pre
ſentaret ſamueli eliab primogenitū tanq̄ʒ regno dignū:dixit
dn̄s ad ſamuel. Ne reſpicias vultū eius ⁊ altitudinē ſtature
eius:qm̄ abieci eum:nec iuxta intuitū hominum iudico. Se
ptimo ſuperfluitas in quantitate diſcreta:qui volūt habere
diuerſa paria veſtium: ⁊ potius a tineis comedi q̄ʒ chriſtum
indui. Contra quos Jacobi. v. Agite nunc diuites ⁊ plorate
vlulantes in miſerijs veſtris que eueniēt vobis: diuitie ve-
ſtre putrefacte ſunt/⁊ veſtimenta a tineis comeſta. Bernar.
Clamāt nudi:clamāt famelici:cōqueruntur vobis frigore ⁊ fa
me miſerabiliter laborātes. Quid cōferunt tot mutatoria ve
ſtium extenſa in perticis/vel plicata in manicis? ¶ Octauo
D materie precioſitas in ſerico/auro vel argēto. Ubi nota quo-
modo defecit in curioſitate humana induſtria. Primo fuit ve
ſtis pellis cū lana:quia Gene. iij. dicitur. Fecit deus Ade et
vxori ſue tunicas pelliceas. Secūdo proceſſit ad purā lanaʒ
que lenior eſt pelle:quaʒ artem eſt noema repperit filia La-
mech primi adulteri. Tertio proceſſuʒ eſt ad cortices herba-
rum/ſcʒ ad linum. Quarto ad ſtercora vermiū/ſcilicet ſericū
Quinto ad aurifrigiū ⁊ ad lapides precioſos qui nūq̄ʒ viui
fuerunt:nec pars rei viuentis. Nono coloris varietas. Nam
clericis prohibetur color viridis ⁊ rubeus ⁊ varius. Ratio



q2 de⁹ naturā velleris in neutro ſic colorauit. Exēplū. Que-
dam deuotiſſima virgo talia ferre noluit dicēs:ouis que nū-
q̄ʒ peccauit:naturali cōtentatur colore. Cur ego que peccaui
vtar precioſo? Decimo veſtē habendi iniuſta importunitas.
Uolentes enim veſtiri ſuperflue:occaſionem dant ꝙ pecunia
acquiritur arte illicita. Unde Hiere. ij. In alis tuis inuent⁹
eſt ſanguis animarum pauperū/⁊ innocentuʒ. Undecimo ex
parte defectus habitus fit reprehenſibilis dupliciter dicit
Tho. ſecundum affectum. Uno modo ex negligētia hominis
qui non adhibet ſtudium vel laborem ad hoc ꝙ exteriori or-
natu vtatur ſecundū ꝙ oportet. vnde philoſophus dicit. vij.
ethi. ꝙ ad molliciem pertinet ꝙ aliquis trahat veſtimentuʒ
per terram vt non laboret eleuando ipſum. Alio modo et eſt
duodecimus ex eo ꝙ ipſum defectum exterioris cultus ad
gloriam ordinat. vnde dicit. Augu. in ſermone dn̄i in monte.
non in ſolo rerum corporearum nitore atqʒ pompa:ſed in ip-
ſis ſordibus ⁊ lutoſis eſſe iactantiam/⁊ eo perículoſiorē:quo
ſub nomine ſeruitutis dei decipit. Et philoſophus dicit. iiij.
ethi. ꝙ ⁊ ſuperabundantia ⁊ immoderatus defectus ad ia-
ctantiam pertinent:ideo de beato Augu. dicitur:ꝙ nec ve-
ſtes nimis precioſas:nec nimis abiectas habere voluit. q2
in vtroqʒ homines ſuam gloriam querunt.

¶ Capitulum. xviij. an mulieres pec
cent mortaliter/ſe ornantes.

Dubitatur vtrum mulieres peccent mortaliter in A
ſuperfluo ornatu? Rn̄. Thom̄. vbi ſupra. Circa or
natum mulierum ſunt eadem attendēda que ſu-
pra communiter dicta ſunt circa exteriorem cul
tum/videlicet quinqʒ prima:⁊ duo vltima:⁊ inſu-
per quoddam aliud ſpeciale/ſcilicet ꝙ muliebris cultus vi-
ros ad laſciuiam prouocat. ſm̄ illud Prouerb. vij. Ecce mu-
lier occurrit illi in ornatu meretricio preparata ad capien-
das animas. Poteſt tamen mulier licite operā dare ad hoc
vt viro ſuo placeat:ne per eius contemptum in adulterium
labatur. vnde. j. corinth. vij. Mulier que nupta eſt cogitat q̄
mundi ſunt/quomodo placeat viro. Et ideo ſi mulier coniu-
gata/ad hoc ſe ornet vt viro ſuo placeat:pōt hoc facere abſqʒ
peccato. Unde. j. Thimo. ij. dicit apo. Mulieres in habitu or
nato cum reuerētia ⁊ ſobrietate ornātes ſe:nō in tortis crini
bus/nec auro/nec margaritis/aut veſte precioſa. Per quod
datur intelligi:ꝙ ſobrius ⁊ moderatus ornatus nō prohibe
tur mulieribus/ſed ſuperfluus ⁊ inuerecund⁹ ⁊ impudicus
Ille aūt mulieres q̄ viros nō habēt nec volūt habere/⁊ ſunt
in ſtatu nō habendi/non poſſunt abſqʒ peccato appetere pla
cere virorum aſpectibus ad cōcupiſcendum. quia hoc eſt da

re eis incentiuum peccādi. Et ſi quedam hac intentione ſe
ornent vt alios prouocent ad concupiſcentiā mortaliter pec
cāt. Si autem ex quadā leuitate/vel ex vanitate propter quā
dam iactantiam/nō ſemper eſt mortale peccatū:ſed quādoq
veniale. Et eadē ratio eſt quātum ad hoc de viris. Et lʒ mu=
lieres caput nudātes a peccato poſſunt excuſari:quādo hoc
non fit ex aliqua vanitate/ſed propter terre conſuetudinem.
B tamen cōſuetudo talis non eſt laudabilis. hec Tho. ¶ Sed
quid de religioſis? Reſpōdet Udalricus lib. vi. tractatu. ij. c.
x. Precioſitas veſtium vel ornatus tunc eſt mortale peccatū
cū eſt contra profeſſionem alicuius. Sicut cuʒ aliquemonia
les profeſſe paupertatem ⁊ ſeculi abrenunciationē ornant ſe
ad modum theatricarum mulierū:vel etiā monachi abiecto
habito religionis ſue deferunt habitū clericorum ſeculariuʒ
vel cū hoc ꝓcedit ex ſuperbia dānabiliter. vel ordinatur ad
prouocandū alios ad concupiſcentias illicitas. Inexcuſabi=
les autem ſunt mulieres:cum a viris prohibite nihilominꝰ
immoderate ſe ornant. Patet enim ꝙ tūc faciūt ex ſuperbia
vel ex libidine. Peccata autē omniū habentium incitamētuʒ
libidinis ex tali ornatu redundant in talē perſonam per ag=
C grauationē culpe. hec Udal. ¶ Sed quomodo tenebit ſe vxor
propter maritum ſuū ſe ornans ne peccet:alijs occaſio ruine
exiſtendo? Rñ. Durā. in. iij. diſtin. xxxvij. nō ſolum peccat qui
dat alijs occaſionē peccādi:ſed etiam qui ſcienter ⁊ abſq in
ſta neceſſitate ꝓponit alicui materiā vnde ſumit occaſioneʒ
peccādi:maxime quādo credit euʒ diſpoſitū eſſe ad tale pec=
catum. Uerbigratia. ſi mulier credit aliquē male diſpoſitum
ad concupiſcendū eam:ſi ſciēter ⁊ abſq neceſſitate iuſta vel
debita vtilitate pſentet ſe ei:peccat. Unicuiq em̄ deus man=
dauit de proximo ſuo:nō autē diſplicet ſatis alicui dānatio
proximi qui ſciēter proponit ei materiā vnde ſumit occaſio=
D nem peccandi. ¶ Sed nūquid eſt mortale peccatum viris in
duere muliebria veſtimēta: ⁊ ecōuerſo mulieribus induere
veſtimentū virile? Rñ. Alexā. vbi ſupra. Uirū indui muliebri
veſte ⁊ mulierē veſte virili in ſe malum eſt:eo ꝙ vtriq ſexui
diuerſa indumēta dedit natura. vt dicitur Deut. xxij. in gloſ.
ſuper illud. Nō induetur ⁊c. Tñ excuſatur a pctō cū aliquis
hoc facit cauſa neceſſitatis:vt ſi quis quereret ad mortē/et
vt occultaretur veſtimentū acciperet muliebre:vel cum mu
lier vt ſeruet corporis caſtitatem:veſte viri induitur. Sicut
legit de beata Marina/⁊ beata Eugenia. Cū auteʒ hoc fit ex
cōſuetudine vt poſſit licētius libidinē ſuam implere vir cuʒ
mulieribus/⁊ mulier cū viris ſicut aliquādo factū eſt:vel cū
hoc fit vt alij hoc vidētes ad libidinem prouocētur:mortale
peccatū eſt. hec Alexā. Cōcordat Tho. vbi prius dicēs. Cul



tus exterior competere debet cōditioni perſone ſm̄ cōmunē
conſuetudinē:⁊ ideo de ſe viciosum eſt ꝙ mulier vtatur ve=
ſte virili/vel ecōuerſo. Specialiter autē hoc prohibetur in le
ge Deute. xxij. quia gentiles tali mutatione habitus vtebā=
tur ad idolatrie ſuperſtitioneʒ. Poteſt tamē hoc quādoq fie=
ri ſine peccato propter aliquā neceſſitatem:vel cauſa occul=
tandi ab hoſtibus vel propter defectum alicuius veſtimenti:
vel propter aliquid aliud huiuſmodi. hec Tho. ¶ Sed quid E
de mulieribus ſe colorātibus vel alia figmenta ad apparen=
tem pulchritudinem adhibentibus? Rñ. Cipria. lib. de habi=
tu virginū. Non virgines tm̄/aut viduas:ſed etiam nuptas
puto etiā omnes feminas omnino eſſe admonēdas/ꝙ opus
dei ⁊ facturaʒ eius ⁊ plaſma:adulterare nullo modo debeāt
adhibito flauo colore/vel nigro puluere/vel rubore/aut quo
libet lineamēta natiua corrumpēte medicamine. Manꝰ deo
inferūt/quādo illud qđ ille formauit:reformare contendunt
Impugnatio iſta diuini operis eſt preuaricatio/⁊ veritatis:
deum videre nō poteris:cum oculi tibi non ſint quos deꝰ fe
cit:ſed quos diabolus infecit:de inimico tuo tēpta cū illo pa
riter arſura. Ubi Tho. dicit. fucatio de qua loquitur Cipria=
nus eſt quedā ſpecies fictionis que non poteſt eſſe ſine pctō
que etiā vt nō dubitat Auguſt. in epl̄a ad poſſidoniū ipſis ma
ritis nolentibus decipi diſplicet. Non tñ ſemꝑ talis fucatio
eſt peccatū mortale:ſed ſolū quando fit propter laſciuiā/vel
in dei contemptū:de quibus caſibus loquitur Cipria. Sciē=
dum tamen ꝙ aliud eſt fingere pulchritudinē non habitam/
et aliud eſt occultare turpitudinem ex aliqua cauſa proue=
nientem/puta egritudine vel aliquo huiuſmodi. hoc em̄ eſt
licitum:qꝛ ſm̄ apoſtolū. j. corinth. xij. Que putamus ignobi=
liora membra eſſe corporis:his honorē abundātiorem circū=
damus. ¶ Queritur vtrū artifices ornamentorū ſuperfluorū
prefatorū factores peccent mortaliter? Rñdet Tho. ibidem.
Si qua eſt ars ad faciendū opera aliqua quibus homīes vti
non poſſunt abſq peccato:ꝑ conſequēs artifices talia faciē=
do peccarent/vtputa prebentes directe alijs occaſionē pec=
candi:puta ſi quis fabricaret idola/vel aliqua ad cultuʒ ido
latrie pertinentia. Si qua vero ars ſit cuius operibus poſ=
ſunt homines bene vel male vti ſicut gladij/ſagitte/et alia
huiuſmodi:vſus taliū artium non eſt peccatum/⁊ he artes
ſole ſunt dicēde ſm̄ Chriſoſto. ſuꝑ Matth. Si tamē operibus
alicuius artis/vt pluries aliqui male vterentur:quis de ſe
non ſint illicite ſunt tñ propter officium principis a ciuitate
extirpāde/ſm̄ documenta platonis. Quia ergo mulieres li=
cite ſe poſſunt ornare/vel vt conſeruent decētiam ſui ſtatus
vel aliquid etiam ſuperaddere vt placeant viris:conſequēs

eſt ꝙ artifices talium ornamentorum nō peccant in vſu ta
lis artis/niſi forte inueniendo aliqua ſuꝑflua ⁊ curioſa. vñ
Chriſo. dicit ſuꝑ Math. ꝙ ab arte calceoꝝ ⁊ textoꝝ multa
abſcindere oportet: etem̄ ad luxuriā deduxerūt neceſſitatē
eius: corrumpentes artem: male arti commiſcentes. Hec
Tho. Alexander vbi ſupra dicit. Qui viris faciunt indumē
ta muliebria/⁊ mulieribus virilia: vt ſe inuicem magis ex=
citent ad luxuriam/ ⁊ vt licentius poſſint explere libidinē
tales artifices peccāt mortaliter. De talibus loquit̄ Chri=
ſoſto. cum inquit viros in mulierū formas reducant/⁊ mol
leſcere faciant per calciamenta laſciuie cum ſuꝑfluis/⁊ no
ciuis: eas arceri ſtatuimꝰ: ⁊ loquitur de arte textoria: qua
fiunt veſtimenta viris/⁊ arte ſutoria qua fiunt eis calcia=
G menta muliebria. Hec alexander. ¶ Sed nunqd ſi artifex re
quiratur ⁊ petatur vt ſibi faciat veſtem vane diſpoſitionis
curioſam vel vanam nouiter inuentam/⁊ ſic de domibꝰ ⁊c.
nunquid propter lucrum debet facere talia? Reſpondet ma
giſter hēricus de haſſia in lectura ſuꝑ Geñ. ꝙ artifices nō
debent eſſe talium veſtium excogitatores: ⁊ a fortiori non
talium factores: niſi forte caſus ſpecialis quandoqꝫ aliud
expoſcat. Ratio eſt quia nullus debet alium ad vanitates
prouocare/nec ad ſuꝑfluos ſumptus occaſionare: nec quiſ
qꝫ iuuare debet vt vani hoies ſuas adinuētiōes friuolas ⁊
cogitatꝰ noxios expleāt in opere. Hec ille. Sed nunquid hu
iuſmodi ornamenta aliquando per conſuetudinē ſine gra
ui peccato poſſunt deferri? Reſpondet magiſter iohannes
de tambaco lib. de cōſol. theol. in his que ſunt ſolum mala
quia prohibita: multū excuſat in toto vel in tanto conſue=
tudo: ideo in talibus ex vi rationabilis conſuetudinis (pre
ſertim ſi preſcripta ſit) eſt contra ius ſcriptum multotiens
faciendum. Nam vt gratianus ille gratioſe dicit: ꝙ cōſti=
tutio vtentium moribus confirmatur. quāuis aūt ſuꝑflua
ornamenta geſtare ad complacendū multis ſanctorum au
ctoritatibus reprobetur/tamē hoc fine excluſo ratione cō=
ſuetudinis geſtari poſſunt ſine graui peccato. Cauſa autē
quare in talibus ſaltem circunſcripto ſcandalo excuſare
valeat conſuetudo eſt: quia res alique propter ſui nouita=
tem/⁊ per conſequens raritatem imaginationem excitant
⁊ prouocant ad libidinem/ eo ſcꝫ ꝙ propter admirari homi
nes res huiuſmodi magis conſiderant ⁊ profundius cogi=
tant. Ille quidem res quando in conſuetudinem veniunt
ceſſant imaginationē excitare: ⁊ ad libidinē prouocare: eo
ꝙ tunc ceſſant quedam rara eſſe: ⁊ admiratione dignaꝝ co
H gitari conſideratione profunda. Hec ibi. ¶ Quo ad ſecun=
dum principale notandum eſt ꝙ ſuperbiā ornatus diſſua=



det. Primo peccatum multiplex inde oriens. Primū inanis
gloria quā rariſſime ibi quis deuitat. Exēplū de diuite epu
lone in purpura. Luce. xvi. Unde Grego. in omelia ibidem.
Nemo veſtimenta ꝑcipua niſi ad inanē gloriā q̄rit. Scōm
eſt tumor mentis ſuꝑ aliquos. Unde herodes veſte precio=
ſa indutus elatꝰ in ſeipſo: ab angelo necatur. Actu. xij. Ter=
tiū eſt ꝙ cōfundūt pauperes talia nō habētes. Nā ſicut per
apl'm. j. Cor. xj. corinthij arguūtur ꝙ ꝑ eſcā ſuā confunde=
bant non habentes: ſic ꝑ veſtimenta fieri pōt/ſm baſiliū in
regula. Quarto mollē et effeminatum efficiūt. Exēplū de
epulone q̄ ſicut propter ſuperbiā purpurea induebatur ab
extra: ita biſſo ꝓpter mollicē ad intra: ſꝫ glo. Quintū eſt ra
pina vel furtum aut illicitus labor qui a talibꝰ faciliter ex
ercetur/vt ſuꝑflua veſtimēta habeāt: ⁊ ſpoliant pauperes.
Unde pe. damiani de cōtemptu mūdi. Illa veſtis nō imme
rito rapina eſſe nūcupatur: q̄ duarū vel triū etiā veſtiū ſum
ma coemitur. Rapinam ꝓculdubio ꝑpetrat: qui vani hono
ris ardore ſuccenſus duarū impenſas veſtiū in vnam redi
git: et ꝓximū ſuum quē ſicut ſeipſm amare debuerat/in ſua
nuditate relinquit. Sextū eſt ſcandalū ꝓximi. Nā qui ſcan
daliſauerit vnum ex minimis iſtis qui in me credunt: expe
dit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius/ et demer
gatur in ꝓfundū maris. math. xviij. Septimū eſt ꝑticipatio
omniū criminū q̄ alij eius exemplo faciūt. Uel ad lrām ſm
pſ. pctm̄ comitatur eū quodāmodo ſicut veſtimentū quo pſ. cviij.
cooperitur: et ſicut zona qua ſemꝑ precingitur. ¶ Secundo I
diſſuadent ſuꝑbiā veſtiū exempla ſanctorū. Primo dei qui
nobiliſſimū ſpm̄ in nobis veſtiuit carne fragilli. ſm illud
Job. x. Pelle ⁊ carne veſtiſti me. Secūdo deꝰ qui primis pa
rentibꝰ fecit tunicas pelliceas. Geñ. iij. Item heſter. xiiij.
ait. Tu ſcis domine infirmitatem meā: ꝙ abominer ſignū
ſuperbie/et glorie mee qḋ eſt ſuper caput meum in diebus
oſtentationis mee: et deteſtor illud quaſi pannū menſtrua
te: et non portē illud in diebus ſilentij mei. Item iob. xvj.
Saccum cōſui ſuꝑ cutē meā. Item math. iij. Ipſe iohānes
erat veſtitus de pilis camelorū. Itē ſm maximū in ſermo=
ne. Btiſſima virgo vix tunicā vnam habuit. Item xp̄s ſm
Chriſoſt. veſtimēta abiecta habuit. Item de antiquis pa=
tribus dicit apl's hebre. xj. Circuierunt in melotis/ in pelli
bus caprinis. Item augu. dixit (vt eius canit legenda) fa= K
teor/ de ꝑcioſa veſte erubeſco. ¶ Tertio: idē diſſuadet mul
tiplex ſuꝑboꝝ i veſtitu ſtultitia. Quarū pma eſt ꝙ exterio=
ra vilia/īterioribꝰ nobiliſſimis ꝓponūt/ſcꝫ corpꝰ aīe. Scdo
ꝙ dei ordinē ꝑuertūt/⁊ nature: qꝛ ancillā ſcꝫ carnē ꝓponūt
domine/id eſt aīe: ⁊ dominā ꝓpriā āncille tradūt. Tertio qꝛ

plus expendūt vt oculos aliorū paſcant: q̄ ꝓpriū ventrē
Quarto putāt ꝙ ex p̄cioſitate ſelle ⁊ freni equus/id eſt cor
pus apprecietur. Quinto: qꝛ oīa bona ſua volūt habere bona
L et ornata/ et ſolā animā ſm Augu. turpē. ¶ Quo ad tertiū
principale queritur vtrū ſit virtuoſum et laudabile deferre
veſtimenta humilia vel abiecta nō precioſa: Rñ. ſm Tho.
quotli.x.q.xiiij. Quo ad iſtud aliter loquendū eſt de pſona
publica in dignitate aliqua vel in p̄latura cōſtituta: aliter
de pſona priuata cui nulla cura regiminis vl' p̄lationis eſt
cōmiſſa. In pſona eñ publica duo cōſiderātur/ ſcʒ ſtat⁹ di=
gnitatis/ ⁊ ꝓprie pſone cōditio. Circa que duo ita ſe debet
habere: ne dignitatis auctoritas veniat in cōtemptū/ et ne
ipſe in ſupbiā efferatur: vtrūq; igitur ei pōt eſſe laudabile: et
ꝙ precioſis vtatur ad reuerētiā auctoritatis inducendā/ et
ꝙ vilib⁹ vtatur ratione ꝓprie humilitatis. Sic dūtaxat: ne q̄
ad auctoritatē cōſeruandā fiūt: in ſuperbiā degenerēt: ⁊ ne
dum nimis ſeruatur humilitas: regēdi frangatur auctoritas: ſi
cut dicit Auguſti. hec tho. Ex quo ſequitur ꝙ virtuoſum ⁊
laudabile ſit in pſona publica ſi ꝓprie īfirmitatis intuitu/
veſtimēta deferat humilia. Vñ in laudē beati martini epi=
ſcopi dicitur: ꝙ poſt ſuſceptū epiſcopatū eadē in ei⁹ veſtib⁹
manſit vilitas et abiectio. Et de demoſthene philoſopho
legitur: ꝙ tādiu vtebatur toga philoſophica/ q̄diu fuit vulgo
incognitus. Sed vita et eloquentia cognitus: ait. Malo ve=
nerari vitam et ſapientiam: q̄ togam. Unde tunc cōmuni=
bus vtebatur veſtib⁹. Itē Grego. j. dialogoꝝ de beato equi
tio abbate dicit/ ꝙ tā vilis erat in veſtibus atq; ita deſpe=
ctus: vt ſi quis illum fortaſſe neſciret/ ſalutatus etiam re=
ſalutare deſpiceret: vnde v x aut nunq̄ legitur de ſanctis
ꝙ auctoritatē ſuā in regimine veſtium precioſitate exhi=
buerint venerandā: ſed potius veſtiū vilitate/ morū humi=
litate et vite ſanctitate: vt apl'i de quib⁹ legitur ꝙ fuerunt
pannoſi/ id eſt vilib⁹ pannis induti. Et xp̄m pannis mater
inuoluit/ id eſt ſm Bern. ⁊ Alber. vilib⁹. Nō inquit Bern. fit
mentio de pellib⁹/ aut aliis p̄cioſis ſuppellectilibus: vt no=
bis cōmendet paupertatē habitus/ et indumēti vilitatem.
De pſonis vero priuatis quib⁹ multa cura regiminis vel
prelationis eſt cōmiſſa: dicendū ſm Tho. loco preallegato.
Meritorie ⁊ virtuoſe agunt: ſi portant intuitu proprie hu=
militatis et amore cōtemptus mūdi veſtimenta humilia ⁊
M humiliora et viliora: q̄ ſtatus ꝓprius requirit. ¶ Nec ob=
ſtant cauillatiōes iniquorū: q̄ prio in cōtrariū arguūt/ attē
dendū ab his q̄ in veſtimētis ouiū veniunt: intrinſecus aūt
ſunt lupi rapaces. Rñ. ſm Tho. ꝙ hoc eſt pro vilitate ve=
ſtium qꝛ nūq̄ lupi vilia induerēt niſi xp̄i ouib⁹ hec veſtimē



ta eſſent propria. Scdo dicūt talē habitū deferētes ſcanda
liſare. Rñ. hierony. in ep'la ad marcellam. Scādaliſat quē=
piam veſtis fuſcior: ſcandaliſet et iohannes/ quo inter na=
tos mulierū nullus maior fuit: qui angelus dict⁹/ dñm q̄q;
baptizauit: qui camelorū veſtitus tegmine: zona pellicea
cingebatur. Tertio dicūt: in corde virtus lateat: nihil offi=
cit veſtimentū ſi cor fuerit bonū. Rñſum eſt de hoc ſupra.
Quarto obijciūt augu. iij. de doctrina xp̄iana/ et habetur diſt.
xlj. c. quiſquis. quiſq̄s rebus tranſeuntib⁹ ſtrictius vtitur q̄ ſe
habet cōſuetudo eoꝝ cum quib⁹ viuit: aut intemperās eſt/
aut ſupſtitioſus. Rñ. ꝙ gratianus falſe allegat: qꝛ in oībus
correctis originalibus beati augu. habetur temperās/ ⁊ nō
intemperās. Et ſicut Tho. et omnes famoſi allegāt. Quin=
to arguūt beatū Bartho. vſum fuiſſe purpura clauata. Re=
ſpōdit Bonauē. lib. de pfectione euangelica: ꝙ illud in legē
da romana nō habetur. Et ſi verū eſt qd̄ dicitur: dico ꝙ ne
ceſſitate duct⁹ hoc fecit: qꝛ aliud in regione illa calida ve=
ſtimētum portabile non inuenit. Itē nota ꝙ diabolus dixit
cōſimilia verba p idolū. Chriſti etiā veſtimentū tunice in=
cōſutilis precioſuʒ fuiſſe negat expreſſe chriſoſt. ſup Math.
in ope imperfecto. ¶ Quātū vero ſit meritoriū talia defer= N
re: patet p Petrū damiani lib. de cōtemptu mūdi/ dicentē.
Rex niniue purpura indutus ꝓpter ciuitatis excidiū coo=
pertus ſacco/ diuini furoris motū cōtriti cordis humilita=
te placauit. Ezechias quoq; cultu regio decorat⁹ terribi=
les regis aſſiriorū minas tremefactus audiuit. Sʒ mox vt
ipſe cilicio tegitur/ cilicioq; tectos ad ꝓphetam mittere nū
cios nō erubuit: ꝓpinquū diē victorie/ ⁊ optate pſperitatis
oraculum reportauit. Nam ecce angelus domini centum
octuagintaquinq; milia aſſiriorū vna nocte percuſſit. Egre
gius ille ꝓphetarum Eſaias ad diuine iuſſionis imperiuʒ
veſtimenta depoſuit: et trium annorū ſpacio nudus et diſ=
calciat⁹ inceſſit. Erubeſcat igitur dicit petr⁹ damiani hūana
ſupbia. Ex quo patet ꝙ humilitas veſtiū deū placat/ gratiā
meretur/ pximū edificat. Vñ tho. ſcda ſcde. vbi ſupra dicit ſic.
Si viliorib⁹ veſtib⁹ q̄ ceteri q̄s induatur: nō ſemp peccat: ſed ſi
hoc faciat ꝓpter macerationē corpis/ vl' humiliationē ſpiri=
tus: ad virtutē tēperantie ptinet. Hoc aūt p̄cipue ptinet ad
hos q̄ alios v̄bo et exēplo ad penitentiā hortātur. hec tho.

¶ Capitulum. xix. de temptatione dei.

QUartodecimo prohibetur hic dei temptatio. Vñ
deut. vj. Nō temptabis dominum deum tuum.
Et idem chriſtus contra diabolum allegauit.
Math. iiij. Ubi primo videndum quid ſit de=
um temptare. Secundo quot genera hominum
in illud viciū incidant. Tertio de gradib⁹ deū temptātiū.

¶Quo ad primum ſecūdū Tho.ij.ij.q.xcvij.ꝑ totū. Deum
temptat qui experimentum ſumit ſeu explorat ex intētione
ratione proprie perſone/ꝑ ſuā verba vel facta de dei poten
tia/ſapientia/pietate/bonitate/vel voluntate ſpeculatiue/
ſine ſpeciali dei inſtinctu/ſine iuſta neceſſitate/vel pia vti=
litate ⁊ ſine alijs debitis circunſtantijs. Uel qui etiam pre
ter intentionem talia experiendi aliquid loquitur/petit vel
facit quod ad nichil aliud vtile eſt: niſi ad ꝓbādum dei po
teſtatem/ſapientiam/voluntatem vel bonitatem. Unde ſu
per illo Deut.vj. Nō tentabis dominū deū tuum: dicit glo.
Deum temptat/qui habens quod faciat/ſine rōne cōmittit
ſe diſcrimini / vel periculo: experiens vtrū liberari poſſit a
deo. Dicitur p̄mo qui experimentum ſumit ſeu explorat: q̄
temptare eſt experimentum de aliquo ſumere: nullus aūt
experimentum ſumit: niſi de re ignota/ vel dubia. Ex quo
patet ꝙ omnis deum temptans deū ignorat: vel dubitat de
aliqua perfectione dei: quod ſemꝑ eſt peccatū. Ex quo ptꝫ
ꝙ deum tēptare ſemꝑ eſt pctm̄. Dicit̄ ex intentione: ad dif=
B ferentiam temptationis preter intentionem. ¶Ubi notan=
dum ꝙ duplex eſt dei temptatio. Una intenta: alia nō intē=
ta. Intenta fit dupliciter. vno modo expreſſe: alio modo in=
terpretatiue. Expreſſe cum aliquid dicto vel facto intendit
experimentum de aliquo ſumere. Interpretatiue vero qñ
non intendit experimentum ſumere per ſua dicta vel facta
tamen agit vel dicit quod ad nichil aliud videtur ordina=
bile: niſi ad experimentum ſumendū. Unde quaſi interpre=
tatiue deū temptat: qui etſi non intendat de deo experimē=
tum ſumere: aliquid tamen petit vel facit / ad nichil aliud
vtile niſi ad probandum dei poteſtatē/bonitatem ⁊ ſimilia.
Dicitur rōne ꝓprie ꝑſone: quia ſi quis experimentum ſume
ret de deo/vel ad deū ptinentibus/non vt ipſe experimen=
tum ſumens de his/ſeu talia explorans talia cognoſcat: ſꝫ
vt ea alijs demonſtret: qñ eſt iuſta neceſſitas: aut pia vtili
tas/hoc non eſſet temptare deū. Dicitur ꝑ ſua verba vel fa
cta non cogitata: ad differentiam infidelitatis. Nam infi=
delis inquantum huiuſmodi in mente dubitat de dei per=
fectione: puta bonitate/potentia ⁊ ſimilibus. Sed deū tem=
ptare cum directe opponatur cultui diuino ſeu latrie vel
religioni in exterioribus conſiſtit actibus. Dicitur etiam ꝑ
enim homo non eſt ſeruus/⁊ proprius alterius ſecundum
mentem:ſed ſm̄ corpus. A talibus ſeruilibus non oportet
abſtinere in feſto:quo ad illa que ſunt de ſe licita/ honeſta
⁊ recta. Ex quo patet ꝙ quis non tenetur in die feſto abſti
nere ab ipſis operibus ſpiritualibus:que etiam ab ip̄o ope
rante ordinātur ad temporale lucrum aut ad aliud huiuſ=
modi tale bonuz. vt ſi aduocatus in die feſto ſtudet in his
que die craſtina vult proponere propter temporale lucruz
⁊ ruſticus cogitet de aratione terre ſue quam craſtina die
arare vult. talia enim ſm̄ predictā ſententiam ſancti Tho
me non ſunt ſeruilia ſaltem materialiter/cum ſint ſpiritua
lia/⁊ interiora. De iſtis dicit Ricar.in.iij diſti.xxxvij. ꝙ ho=
mo pro executione huiuſmodi actuū interiorum ⁊ exerci=
tio nō incurrit peccatum mortale :niſi propter eorū exerci
tium excludatur illa vacatio quam tunc debet cultui diui=
K no ex neceſſitate. ¶ Alia ſunt opera hominis corporalia:et
ſunt duplicia. quedam ſeruis propria. vtpote ad que quili=
bet non tenetur:ſed ad que tenētur ſerui dominis. vt ſunt
arare:cibos coquere/metere/ ⁊ actus mechanici:⁊ huiuſ=
modi. Nō em̄ tenetur quilibet ſibi aut alteri ad talia extra
neceſſitatem :ſed ſerui tenētur ad talia dominis ſuis quo=
rum ſunt proprij:⁊ oīa talia prohibebantur in veteri lege
per hoc mandatū:eo ꝙ cōtrariabātur obſeruantie ſabbati
quia prohibent applicationem hominis ad diuina. nūc ve
ro in noua lege non eſt tam ſtricta prohibitio in die domi=
nico:ſicut fuit in die ſabbati. Quedam enim opera conce=
duntur nūc in die dominico que in ſabbato prohibebātur.
ſicut ciborum decoctio/⁊ alia huiuſmodi. que licet neceſſa
ria fuerint poterant tamen preueniri. Et etiam in quibuſ=
dam operibus prohibitis facilius diſpenſatur in noua le=
ge propter neceſſitatem q̄z in veter lege. ⁊ ratio eſt:q2 obſer
uatio ſabbati fuit figuralis. Figura autē pertinet ad prote
ſtationem veritatis:quā veritatem nec in modico preteri
re oportet. ⁊ ideo fuit ſabbatum tam ſtricte obſeruandum
vt figura correſpōderet ipſi rei. Obſeruatio vero dn̄ice' nō
eſt figuralis: cum non ſignificet futurū:ſed eſt commemo=
ratio preterite reſurrectionis chriſti:⁊ repreſentatio pre=
ſentis quietis animarū quam nūc habent per chriſti mor=
tem. Alia ratio eſt. q2 olim ſm̄ Tho .in veteri lege obſeruā
tia ſabbati fuit moralis' ⁊ cerimonialis ſeu figuralis'. Et
obſeruantia talis ſabbati mutata eſt in dominicum diem
ordinatione eccleſie. ideo hodie obligamur ad obſeruātiā
dn̄ice non ex hoc tertio precepto:ſed tantum eccleſie man=
dato. Alia vero ſunt opera hominis corporalia communia
ſeruis ⁊ liberis. ad que quilibet homo applicatur corpora



liter:que de ſui natura aut intentione agentis ordinantur
ad lucrū temporale. aut ad aliquod bonum corporale tan=
q̄z ad finē proprium ⁊ immediatū. vt ſunt omnes actus me
chanici/cultura agrorum vinearum ⁊ ſimilia/mercatura/
placitatio:iudicia contentioſa/ ⁊ ſimilia. Iſta eccleſia de=
terminauit eſſe ſeruilia:⁊ ſtatuit ea in diebus dominicis/
⁊ in alijs feſtiuitatibus ab vniuerſali eccleſia inſtitutis nō
eſſe exercenda:niſi vrgeat neceſſitas:aut ſuadeat pietas.
vt patet de conſe. diſtin.iij. Rogationes .⁊.xv.q.iiij.⁊extra
de ferijs.ca.oēs. ¶ Tertio infringitur feſtum per hoc ꝙ ali L
qui non legitime prepediti:negligunt audire miſſam. quilꝫ
em̄ chriſtianus ex precepto primo tenetur ad deū actuali=
ter diligendū. Et videt̃ Sco.in.iij.diſtin.xxvij. ꝙ hoc fit die
bus feſtiuis:ita ꝙ omni die feſtiuo/⁊ potiſſime diebus dn̄i
cis/⁊ principalibꝰ feſtis:teneat̃ ſe homo recolligere/⁊ deū
ſuper omnia actualiter diligere. ⁊ hoc forte determinat di
uinum mandatū illud. Sabbata ſanctifices:vt vnuſquiſqꝫ
maneat apud ſe recolligendo ſe ⁊ aſcendēdo in deum ſuuꝫ
⁊ hoc ſpecificat eccleſia quantū ad miſſam audiendaꝫ die
dn̄ico. de cōſe. diſt.j. Miſſas . ¶ Quarto infringitur feſtum M
per eos qui nimis tarde in vigilia feſti laborāt opera pro
hibita. ⁊ qui in die feſto nimis cito laborant/nō.ſ. termina
to feſto. Quādo aūt quis teneatur feſtum inchoare/vel ter
minare: Rn̄. Ray. ꝙ regulariter a veſpera in veſperā. extra
e.omnes. Feſtorū tamen initium/⁊ finis iuxta eorū qualita
tem/⁊ iuxta diuerſarū regionum cōſuetudines conſiderari
debent. Et ſicut magnitudo dierum exigit celebrari ſic priꝰ
incipere/⁊ tardius debere terminari vera ratione videtur
extra. e. quoniam. Quinto offendunt predicationē in feſto
non audientes/vel irridentes eos qui audiunt/vel alios
de ſermone retrahentes/⁊ in ſermone dormiētes. Magna
enim eſt negligentia cibum corporis per ſex dies querere:
⁊ aīe cibum per vnā horam faſtidire. nullus em̄ poteſt pre
cepta intelligere/niſi diſcat. Predicator aūt eſt doctor dei
preceptorū. Sexto offendunt ſuperbi veſtitu ſuperfluo/pō=
poſo/haſtiludijs/⁊ ſimilibꝰ. Septio vēdentes auare ⁊ emē
tes/mercatores/⁊ inſtitores. Octauo luxurioſi cultu veſtiū
ſertis/tactibus/cantibus ⁊ verbis potiſſime choreis inſiſtē
do:vt cōpleant luxurioſam voluptatē. Nono guloſi potatio
nibus/vel comeſſationibꝰ ſe ingurgitātes/⁊ fercula nimia
lauta procurantes. Decimo iracundi/litigioſi/ ⁊ luſores.
Undecimo iudicijs preſidētes ſine cauſa/vel pietate. Duo
decimo accidioſi:q̄ diuinū cultū ad quē tenent̃:puta ſermo
nes/miſſam/⁊ ſimilia faſtidiūt/⁊ triſte audiunt. ⁊ ſic patet
de prohibitis in tertio mandato.

¶ Capitulũ ſecundũ qualiter feſta ſanctificantur.

Secundo videndum erit de iſto quod manda
A tur affirmatiue: videlicet Memento vt diem
ſabbati ſanctifices. Non enim ſufficit a ſenſi
bilibus abſtinere: ſed oportet cultui diuino
ſe applicare. Ubi notandum ꝙ feſtiuitas ſan
ctificat nouē modis. Primo in audiēdo miſ=
ſam: ⁊ diuina officia deuote. Qui eñ (vt Richar. dicit) omit
tunt audire miſſam peccãt grauiter: niſi ſint ex aliqua ra=
tionabili cauſa legitime excuſati. Unde dicitur de ꝯſe. diſt.
j. Miſſas die dñico ſecularibꝰ: ⁊ a fortiori clericis (dicit ar=
chidiaconus) totas audire ſpeciali ordine precipimus. ita
vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus nõ pre=
ſumat: quod ſi fecerint ab epiſcopo publice confundant / id
eſt grauiter corripiant vſqꝫ ad ruborem / vel excõmunicent
Apparatus ibi dicit hoc ſuper miſſas preceptum eſſe. Unde
qui diebus dñicis miſſas non audiũt: contra hoc preceptũ
faciunt. quia deum nõ ſuꝑ omnia diligunt in feſtiuitatibus
dñicis ⁊ ſimilibus: niſi excuſentur. vt ſupra dictum eſt pre=
cepto. j. cap̃. v. S. Et debent ibi deũ ſuꝑ omnia diligere. Se
cundo ſanctificat feſtum p audientiam / ⁊ lectionē / ⁊ colla=
tionem verbi diuini in ſermone. Tertio audiēdo vel ab au
dientibus querēdo quis excõmunicet que feſta / ⁊ q̄ ieiunia
ſint neceſſario per ebdomadã celebranda ⁊ tenenda. Quar
to conſcientiam emundando. Rimari eñ tũc attētius debe
ret chriſtianus qualiter deum offenderit per ebdomadam
⁊ conteri. ſatiſfactionem pro peccatis exequi / ⁊ facere bona
ſimilia. Unde Grego. in regiſtro. Dominico die a labore ter
reno ceſſandum eſt: atqꝫ omnino orationibus inſiſtendum
vt ſi quid negligentie per ſex dies agitur: die reſurrectiõis
B dñice expietur. ¶ Quinto attente debet homo meditari di
uina beneficia ſibi ſingulariter ⁊ alijs communiter miſeri=
cordiſſime collata / que ſunt tam innumerabiliter multa / ⁊
tam ineſtimabiliter magna: vt ingentem flãmam charita=
tis accendere habeãt in corde meditãtis / ⁊ ſic gratias age
re debet pro talibus / ⁊ pro virtutibus ſi quas fecit. Medi=
tetur gaudia patrie. penas inferni: ⁊ miſerias mundi: vt ſic
ſuſpiret ad eterna. Exemplo illius qui legit per totũ tem=
pus vite ſue in tribus libris. quorum primus erat rubeus:
in quo legit charitatem / ⁊ paſſionem chriſti / ⁊ ſanctorum.
Secundus erat niger: in quo legit penas inferni. Tertius
aureus: in quo legit gaudia celi ⁊c. Sexto debemus orare
deum / beatam virginem / ⁊ ſanctos / ab eis velut pauperes
ſuffragia mendicando contra vulnera anime / ⁊ cõtra ho=
ſtem corporis ⁊ anime. Septimo pro indulgentijs debemus



ambulare / ſi deuotioni congruit vel quiete in vno loco pro
charitatis augmento perſeuerare. Octauo opera miſerico=
die corporalia implere in leproſarijs / in hoſpitalibꝰ: apud
etiam alios pauperes nõ minus ꝗ̃ xp̃m viſitando: qui ait.
Qđ vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis: Nono opa Mat. xxv.
miſericordie ſpiritualia cõplere. informando de auditis vł
lectis in ſcriptura / in morībꝰ ancillas / famulosqꝫ / incolas
domus maritũ / et pueros qui talia ignorant. qꝛ in defectu
talium magna cecitas in eccleſia cauſatur. ¶ Secũdo no=
tãdum ꝙ ſeruile opus factũ in feſto: excuſare poſſunt tria. C
Primo neceſſitas. ſecũdo pietas. et tertio operis paruitas.
Primo excuſat neceſſitas. qꝛ legē non habet: et fit multipli
citer. Primo excuſat qñ imminet periculũ vite ꝑ incurſum
hoſtium: tũc licitũ eſt pugnare pro ſua aut cõmunitatis ne
ceſſaria defenſione. ſicut fecit Machabeꝰ primo macha. ij.
Sic in bello iuſto licet facere foſſata et muros reparare.
Secũdo ſi homo eſſet in tali neceſſitate cõſtitutus: ꝙ ꝓpter
defectuꝫ neceſſariorũ corporis eſſet in periculo amiſſionis
vite / nec poſſet aliunde ſuo defectui ſuccurrere: tali eſſet li
citum quodcunqꝫ opus ſeruile exercere pro vita ꝓpria con=
ſeruãda / aut alterius: ideo Math. xij. chriſtus excuſabat
diſcipulos: qui ꝓpter neceſſitatē cõfricabãt ſpicas manibꝰ
in ſabbato. ¶ Tertio ſi immineret homini neceſſitas egri=
tudinis corporalis: põt in feſto operari licite opus corpo=
rale ꝑtinens ad ſalutē corporis ꝓprij / vł alieni ꝓcurandã: D
ideo medici poſſunt medicare / et infirmi medicatē recipe=
re. Uñ chriſtꝰ ioh. vij. arguēdo iudeos dicit. Mihi indigna=
mini ꝙ totũ hominē ſaluũ feci in ſabbato. Sicut eñ bibimꝰ
et comedimus in feſto ꝓpter ſalutē: ſic et medicamē appo=
ni põt. Uñ greg. ad ciues romanos. ⁊ ponitur de cõſe. di. iij.
Peruenit. Ad me ꝑlatũ eſt a ꝑuerſis hominibꝰ vobis pre=
dicatũ eſſe: vt die dñico nullus debeat lauari. Et ſiquidē ꝓ
luxuria et pro voluptãte q̃s lauari appetit: hoc fieri nec re
liquo quolibet die cõcedimꝰ. ſi aũt ꝓ neceſſitate corpis: hoc
nec die dñico ꝓhibemꝰ. ⁊ Archi. dicit ſup. ꝓ neceſſitate. ergo
non licet lauari in feſtiuis diebus: niſi neceſſitatis cauſa.
Eadē ratione nec minuere ſanguinē: nec barbã radere: nec
vngulas ſcindere / pãnos aũt ⁊ calciamēta induimꝰ his die
bus ea neceſſitate qua et comedimus. hec ille. ¶ Quarto
ſi immineat neceſſitas vitãdi rei exterioris dãnum. vt ſi ia= E
centibus ſegetibus in agrũ: aut feno in pratis / ⁊ immineat
tempeſtas que talia corrumpat / aut multum deterioret.
aut forte abducat a ſole ſeparata: non ſunt prohibendi do
mini rerum tollere in feſtis: et indemnitati ſue precauere.
vel ad huc ſtantibus vuis in vitibus / ⁊ ſuperueniat frigus

deſtruens. aut ſi eſt veriſimilis timor de incurſu hoſtiũ qui
alio die huiuſmodi res deſtruerent/ vel auferrent. aut etiã
homines circa collectionem talium rerum caperent/ vl' oc-
ciderent: tunc licet operari. dicit hoſti. ne in modico momẽ
to pereat cõmoditas celeſti prouiſione cõceſſa. Patet illa
p chriſtũ Mat. xij. dicentẽ. Quis ex vobis hõ q̃ habuerit ouẽ/
et ceciderit ſabbato in foueam nonne tenebit et leuabit
eam? In ſimili enĩ caſu licitũ eſt ex indulto eccl'ie dñicis/ et
feſtiuis diebus p̃terq̃ in ſummis et maiorib⁹ feſtiuitatib⁹
aleca piſcari/ ceruiſia inuaſari ꝛc. extra de ferijs. cap. Li-
F cet. ¶ Quinto excuſantur ſerui/ ꝛ ruſtici: qui iuſto metu cõ-
pellũtur a dominis ad laborandum feſtis dieb⁹. Nã ſi ſine
cõpulſione ꝓ labore impetũtur nõ debent dñis obedire: q2
non eſt licitũ/ nec honeſtũ: dñi tñ grauiter peccant. Similit
qui adducunt in feſtis cenſus dñis ſine cõpulſione/ vel ne-
ceſſitate aliqua pretacta ſupius ad finẽ iſtũ videlz vt alijs
diebus ꝓprijs et cõſuetis laboribus vacent: nõ omnino ex
cuſantur: niſi arta neceſſitas compellat. Similiter regula-
res ſacerdotes qui dñicis diebus abſq̃ neceſſitate quadri-
gant/ aut hmõi alia faciunt: q2 alios corrumpũt exemplo/
ꝛ ſimilia alijs faciẽdi occaſionẽ dant. Similiter excuſantur
vectores merciũ ad nũdinas remotas vl' ad loca remota:
aut aliarũ rerum ſi ſine graui incõmodo non poſſunt dieb⁹
feſtiuis vacare ab eundo aut quadrigando. Idem videtur
de curſorib⁹. qui ex cauſa rationabili et neceſſitate diebus
feſtiuis ad loca remota ambulant et ſine graui incõmodo
G ſuo aut aliorũ vacare nõ poſſent. ¶ Sexto excuſari poſſunt
cõductores et vectores ꝑegrinorũ: et ſufferratores equorũ
qui talia faciunt in feſtis: ſi hec principaliter faciũt ꝓpter
neceſſitatem eorũ pro quib⁹ faciunt talia: et tunc etiã licite
recipiũt ſalariũ ꝓ laborib⁹ ſuis Si vero faciũt talia in feſto
principaliter ꝓpter queſtũ aut ꝓpter improbã cupiditatez
lucrandi: nõ videtur quomodo debeant excuſari: ſz illi qui
eos de talibus requirunt: excuſantur ſi rationabilẽ habent
cauſam neceſſariam/ ꝛ al's ſibi nõ poterant prouidere. Hec
omnia et illa in quinto membro dicta: ſunt ſententialiter
guill'. in glo. Ray. Septimo qui vadunt ad mercata que fi-
unt dominicis diebus et alijs feſtis maxime precipuis. Si
quis faciat hoc non conſuetudinarie: ſed aliquando et pro
aliqua neceſſitate: nõ credo dicit idem ꝙ peccet mortaliter.
Si autem hoc ducat in conſuetudinem et faciat ex cupidi-
tate lucrandi: ſicut faciunt mercatores/ qui propter frequẽ
tanda mercata/ aut nundinas vix aut nunq̃ intrant eccle-
ſias ſuas: credo ꝙ peccant mortaliter: mercata tamen que
fiunt ex victualibus neceſſarijs ad quemcũq̃ diem feſtũ de



pane/ vino/ carnib⁹/ et huiuſmodi: nõ credo illicita eſſe/ aut
de facili ꝓhibenda: dum tamẽ ſe propter hoc nõ ſubtrahãt
a diuino ſeruitio. Hec guill'. ¶ Sed cum dictum ſit ꝙ poſſit H
indulgeri hominibus: vt in diebus feſtis laborent cum ne-
ceſſitate artantur. Quereres: quis dabit licentiam iſtam?
Rñ. ſm Guill'. ꝙ epiſcopus loci ſi cõmode adiri poſſit: al's
ſufficit ſimplicis ſacerdotis diſpenſatio diſcreti tamen. poſ
ſet etiã eſſe tãta neceſſitas/ et tam notoria ꝙ auctoritate ꝓ
pria poſſent facere. Sed pro quãta neceſſitate liceat opera
ri in feſtis: hoc potius ad arbitrium boni et diſcreti viri li-
mitandum eſt q̃ per aliquã doctrinam generalem determi
nandum. ¶ Secundo excuſat in ſeruilibus operibus in fe- I
ſtis pietas operis multipliciter. Primo arare agros pau-
perũ/ aut ꝓ eis quadrigare/ vel pro eis alio modo labora-
re. Si enĩ dicit idem ibidem in diebus dominicis/ aut alijs
maioribus ſolẽnitatib⁹/ ſcilz feſtis chriſti/ beate virginis/
et in diebus apoſtolorum talia faciant: non videtur licitũ:
ſed ceteris feſtiuitatibus licet ſequi conſuetudinem regio-
nis quã ſcit epiſcopus loci: et non reprobat. Si autem du-
bitatur an ſciat epiſcopus loci et ſuſtineat: recurrere de-
bet ſacerdos ad epiſcopum: vt ſuper hoc ab ipſo certifice-
tur. Ad hoc autẽ vt talia licite ſuſtineãtur/ aut licite fiant
oportet ꝙ per huiuſmodi laborem non reuocentur labo-
rantes a diuinis audiendis que tenentur audire: et ꝙ ta-
lia principaliter fiant propter deum et non propter affectũ
carnalem/ aut ſpe remunerationis terrene. In paſtu etiã
hominum/ et animalium laborantium: et ꝙ neceſſitas pau
pertatis illius cui talia fiãt hoc videatur exigere. Sic etiã
exceptis precipuis feſtiuitatib⁹ credo: ꝙ niſi ſit prohibitũ/
aut conſuetudini contrarium liceat aliquid operari circa
edificationẽ eccleſiarũ/ ꝛ ſacrorũ locorum: et ad opus mini
ſtrorũ eccl'ie pauperũ/ p̃ſertim eorũ qui redditus nõ habẽt:
ita tñ ꝙ labor nõ perueniat ad multã fatigationẽ/ et tediũ
ex diuturnitate laboris. quia nõ credo ꝙ debeãt in eis la-
borare per totã diẽ. nec ad multam fatigationem: nec de-
bent propter huiuſmodi laborem omittere auditionez miſ-
ſe in tali feſto. nõ enĩ debent dimittere id ad quod tenẽtur:
propter aliud ad qḋ non tenẽtur. Hec de Guiller. ¶ Tertio K
excuſat interdum ſeruilitatem operis modicitas. Unde di
cit idẽ: ꝙ lz nõ ſit licitũ ſcribere aliquod grande in die feſto:
vt de ſexterno ad ſexternũ: ſicut nec licet alia opa ſeruilia
operari: ſcholares tñ lectiones ſuas quas non poſſunt ſine
ſcripto memorie cõmendare: ſcribere poſſunt. Similiter
ſermones quos ſtillo/ aut plumbo notauerunt: ſcribere poſ
ſunt/ vt credo. puto etiã ꝙ ſtudendo qs in aliquo libro poſ-

ſit corrigere/ſi aliquid corrigendū ſit:locare aūt operas ſu=
as:aut alienas conducere diebus feſtiuis propter corrigē
dos libros:nō eſt licitum. ⁊ ſicut dicitur de correctione li=
bri:ſic poteſt de alijs laboribus intelligi. vt ſi quis nō intē=
tiōe operandi:ſed alias. vt forte deambulando tranſiret in
die feſto per vineam ſuam:aut agrū:⁊ tranſeundo purget
modicum:qđ per incuriā manſerat purgandum:aut repa=
rat modicū de ſepe:que aliqua ex parte rupta/aut inclina=
ta fuit/aut iuxta vites erigat vnum palum vel duos incli=
natos:aut aliud paruū faciat:qđ ſic tranſeundo occurrat
D faciendum. hec guil. ¶ Tertio quereret quis vtrū chriſtia=
nus toto die feſtiuo obligatus ſit habere animū recollectū
⁊ ſe exercere in ſupra notatis nouem exercitijs. Rñ. ꝙ lȝ il=
lud eſſet bonū nō tñ eſt homo ad hoc obligatus virtute illi⁹
precepti. immo in multis caſibus poteſt ſe occupare exerci
tio operum exteriorum:eum a talibus diſtrahentium. vt cū
neceſſitas vrget aut pietas ſua ſuadet. immo dicunt aliqui
doctores/ vt cancellarius modernus ꝙ in die feſto pōt ho=
mo aſſumere ſibi aliquam recreationem/ſpacium vel ſola=
tium:dūmodo hoc ſit ſibi honeſtum. ⁊ taliter fiat vt nō com
mittātur illa peccata per que offenditur deus. ⁊ potiſſime
mortalia/ vt ſunt ebrietates/ piuria/rixe/deſideria carna=
lia/vba/opera/aut carmina luxurie/ ⁊ cetera ſimilia: que
in dieb⁹ feſtis ſunt duplicia peccata. Idem de choreis. Il=
le vero auctoritates ſanctorum que ſonāt ꝙ in dieb⁹ feſtis
nichil niſi orationi/aut deo aut huiuſmodi vacandū ſit. vt
dicit Alexā. de hal. in ſuo. iij. intelligende ſunt ꝙ nichil con
trarium vacatiōi diuinoꝝ aut qđ hmōi vacationem impe=
diat agendū eſt. vt ſunt opera ſeruilia prohibita: vbi non
neceſſitas vrget nec ſuadet vtilitas. Vñ Tho. dicit in. iiij. di
ſtin. xxxij. ꝙ licet non teneatur homo toto die feſto orare: ⁊
omnibus horis/tenetur tamen ſe toto die cōſeruare ido=
neum ad orandum. Et addit ibidem: ꝙ actus matrimonia=
lis licet careat culpa:tamen qꝛ rationem deprimit propter
carnalem delectationem/ ⁊ hominem ad ſpiritualia tende
re non ſinit:ideo in diebus feſtis/ et alijs in quibus eſt pci=
pue ſpiritualibus vacandū/non licet petere coniugale de=
bitum. Exemplum:vide paulo ſupra grego. dialog. preſenti
precepto. capitulo primo. F.

¶ Capitulū tertiū de ſacramētis:⁊ pmo de baptiſmo.

TErtio ad hoc mandatum:memento vt diem ſab
bati ſanctifices:reducitur reuerentia ⁊ ſanctifi
catio ſeptem ſacramentorum noui teſtamenti.
Sicut eñ ſanctificatur tempus/ ⁊ locus:ita ſan
ctificari debent ſeptē ſacramenta:de qbus in ſe



quentibus dicetur latius:quātum ad ea q̄ ſunt neceſſaria.
¶ Ubi primo notandum ꝙ ſm hugo. de ſancto victore/⁊ ma A
giſtrum diſtin. prima. iiij. Sacramenta ſunt inſtituta ꝓpter
vulnera peccatorū ſananda. Eſt eñ eccl'ia velut apotheca
vel dom⁹ prudentiſſimi medici contra oēs infirmitates an=
tidota ſufficientia cōtinens/ vbi infirm⁹ eſt peccator:medi=
cus eſt chriſtus. miniſter medici eſt ſacerdos. antidotum ē
virtus ſacramentoꝝ: ſed vaſa antidoti ſunt ſenſibiles for=
me ſeptem ſacramentoꝝ. ¶ Secundo notandū ꝙ tm̄ ſeptē B
ſunt ſacramenta noue legis. qꝛ ſm tho. xij. ſunt vulnera qui
b⁹ grauiter infirmamur. tria ſunt pctā. quattuor ſunt peno=
ſe occaſiones pctōꝝ/ ⁊ ſequele. Primū malum eſt pctm̄ ori=
ginale/contra quos eſt baptiſm⁹. Secūdū eſt veniale pctm̄
contra qđ eſt appropriate inſtitutum oleum extreme vn=
ctionis. Tertium eſt mortale pctm̄/ contra quod eſt penitē=
tia. Quartum eſt infirmitas ad bonum/contra qđ eſt confir
matio. Quintum eſt ignorantia veroꝝ/ contra qđ eſt ordo.
qꝛ ordinatus debet eſſe doctus/vt poſſit docere. Sextū eſt
concupiſcentia effrenis/cōtra qđ eſt matrimonium. Septi=
mum eſt affectio ad terrena ⁊ caduca cum tēpore vel corpo
re inordinato/contra qđ eſt eucharistia. vel viſibiliter deū
videndo ad inuiſibilia rapi/ ⁊ accēdi inuitamur. ¶ Tertio C
notandū ꝙ ſeptem ſacramenta coꝝ efficaciam ⁊ virtutem
habent a diuerſis diuerſimode. Primo a deo principaliter.
qꝛ deus ſolus grām creat/ ⁊ pctm̄ dimittit. Secundo a paſ
ſione chriſti tanq̄ a cauſa meritoria. Nā xps in pmo inſtā=
ti ſue conceptionis ſe patri obtulit ꝓ redemptione generis
humani/que oblatio cōſummata fuit in cruce. q̄ oblatio qꝛ
ex ſumma charitate pceſſit/ ⁊ a ſummo nobiliſſimo filio dei:
Ideo acceptiſſima patri fuit. Et ad illud loquitur beatus
Aug. xxij. de ci. dei circa pncipium vbi dicit de chriſti late=
re fluxiſſe ſeptem ſacramenta. huius autem paſſionis me
ritū hodie eſt in acceptione patris/ ⁊ cōmunicatur volenti
ſacramentū aliquod recipere. Lex eñ diuinitatis eſt ſm
Anſel. Cur deus homo. ꝙ ꝓ nullo peccato/cū ſit infinitum
malum deus placari vult/niſi ſibi offeratur maius bonū q̄
peccatū malū eſt:⁊ hoc fit qñ patri xps paſſus offert. Illud
videtur velle apoſto. Ro. v. vbi abūdauit delictū/ſupabun=
dauit ⁊ gratia. Vñ etiā in paſſione xpi oīa ſacramēta repſen
tata fuerūt. Baptiſm⁹ in aq̄ lateris xpi repſentabat. Eucha
riſtia i ſanguie lateris. Cōfirmatio i aggreſſu terribiliſſime
mortis. Penitētia i lachrimis xpi. Ordo. qꝛ fuit hoſtia ⁊ ſa=
cerdos. Matrimoniū in gñatiōe filioꝝ eccl'ie ꝑ aptionē la=
teris. Unctio extrema in effuſione ſanguinis multiplicis.
Tertio habent efficaciam a fide eccleſie:ſine cuius fide col

lata nō valerent.Quarto a charitate ſuſcipientis quedam
habent maiorem efficatiam. ⁊ hoc vltimum ſecundum ꝙ
maius eſt ſm̄ hoc etiā quis plus haurit de medicina vaſoꝝ
gratie. Juuat aūt miro modo receptio ſacramentoꝝ hoies
qꝛ vt cōiter dicunt doctores vim habent ex opere operato/
id eſt ex virtute ipſoꝝ ſignoꝝ/ex pacto xp̄i ⁊ fide eccleſie. Et
in ſacramentis datur gratia. ⁊ non exigitur ꝙ homo ſe ſem
D per diſponat:ſed exigitur ꝙ hō gratie ſe nō opponat. ¶Quo
ad ſacramēta in ſpeciali. Primo de baptiſmo ſunt tria ſciē
da. Primo quem fructum deus per hoc ſacramentū nobis
dederit. Secūdo que fieri debent a cōferentibus hoc ſacra=
mentū. Tertio quis teneatur ſcire talia. De primo ponūtur
quinqꝫ fructus. Primo eſt remiſſio pc̄ti originalis. qꝛ ſicut
oēs in Adā moriuntur:ita oēs in chriſto viuificantur ſcꝫ ꝑ
baptiſmū.j.Corin.xv. Secūdo dantur oēs virtutes/ videlꝫ
charitas/ſpes/fides/iuſtitia/temperantia/prudentia/forti
tudo. vt determinatū eſt in clemēti.de ſumma trini. ⁊ fi. ca
thol. Tertio caracter ſpecialis imprimitur anime: q̄ cedit in
gloriā perpetuā beati/⁊ in confuſionē eternam dānati. de
quo caractere determinatur ab innocen.extra de baptiſmo ⁊
eius effectu.c.Maiores. Quarto oīs pena pc̄toꝝ relaxatur.
Rom̄.vj. qꝛ per baptiſmū homo ꝯſepelitur xp̄o paſſo/ ⁊ regeneratur
ſm̄ ap̄l'm. Cōſepulti eī̄ ſum⁹ xp̄o ꝑ baptiſmū in mortem.
Quinto ianua celi baptizato aperitur:in cui⁹ ſignū celi apti
ſunt ſup xp̄m baptizatū. Luce.iij. Que aūt fieri debeāt a ſe
cularibus qn̄ eos baptizare oportet. ſciendū ꝙ tanto cauti
us hic debent ꝓcedere:quanto maior/vicꝫ infiniti boni per
petuo fruēdi defect⁹ pōt cōmitti per vnum verbū additum
vel ſubtractū. Primo ibi videāt vt materia ſit apta/ videlꝫ
vt ſit aqua elemētaris: pura ⁊ naturalis. Ex q̄ ptꝫ ꝙ apta
materia ſunt:aqua pluuialis/maris/fluminis/ſtagni/ pu=
tei/vel fontis/⁊ aqua reſoluta ex rore pruina/niue grandi=
ne/vel glacie. Et fieri non poteſt in aliquo alio liquore: vt
vino/ceruiſia/vrina/medone/oleo/lacte/brodio expreſſo de
piſcib⁹/vel carnibus/roſacea ſublimata ſeu alchimica/ſu
dore/ſaliua/nec de purreta extracta de ſubſtātia piſorum
nec in niue/glacie grandines/ ⁊ pruina:niſi ſint reſoluta.
Dubiū aūt eſt:an baptiſet q̄s in lixiuio. tiſana extracta de
E ſubſtantia ordei. balneo ſulphureo. ⁊ lutoſa aqua. ¶Secū=
do videatur vt forma ſit debita quo ad ea que ſunt de neceſ
ſitate ſacramenti ⁊ etiam de neceſſitate vitandi peccatum
Forma aūt baptiſmi quem tenet romana eccleſia eſt iſta:
Ego baptizo te in nomine patris/⁊ filij/⁊ ſpiritusſancti. Et
habetur extra de baptiſmo ⁊ eius effectu. Si quis. Et pre=
mittitur ꝓprium nomen/videlicet iohannes vel katherina



de ritu romane eccleſie. Sed precedētia oīa nō ſunt de ne=
ceſſitate ſacramenti. Amen vero non eſt de neceſſitate ba=
ptiſmi:nec de eſſentia ſacramenti:nec de neceſſitate prece
pti. niſi vbi cōſuetudo particularis hoc habet. qꝛ vl'is con=
ſuetudo hoc nō habet. nec eſt de forma xp̄i. lꝫ ly ego ſit de ne
ceſſitate non ſacramenti:ſed precepti eccleſie vniuerſalis
in li baptiſo eī̄ prima ꝑſona intelligitur/⁊ eſt ſemꝑ regu
la iuris/ꝙ mutatio quocunqꝫ modo fiat in forma eccleſia=
ſtica ſacramentoꝝ obligat ad peccatum/niſi ex impotētia
vel ex neceſſitate fiat. Et cōſuetudo eccleſie ligat vt ſtatu=
tū. Sicut ⁊ conſuetudo populi ligat vt lex. Quis aūt ſcire te
neatur hāc formā. dicit pe.de pa.in.iiij.diſtin.v. Formam
baptiſmi forte non omnes ſcire tenentur:niſi quibus incum
bit ex officio:vt curat° vel obſtetrix cui ſepe incūbit. Et nō
ſolum pn̄t ſeculares in caſu neceſſitatis baptiſare ſed de=
bent. quia ſi non occurreres morti corporis cum poſſes eſ=
ſes reus mortis. ſic multomagis ſi nō ſuccurras morti ani
me. Unde ſi homines appetunt diuitias corporales vt dent
elemoſynas:cur non appeterēt plus diuitias ſpirituales
videlicet ſcientiam vt dent ſpiritui elemoſinas q̄ maiores
ſunt. Aduertendum tamen ꝙ ſi non ſit periculum de tarda
tione baptiſandi:debet quis expectare idoneū miniſtrū: qꝛ
ſolus ſacerdos ex officio habet baptizare. nec alteri licet ni
ſi in neceſſitate. tamen quandocunqꝫ ſua cōſciētia dictabit
ei ꝙ puer eſt in periculo moriendi anteqꝫ veniat potens/et
volens/⁊ debens baptiſare:ipſe non ſolum poteſt ſed etiaꝫ
debet eum baptiſare ſi ſciat formam baptiſmi. ⁊ ſimplices
debent querere a litteratis an bene baptizauerint. vel an
debitam formam ſciant. in periculo etiam ſi ſolum manus
vel aliud membrum naſcitur baptizandum eſt ſecundum
Thom̄. ⁊ plures alios ⁊ ſecundum Scot. in cimiterio ſepe=
liendum. hec ille. ¶Tertio baptizans debet attendere vt F
ſimul ſit ablutio in aqua ⁊ forme prolatio. Unde dicit Augu
ſti. ſuper Johannē Omelia. viij. Accedat verbum ad ele=
mentum/⁊ fit ſacramentum. non autem accedit rite ſalteꝫ/
niſi fiat ſimultas talis. quod declarat Sco. dicens. Noluit
chriſtus nos obligare ad tam ſubtilem ſimultatem: quam
vix homo poſſet percipere vel ſeruare. ſiue enim ſacer=
dos prius immergat vna immerſione vbi moris eſt ter
mergere. et poſtea incipiat verba cum ſecunda immerſione
ſiue prius incipiat verba/⁊ dicat ego baptizo te:immergat
aut aſpergat in caſu cū verbis ſeqntibus:ſufficiens eſt ſi=
multas/ dummodo tamen prolatio non finiatur ante in=
ceptionem ablutionis:nec ablutio ante inceptiōem prola
tionis. Quarto quiſqꝫ baptizat⁹ in ſe:⁊ in ſuis continue me

ditari debet quid promiſerunt patrini pro eo/acſi met bapti=
ſatus promiſiſſet/ vcȝ abrenunciare diabolo ⁊ pompis eius.
Et licet illud non ſit ꝓprie votum quia eſt de neceſſarijs:cer=
tum tamen eſt baptiſatum grauius peccare:q̄ȝ nō baptiſatuȝ
F ceteris paribus. ¶Quinto videndum eſt vt leuans nō ſit mō
nachus. Item vt nō ſit conſanguineus/vel affinis. vt dicetur
de confirmatione. Item vt ſit vnus niſi conſuetudo obſtet. Ex
premiſſis omnibus patet:q̄ baptiſmus conſtituit xp̄ianum vt
familie chriſti aſcribatur. vt dei filius adoptiuus ſit:ſed per
confirmationem militibus chriſti aſcribitur.

¶Cap.iiij.de confirmatione.

SEcundum ſacramentū eſt confirmationis.cu
A ius fructus ſunt tres principales. ¶Primus
q: caracter ſpecialis anime ibi imprimitur. Ra
tio eſt:quia confirmatio eſt ſacramentuȝ quo
homo deputatur ad aliquod ſacrum. puta ad
confeſſionem fidei/ ⁊ conſtantem eius defen=
ſionem. Unde ⁊ in fronte recipitur hoc ſacra=
mentum ꝑ impreſſionem ſigni crucis/epiſcopo dicente: conſi
gno te ſigno crucis ne erubeſcas chriſtum crucifixum cōfite=
ri verbo/ ⁊ opere. Unde tho. dicit q̄ chriſtianoꝝ duplex eſt pu
gna ſpiritualis. Una qua q̄s pugnat cōtra impedientes ſalu=
tem ſuiipius: ⁊ hoc omnibus indicitur. ſed ad hoc non datur
ſacramentū cōfirmationis ſed ad reſiſtendum fortiter in pu=
gna/qua quis nomen chriſti impugnat: et vt inuictus chriſti
confeſſor ꝑmaneat. Et huic pugne non omnes exponunt. Nā
q̄uis cuiuſlibet baptiſati/ ⁊ credentis ſit confiteri fidē quan
do confeſſio ab eo expetitur:non tn̄ eſt cuiuſlibet ſe libere ex
ponere:ſed tm̄ confirmati. ⁊ hoc ptȝ in apoſtolis in q̄bus hoc
ſacramentum initiuȝ ſumpſit ⁊ exordium:q: ante aduentum
ſpiritusſancti confirmantis eos: erant fores clauſe cenaculi
propter metum iudeoꝝ:poſtea vero repleti ſpiritusſancto ce=
perunt cum fiducia loqui/ ⁊ publice v̄bum dei p̄dicare. Etiā
chriſt⁹ eis prius ait. Sedete in ciuitate donec induamini vir
tute ex alto Luce vlti. Sic etiam videm⁹ q̄ qui ad mundi mi
litiam eliguntur/eis imprimitur aliquod ſignuȝ ꝑmanens vt
aureum baltheū vel ſimile. Et olim cauterio brachium taliū
ſignabatur ad differentiaȝ alioꝝ. Et etiam in bello dimicatu
ri certis ſignis conſignabantur. ſic ⁊ in militia fidei ꝑ confir=
B mationem fit. ¶Secundus effectus eſt ſpecialis ⁊ noue gra
tie ſacramentalis infuſio. Ratio eſt quia cōfirmatio deputat
ſuſcipientem ad aliquod ſacrum quod digne ſine gratia fie=
ri nequit:quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. immo
deputat ad opus arduiſſimum et maxime charitatis/vt ani=
mam ſuam ponat quis pro chriſto. Ideo de conſecra. diſtin.



v.c. Nouiſſime. dicitur q̄ in confirmatiōe datur ſpiritusſan
ctus ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis
Tertius effectus eſt q̄ in confirmatiōe contrahitur cogna=
tio ſpiritualis:ſicut ī baptiſmo. Unde dicit pe. de pa. in. iiij.
diſtin. vij. Sicut inter baptiſantem ex vxorem eius matri=
monio conſummato: ⁊ omnes filios eius ex vna parte: ⁊ ba=
ptiſatum ⁊ patrem ⁊ matrem eius ex altera. ⁊ ſimiliter in=
ter leuantem de ſacro fonte et vxorem eius matrimonio cō
ſummato ex vna parte cum filijs ſuis/et baptiſatum ex alia
parte cum patre et matre eius/contrahitur cognatio ſpiri=
tualis/que matrimonium impedit ⁊ dirimit. Similiter om
nib⁹ illis modis eſt de cōfirmante ⁊ ꝯfirmato/ ⁊ tenēte eū et
vxorib⁹ ⁊ liberis. vt habet lib. vj. de cognatione ſpūali. ca. j.
Item ſicut non debent plures leuare baptiſatū:ſi tamē fiat
ſpiritualis cognatio ad omnes contrahitur:non quidem in
ter illos adinuicem:ſed inter quemlibet eorum ex vna par=
te: ⁊ baptiſatum/et parētes eius ex altera. Sic etiaȝ eſt per
omnia de tenentibus confirmatum. de conſecra. diſtin. iiij.
Non plures. Et li. vj. de cognatione ſpūali. capitu. ij. Item
ſicut vir non debet tenere vxorem/nec filium eius in baptiſ
mo/ quod ſi ſcienter fecerit priuat ſe iure petendi debitum:
ſi autme ignoranter:non ꝓpter hoc ſeparantur:ſic per om=
nia de confirmatione. xxx. q. j. De his. Et de cognatione
ſpirituali in decretalibus. hec pe. ¶Qualiter autem cōfir= C
mandus ſe habere debeat ſciendu ȝ primo q̄ illi qui etatis
perfecte ſunt moneri debent vt confiteantur:quatenus mū
di dona ſpiritusſancti valeant accipere. extra de conſecra.
diſtin. v. Ut ieiuni. Secundo debet recipiēs eſſe ieiunus/ni=
ſi neceſſitas vrgeat:vt dicit magiſter in. iiij. diſtin. vij. Et de
conſecra. diſtin. v. vt ieiuni. Excipiuntur autem ibidem in
firmi/ ⁊ periclitantes morte. Ideo etiam ꝓpter multitudi=
nem confirmandorum ſuſtinetur: vt a non ieiuno detur et
ſuſcipiatur:congruentius tamen eſt vt fiat a ieiunis/ ⁊ a ie
iunis ſuſcipiatur vbi fieri poteſt. Tertio prouideri debet de
apto tenente in confirmatione. Circa qḋ pe. de pa. notat cū
tho. q̄ mulier poteſt tenere virum: ⁊ ecōuerſo: ⁊ mulier mu=
lierem: ⁊ vir virum. Teneri enim debet confirmandus in ſi
gnum q̄ infirmus indiget ab alio ſuſtentari. hoc autem ſi=
gnum locum habet in muliere vel viro tenente. Item non
plures vno tenere debent in confirmatione: ſicut nec in ba
ptiſmo: in quo tamen forte contraria conſuetudo excuſat.
de conſecratione. diſtinctione quarta. Non plures. et quā=
do mos erat:crimen non erat. Item ſicut in baptiſmo non
baptiſatus non debet tenere baptiſandum:ſic etiam in con
firmatione non confirmatus non debet tenere confirman=

dum. de conſecratione diſtinctione quarta. In baptiſante. Item nec qui leuauit in baptiſmo: debet tenere in cõfirmatione: niſi in neceſſitate. Item non debent ſe tenere mutuo conſanguinei/vel affines: quia ſufficere eis debet vinculuꝫ naturale/et carnale. Quarto ſm Richar. debet frons cõfirmati ligari donec deſiccetur: ne forte ſordes contrahat. Et ſecundum Hugonem.ij. de ſacramentis parte.vj.cap.vlti. Docet confirmatum non lauare caput ſeptem diebus: propter ſeptem dona ſpirituſſancti. Et etiam quia ſpirituſſancti aduentus ſeptem diebus celebratur. Quinto attendi debet quibus ſit dandum hoc ſacramentum / videlicet quia omnibꝰ chriſtianis. Mutis: quia ſigno poſſunt confiteri chriſtum. Mulieribus viris mortuis etiam ꝓpter meritum obedientie ⁊ ſignum caracteris. Pueris etiam dari poſſet quia non ponunt obicem gratie huius ſacramenti. Circa ſeptennium tamen dicit petrus de palude. conſultum eſt dari: vt memorentur de ſacramento non iterabili facilius. ¶ Vltimo queritur an confirmatio ſit ſacramentum neceſſitatis: id eſt ad ſalutem neceſſarium? Reſponde. ſecundum thom̃. ꝙ non eſt ſic neceſſarium: ꝙ ſine ea non poſſet quis ſaluari quia pueri non confirmati ſaluantur. ſed ſic eſt neceſſitatis ꝙ contemptus eius damnabilis eſt. Armacanus libro nono de queſtionibus armenorum ſic dicit. Mihi videtur confirmatio ſic eſſe neceſſaria ꝙ ſi haberi poterit habeatur: ideo in adultis eius acceptio habet vigoreꝫ precepti: vt mihi videtur. Hec ille. Poſtea illud multipliciter perſuadet. Sco. dicit in.iiij.diſtin.vj. Confirmatio non eſt ſacramentum neceſſitatis ad ſalutem niſi adulto: oblata omnimoda oportunitate ſic ꝙ tunc non contemnat. Unde extra de ſenten.excom. non eſt plenus chriſtianis qui contemnit. Iudicaretur autem cõtemptus/ſi omnimoda oportunitate oblata non ſuſciperet. Hec de Sco. Adultus ſecundum Sco. eſt qui ſigna habet vſus rationis. Dicit etiam pe. de palu. vbi prius. Cum homo teneatur ſemel in vita confirmari ſi poſſit ⁊ negligat/licet aliter ſacramentum non contemnat mortaliter peccat/⁊ damnatur moriens: niſi confirmetur tunc ſi poteſt: vel niſi peniteat ⁊ confiteatur de hoc ꝙ in ſanitate potuit et neglexit. Similiter ſi quis bellum aliquod mortale intret qui prius confirmari potuit ⁊ neglexit: deberet ſimiliter de hoc tunc confiteri vel confirmari ſi poſſet. Item confirmatio eſt neceſſitatis ſacramentum vbi imminet fidem confiteri coram tyranno: ⁊ habet confirmantem ⁊ omnia parata: quia tunc vix poteſt excuſari a contemptu vel preſumptione hec pe. de palu.

¶ Capm quintum de ſacramento ordinis.



Tertium ſacramentum eſt ordinis vel potius ordinationis. ¶ Ubi notandũ ſm magiſtrum A
diſtin.xxiij.iiij. ⁊ Tho. ⁊ alios doctores ibidẽ ꝙ ſacerdos quilibet habet ſepteꝫ priuilegia: ꝓpter que multũ honorãdus eſt ab alijs ⁊ a ſe cuſtodiẽdus a peccatis: ⁊ ideo ſi bene viuit valde acceptus. Primo eñ ad ſpecialem dei cultuꝫ eſt ſepties ad minus plus ꝙ̃ ſecularis cõſecratus. Nam ordines ſunt ſeptẽ: ⁊ in quolibet conſecrat̃ ſpecialiter: ⁊ in quolibet recipit ſpecialẽ gratiã ſacramẽtalẽ quarũ vna eſt perfectior alia ſm gradus ordinis: q2 i quolibet deputatur ad ſpecialẽ actum diuinum: ad quẽ gr̃a exigitur ſpecialis. Si locus igitur ſacer: vt cimiterium/⁊ eccl̃ia/ac altare/⁊ vaſa ſacra: puta calix: ⁊ ſacraria in quibus hoſtia cõſeruat̃: ⁊ veſtes ſacre vt corporale/palle/indumẽta ꝓ miſſa/⁊ hmõi: ſũt reuerẽter tractanda/que tamen oĩa ſunt irrationalia: cur rationalis ſacerdos ſepties ſacratꝰ deo nõ plus eſſet honorandus? Secũdo: q2 quilibet ſacerdos vltra laicũ habꝫ.vij. caracteres anime ſue impreſſos ſpecie differẽtes indelebiles: per quos hic ⁊ in iudicio/⁊ in alio ſeculo agnoſcet̃ in quo ordine fuit: que ei ſignacula in magnũ gaudiũ (ſi ſaluabitur) cedent/vel in magnum tormentũ ſi dãnabitur. Unde cuilibet ſacerdoti orandum eſt illud ps. Fac mecũ ſignum Ps.lxxxv.
in bono: vt videant qui me oderunt/⁊ cõfundantur: qm̃ tu domine adiuuiſti me/⁊ cõſolatus es me. Tertio quilibet ſacerdos habet effectus clauiũ regni celeſtis/ſaltẽ vbi habet populũ. De quibus dicitur Math.xvj. Tibi dabo claues regni celorũ: ⁊ quodcũqꝫ ligaueris vel ſolueris. Dicit eñ Tho. vbi prius: ꝙ clauis realiter eſt caracter ſacerdotalis: cuius effectus eſt ſeptuplex. Primus peccata delere ſi repperit in cõfitẽte/⁊ hoc diſpoſitiue. Scd̃s maculas peccatorũ tergere. Tertiꝰ gratiã acquirere diſpoſitiue. Quartus penam purgatorij imminuere. Quintus pena ſatiſfactoria ligare. Sextus excõmunicare: quãdo eſt in epiſcopo ſacerdote/archidiacono/vel electo habẽte iuriſditionem Septimus indulgentias dare ſi eſt in ep̃o. ¶ Quarto ſacer B
dos habet poteſtatẽ corpus chriſti cõſecrare. Et licet opinio ſit: an ep̃atus ſit ordo ſupra ſacerdotiũ. Tñ dicit Sco. quicquid de hoc ſit actus nobiliſſimus in eccl̃ia ſimpl'r eſt cõſecratio euchariſtie. Et ideo ſupremus gradus ſiue nobiliſſimus eſt ſacerdotiũ: ꝓpter nobilitatẽ actus ad quem diſponit/videlicet cõſecrationẽ euchariſtie. Sex vero alij inferiores ordines ſunt: q̃ i nobilitate ſic ſe excellũt. Ut primus ſit hoſtiariꝰ. Scd̃s lectoratꝰ. Tertiꝰ exorciſtatꝰ. Quartus accolitatꝰ. Quintus ſubdiaconatus. Sextus diacona-

tus. Et ſacerdotiũ ſupremus: menſurãdo penes nobiliſſimũ
actum cõſecrandi euchariſtiã. Prefatorũ eñi ordinum qui=
libet diſponit aliqualiter ad euchariſtiã. Hanc aũt poteſta
tem euchariſtiam ſcꝫ cõſecrãdi: nec angelus habet/ nec ho=
mo aliꝰ quãtũcunqꝫ potẽs aut ſciẽs/ ſanctꝰ aut bonus: quo
dãmodo eñi ſacerdos eũ qui celos verbo creauit: verbo re
creare habet. Et eũ quẽ caſtiſſima virgo ſemel genuit: quo
C tidie quodãmodo regenerare põt. ¶ Quinto ſacerdos eſt
velut alter Gabriel archãgelus/ ⁊ celeſtis quidã paranym
phus: mediãs inter deuotã aĩam vel ſponſam eccleſiam/ ⁊
xp̃m eiꝰ ſpõſum cũ celebrãdo orat/ ⁊ offert vota aĩarũ ſum=
mo patri ⁊ clementiam patris renũciat populo: ac demũ
cõiungit xp̃m ſpõſum cuilibet homini miſſe aſſiſtẽti deuote
Eſt etiã ſicut baiulus doni nobiliſſimi cõtẽti in ſcrinio ſpe=
cierum ſacramentaliũ: quod ſcriniũ pater celeſtis per euꝫ
quotidie dirigit mũdo. O quante dulcedinis ⁊ cõſolationis
eſt deuoto ſacerdoti tm̃ ſacramẽtũ verbo cõficere: pre ocu=
lis habere/ cõtrectare manibꝰ/ ore ſumere/ ⁊ aliis miniſtra
re. Sexto ſacerdos eſt vtiliſſimꝰ eccleſie: q2 nullꝰ xp̄ianꝰ ri=
te efficitur (neceſſitate dẽpta) niſi ꝑ ſacerdotẽ: nullꝰ in chri=
ſti militẽ cõſecratur niſi ꝑ ſacerdotẽ ep̃m in cõfirmatione:
nulli etiã pctm̃ dimittit/ niſi per ſacerdotẽ. Oẽs fame pirẽt
ſpũs: ſi euchariſtiã nullus conſecraret: nec aliquis muniri
poteſt melius ad mortẽ: ꝙ per ſacerdotẽ dantẽ euchariſtiã
⁊ vnctionẽ: nec benedici in matrimonio quis põt fructuoſe
niſi per eundẽ: nec aĩabus poſt hanc vitã ſubuenit ſalubriꝰ
ꝙ per euchariſtiã ſm̃ Greg. in. iiii. dialo. immo nec ꝓ pctõ
re hic fieri põt malus/ ꝙꝫ vt ꝓ eo xp̃s offerat patri in eucha
D riſtia. vt dicit Tho. ¶ Septimo vita ſacerdotis boni tota
eſt angelica. Quidã eñi angelorũ ſm̃ Dionyſ. ⁊ Dama. in
celo habẽt deo aſſiſtere. Sacerdos vero in terra idem ha=
bet facere deo in altari/ ⁊ in choro. Alii in celo ⁊ alibi deo
miniſtrant: ſed ſacerdos in terra xp̃o: preter hoc/ om̃es an
geli in celo triplicia habẽt officia/ videlicet laudare/ bñdi=
cere/ ⁊ p̃dicare: que in terra ſacerdoti ſunt ꝓpria. Ex iſtis
ſequuntur plura documẽta ſalubria. Primo ꝙ oĩs hõ ſecu=
laris tñ potiſſime in magno honore tenere debet ſacerdotẽ
ſiue bonum: ſiue malũ: patet q2 p̃fata maximo honore ſunt
digna/ ideo Dauid malũ ſed vnctũ Saul: ꝙꝫ mortalẽ ſuũ
inimicũ ledere noluit. i. Regum. xxiiii. Sic fecit Conſtanti=
nus imperator vt refert Rufinꝰ/ qui cũ intraſſet locum ni=
ceni concilii/ ⁊ patres quoſdã reperiret inter ſe habere iur
gia: acceptis ab eis omnium iurgiorũ/ ⁊ querimoniarũ li=
bellis: eos in ſinu colligens fecit exuri: ne cui hominũ in=
noteſcere poſſet peccatũ ſacerdotum. Unde ⁊ alibi fertur



dixiſſe: ⁊ ponitur in diſtin. xcvi. in ſcripturis. Imperator Cõ
ſtantinus dixiſſe narratur: vere ſi propriis oculis vidiſſem ſa
cerdotem dei aut aliquẽ eorum qui monachico habitu ami=
cti ſunt peccantẽ: chlamidẽ meã explicarẽ ⁊ cooperirẽ eũ/ ne
ab aliquo videretur. Secũdo ſequitur ꝙ grauiter peccãt ſa=
cerdotes raro celebrãtes/ vel in diuinis indigne miniſtran=
tes/ ⁊ aliis peccatis mortalibus ſe inquinãtes: patet. q2 cum
creſcunt dona: creſcũt etiam (ſm̃ Grego.) donorũ rationes: et
ſeruus ſciens volũtatẽ dñi ſui ⁊ nõ faciens: plagis vapula
bit multis. Luc. xii. Ideo etiam chriſtus maxime in ſacerdo
tes inuexit malos: cũ ve multiplex eis predixit. Math. xxiii.
Et quãdo de eorũ templo vendẽtes ⁊ ementes eiecit. Math.
xxi. Tertio ſequitur ꝙ grauiter peccãt qui ſacerdotibꝰ coope
rantur ad peccandũ: puta ludẽdo/ crapuloſe conuiuendo/ et
preſertim luxuriãdo/ tactu/ verbo/ munuſculis/ vel actibꝰ: q2
oẽs tales maculãt ſacerdotes dñi ⁊ idignos reddũt maximis
bonis que facere poſſent boni ſacerdotes. Quarto ſequitur
ꝙ grauiter peccãt ſeculares ſacerdotibus indiſcrete detra=
hentes: patet/ q2 tales maxime honorare tenẽtur/ ⁊ non infa
mare. Quo cõtra deus Exo. xxii. precepit: diis nõ detrahes/
⁊ principi populi tui nõ maledices. Quinto ſequitur ꝙ ma=
tres ⁊ patres ac alii nutricii ſacerdotũ bonorũ: deo multũ re
gratiari tenent/ ⁊ letari debẽt: ꝙ eorũ miniſterio aliquis fa=
ctus eſt ſacerdos: patet/ q2 participes ſunt ſpecialius bono=
rum operum talium ſacerdotum ꝙꝫ alii plures. Hec ſunt tria
ſacramenta/ videlicet baptiſmꝰ/ confirmatio/ ⁊ ordo ſolũ ca=
racteres imprimẽtia idelebiles: quorũ rationẽ aſſignat Pe. de
thar. ſuper. iiii. dicẽs. Cum caracter ſit ſignũ diſtinctiuũ ſm̃
ſtatum fidei in eccleſia militanti: ſciendũ ꝙ triplex eſt diſtin
ctio. Una totius exercitus ab exercitu cõtrario/ que fit ꝑ ca=
racterem baptiſmi. Altera militum fortiorum a popularibꝰ
infirmioribus que fit per caracterem confirmationis: tertia
ducum ab vtriſqꝫ que fit per caracterem ordinis. Primꝰ im=
primitur ad fidei ſuſceptionem. Secũdus ad eius confeſſio=
nem ſeu defenſionem. Tertius ad doctrinam fidei ſiue tradi
tionem. Hec autem triplex diſtinctio in triplici ſeparatione/
⁊ electione populi iſrael ſignificata eſt. Nam in electione et
ſeparatione eorum ab egyptiis: ſignatur caracter baptiſma=
lis. In ſeparatione bellatorum ab imbellibus: caracter cõ=
firmationis. In ſeparatione vero leuitarum ab aliis: cara=
cter ordinis. Hec Pe. Unde etiam Thom̃. dicit ꝙ in cuiuſli=
bet ordinis ſuſceptiõe quis dux efficitur/ quo ad aliquid po=
puli chriſtiani.

¶ Capitulum ſextum de extrema vnctione.

A Vnctionis extreme ſacramentũ exeũtibus de hoc
mundo eſt inſtitutũ. Ubi primo videndũ de eius
effectibus. Secũdo quomodo ſit recipiẽdũ. Ter=
tio an ſit neceſſario recipiendũ. ¶ Quantum ad
primũ notandũ ſm Tho. in. iiij. diſt. xxiij. ⁊ alios
ꝙ quinq; ſunt principales effectus huius ſacramẽti. Prim⁹ ⁊
principalis ſm Tho. eſt ablatio reliquiarũ peccati: nõ autez
dicũtur hic reliquie peccati habitus vel diſpoſitiones pecca
torũ: ſed debilitates ex talibus cõſequentes/ ⁊ al's animã ad
malũ occaſionantes. Unde primus effectus eſt quedã ſana=
tio ſpiritualis que datur cõtra quandã debilitatẽ vel inepti
tudinẽ que in nobis relinquitur ex peccato actuali ⁊ origina
li: cõtra quã debilitatẽ roborat homo ꝑ hoc ſacramentũ. Un=
de Pe. de pa. declarat illud vlterius dicẽs: ꝙ morte inſtante
imminet grauiſſima tẽptatio inimici calcaneo inſidianti. Et
cauſatur ex quatuor. Primo ex memoria precedẽtiũ delicto=
rum ex quibus in deſperationẽ illabi quis poſſet. Quãto eñ
pluries ⁊ grauiorib⁹ pctis quis cõſenſit: tantomagis meruit
in tẽptationibus deſeri: ibi autẽ imminet grauiſſima tẽpta=
tio. Secũdo ex habitibus malis q̃ in cõtrariũ gr̃e inclinant:
et protũc homo ꝓnus eſt ad malũ pcti. Tertio ex inclinatio=
ne anime ad corpus infirmũ cui intẽta eſt magis ꝓtunc: ⁊ ꝑ
cõſequens minus ala ſibiipſi intendit: naturaliter eñ diligit
corpus a quo ſeparari debet ſm phm. iij ethicorũ. Olm terri
biliſſimum eſt mors. Quarto patietur tũc viſiones terribi=
les homo: ex his omnibus anima debilior efficitur ⁊ grauiſ=
ſima imminet tẽptatio. Ideo quaſi pugil iũgitur cõtra demo
nem: ſicut cõfirmandus contra mundũ: ⁊ ſic infirmitas ſpiri=
tualis per hoc ſacramẽtũ tollitur in parte/ vel in toto: ⁊ hoc
ſi infirmus vtitur ratiõe. Similia habes infra. c. xj. §. Si au
tem infirmus iã perdidit vſum rationis: lapſus in freneſim:
ita ꝙ peccare nõ poteſt: tunc adhuc reſtat ĩ eo infirmitas ab
actu glorie/ ⁊ pena debita peccato actuali/ ⁊ cõtra hanc q̃ eſt
ſecũda infirmitas etiã datur vnctio. dicit Pe. de palu. vt pu=
gnans in fine vincat/ ⁊ purgatus ſine graui purgatorio celũ
intret: ⁊ propter has duas infirmitates fit vnctio. Unde tri=
plex poteſt eſſe infirmitas. Prima corporalis. Secũda ſpiri=
tualis ad reſiſtenduz tẽptationi. Tertia ſpecialis ad obliga=
tionem pene. Secũdus effectus eſt ſecundarius/ videlicet ſa
nitas corpalis. Hunc autẽ nõ inducit niſi ſm ꝙ expedit ad fi
nem principalem/ ſcilicet ad ſanationem ſpiritualem: ⁊ tunc
ſemper inducit dicit Tho. dummodo non ſit impedimentuz
ex parte recipiẽtis. Tertius ſi imminet (dicit idem) aliquod
peccatum mortale vel veniale/ quo ad culpam: tollit ipſum:
dũmodo non ponatur obſtaculum ex parte recipientis/ itaꝙ



attritus poteſt fieri cõtritus: ſi nõ prius fuit. Petrus de pa.
addit. Ponatur eñ ꝙ duo infirmi ſint in extremis/ ambo ſo
lum attriti non potentes cõfiteri: quorum vnus inungatur
alter non: primus poteſt ſaluari ⁊ alter damnari: q: in pri
mo vnctionis ſacramentum de attrito fecit contritum: nõ
ſic in ſecundo. Item ponatur eos etiã eſſe confeſſos: tamen
in confeſſione potuerũt habere tam imperfectũ dolorem:
ꝙ fuerunt ficti reſpectu ſacramenti penitẽtie: ſtat primum
per vnctionem fieri cõtritum: non ſecundũ: quia non vngi=
tur. Item ponantur etiam eſſe cõmunicati: adhuc vni dele
bitur peccatũ: quod alteri nõ delebitur nõ vncto. Quartus
eſt hilaritas mẽtis/ nõ actualis: ſ; habitualis: que fit ꝑ aug
mentum gratie habitualis ſi p̃fuit: ⁊ infuſione noue gratie
ſacramẽtalis que precedẽtia efficit/ ⁊ ornatus quidã ſacra
mentalis. Quintus effect⁹ eſt ꝓfeſſio quedã vltimate chri=
ſtiane fidei: ſicut cõfirmatio eſt ꝓfeſſio quedã inchoate fi=
dei ꝑ baptiſmuz. Et iſta innuunt Iaco. v. Infirmatur quis
ex vobis: inducat p̃ſbyteros eccl'ie/ ⁊ orẽt ſuper eũ: vngen=
tes eum oleo in nõie dñi/ ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmuz: et
alleuiabit euz dñs: ⁊ ſi in pctis fuerit dimittẽtur ei. ¶ Quo B
ad ſecũdum tria obſeruãda ſunt. Primo: inungẽdus debet
eſſe penitens ſaltẽ dolore attritionis: al's fictus obſtaculũ
ſacramẽto poneret. Secũdo debet vti ratione actu: vel ali=
qualiter de propinquo vſus fuiſſe/ ideo pueris nullatenus
dandũ eſt: nec fatuis/ nec furioſis/ ſeu amẽtibus: qui nunq̃
ratione vſi ſunt: q: ſacramentũ hoc requirit vt proſit: ꝙ ex
quadã deuotione ſuſcipiatur: quã prefati nunq̃ habuerũt.
Frenetici tamẽ ⁊ amentes: ſi in mẽte ſana cõſtituti hoc ſa=
cramentum petiuerũt: eis dari poteſt/ iam alienatis a ra=
tionis vſu: dũmodo non faciant irreuerentiam ſacramen=
to: vnde ligari poſſunt: poſſunt eñ tales eſſe in peccato/ et
in alijs defectibus. Et quia ſani petierũt: ideo eius effectũ
habere poſſunt ĩ infirmitate. Tertio oportet/ vt ſit infirm⁹
in periculo mortis conſtitutus. Ratio eſt: quia non queli=
bet ſanitas ſpiritualis eſt effectus hui⁹ ſacramenti: ſed vl
tima et ꝑfecta q̃ diſponit imediate ad actũ glorie: nec in
qualibet neceſſitate corporali ſubuenit virtus diuina: ſed
in extrema deficiente auxilio humano. Ideo propter vtrũ=
q; effectum ſolum in periculo mortis conſtitutis deberet
dari. Senibus etiam datur qui moriuntur/ etiam ſine ali=
qua actuali infirmitate: quia defectus nature reputatur
in eis pro actuali infirmitate. Non ergo debet dari ſanis:
nec omni infirmo adulto: nec in quolibet periculo mortis:
quia non datur decapitandis/ vel bellaturis; aut nauigan
tibus: quia mors talium imminet ex euentu fortune/ non

ex defectu nature. An autem in eadem infirmitate plurí-
es ſit dandum: Rñ. ſm Tho. ꝙ ſic quãdo eſt diuturna infir
mitas vt idropiſis: tiſis/⁊ ſimiles: ſm ꝙ homo pluries in
periculo mortis conſtituitur. Si aũt quis ſanatur/ ⁊ reci-
diuat/tunc a fortiori poteſt iterari in periculo mortis. Quo
rũe aũt primo poſſit iuuenibus dari in extremis cõſtitutis
apparet ꝙ tunc qñ euchariſtia eis datur. Et an poſt eucha
riſtiam vel ante ſit dandũ/cõſuetudini videtur relinquẽdũ
ſi tamen euchariſtiã ſumere nõ poſſet: vngendus eſſet. Di-
cit etiaʒ pe. de pa. ꝙ ſi quis expreſſe nõ petiuit hoc ſacramẽ
tum anteꝗ̃ priuatus fuit ratione: qꝛ forte de periculo non
credebat: tũc etiã nõ vtenti ratione poteſt dari/ ⁊ deberet
quia ad hoc deuotio p̄cedens ſufficere poteſt ſi veriſimile
C eſſet eũ deſideraſſe ammonitũ. ¶ Quo ad tertium An vn-
ctio ſit ſacramentum neceſſitatis: Rñ. armacanus. lib. ix. de
queſtionibus armenoꝝ. ca. xxvj. ꝙ nõ eſt ſic neceſſe/ ꝙ ſine
eo nullus ſaluetur adultꝰ. tñ ſi infirmꝰ ſit forte in peccatis
mortalibus/ vel vno: poteſt contingere ꝙ nõ adiutus alioꝝ
ſacramentoꝝ eccleſie ſuffragio/ nec vnctiõis ſacramẽto: fi-
naliter ſine contritione dãnaret̃: quibꝰ tñ adhibitis deus
ſibi cõtritionẽ daret: ideo propter poſſibilem caſuʒ expedit
hoc ſacramentũ recipere. Et ca. xxix. dicit. Conſtat iuxta
prefata ꝙ poteſt eſſe caſus in quo dato hoc ſacramento in
firmus ſaluaret̃: q̃ alias dãnaret̃. Cũ igitur lateat ſacerdo
tes eccleſie qñ ille caſus inſtat ſemꝑ/ aut ꝓ maiori parte
ſunt incerti qñ inſtet: ideo ita artant̃ ex cura quam gerunt
per illius ſacramenti remediũ ſuccurrere: alioquin eñ nõ
video qñ aĩam infirmi periclitent. Et ex iſto ſeq̃tur neceſſi
tas huiꝰ ſacramẽti/ in caſu ſcʒ neceſſitatis talis. Itẽ eiꝰ ne-
ceſſitas arguit̃ ex magna vtilitate eiꝰ: q̃ eñ tam vtile ſacra
mentũ negligeret/ cũ iſto indigeret: nõ immerito deũ offen-
dere videre/ qñ ſine oĩ difficultate/ ex pte ſui infirmꝰ poſſet
acquirere. qui eñ ſine difficultate ⁊ moleſtia põt melius fa
cere/ vel magnũ bonũ cõmodum ſpirituale acquirere: ſi ne
gligat/ nõ video qñ ſit ſue ſalutis neglector ⁊ beniuolentie
diuine cõtemptor/ imo amicꝰ dei nõ eſſe cõuincit̃/ qꝛ eius be
neplacitũ cũ illud ꝑficere poteſt/ non explet qñ ſine difficul
tate ⁊ moleſtia poſſet facere vt dictũ eſt. Uidetur ergo hoc
ſacramẽtũ neceſſariũ eſſe ad ſalutẽ/ ita ꝙ ſi cõmode haberi
poterit/ habeatur. hec de armacano.

## ¶ Capitulũ ſeptimũ de matrimonio.

De matrimonio quod conſiſtit in conſenſu duoꝛuʒ:
in ſigno conſenſus/ ⁊ inter perſonas legitimas
ſunt tria videnda. Primo/ que eius efficacia. Se-
cundo que matrimonij introitum inficiant. Ter-



tio: quibus modis ſanctificetur matrimonium/ et quam in-
tentionem habere debeant contrahentes. ¶ Quantum ad A
primũ notãdũ ꝙ effectus matrimonij ſm tho. ⁊ alios in. iiij.
circa diſt. xxvj. ſunt quinqꝫ. Primus eſt gratie ſacramenta-
lis collatio: ꝓpter difficultatem ꝑpetue obligationis/ ⁊ pro
pter iuuamen neceſſarium in opibus matrimonij. Un qñ
queritur/ cũ omnia ſacramẽta fluxerint a paſſione xpi: et
ex cõſequenti per ſacramẽta cõformemur paſſioni xpi que
fuit penalis: quõ contrahentes poſſunt cõformari paſſioni
xpi: ꝑſertim cũ matrimoniũ ſit delectabile: Rñ. Tho. Quã-
uis matrimonium nõ cõformet paſſioni chriſti quo ad pe-
nam: tamen conformat quo ad charitatẽ per quam pro ec-
cleſia ſibi in ſponſam cõiungenda paſſus eſt. Nã ſicut aqua
baptiſmi habet ꝙ corpus tangat/ ⁊ cor abluat ex tactu car
nis chriſti: ita matrimoniũ hoc habet/ videlicet ꝯferre gra
tiã: ex hoc ꝙ xps ſua paſſione illud repreſentauit/ ⁊ nõ prin
cipaliter ex aliqua ſanctificatiõe ſacerdotis. Et ſicut aqua
baptiſmi cũ forma verboꝝ nõ operatur immediate ad gra
tiam: ſed ad caracterẽ: ita actꝰ exteriores et verba exprimẽ
tia cõſenſum directe faciunt nexum quendã: qui eſt ſacra-
mentum matrimonij. Et huiuſmodi nexus ex virtute diui-
ne inſtitutionis diſpoſitiue opatur ad gratiã: que gratia cõ
cupiſcentie fomitem in ſua radice habet reprimere. hec
tho. ¶ Secũdus igitur effectꝰ eſt diminutio cõcupiſcentie B
propter collatã gratiã. Sʒ diceres: ſi matrimoniũ cõcupi-
ſcentiã per gratiã habet minuere: ergo virgines/ et deuoti
omnes deberent cõtrahere. Rñ. Tho. verũ hoc eſſet: ſi non
eſſet aliud efficacius remediũ ꝑ opa ſpiritualia/ et carnis
mortificationem et ꝑſimilia. Tertius effectus conſiſtit in
bonis matrimonij: q̃ ſunt fides: vt neuter alieno maculetur
thoro: ſacramẽtũ/ id eſt inuincibilitas/ ſeu vinculũ ꝑpetuũ:
ſignans vnionem xpi et eccꝉie. et ꝓles ad cultũ dei educã-
da: hoc tamen bonũ ꝓlis eſt in obligatione ſub conditione/
ſcʒ ſi euenit ꝙ ſuſcipiatur gratanter/ et religioſe educetur.
Un eſt ibi obligatio pro ſemꝑ/ et ad ſemꝑ: nõ impedire iſtud
bonum ſtudioſe. Quartus eſt excuſatio/ vel decor in actu:
qui al's eſſet actus turpitudinis. Nullus enim prudẽs de-
bet pati iacturã niſi ꝓ recõpenſatione equalis boni vel ma
ioris: ſed in coniunctione viri et femine rationis iactura
accidit Tum quia ratio abſorbetur. Tum qꝛ caro tribula-
tionem patitur ſm aplm. j. Cor. vii. Tum etiã qꝛ nulli pro
tunc gratie prohetarũ cõferuntur in actu: ergo tria bona p̄
dicta expectantur vt fiat recompenſatio talium. Quintus
effectꝰ cõſiſtit in accidentalibꝰ bonis. Un ꝟſus hoſtes cõci
liat: ⁊ eo diſcernit̃ heres Bis ligat: alma notat: ius trãſfert:

auget amorem. ¶Quo ad ſecūdū notandū ꝙ ad recipiē=
C dum quinq̧ prefatas vtilitates requiritur / vt accipere vo=
lentes ſacramentū matrimonij : in ſex precipue ſe licite te=
neant : al's periculum imminet peccati mortalis tēpora=
neum, / aut diutinū ſm doctores. Primo videat cōtrahēs vt
non ſit in peccato mortali: vbi notat ſcotus ꝙ quādo querit
quis ſit miniſter matrimonij: videtur vt plurimū ꝙ ipſimet
cōtrahentes miniſtrent ſibi hoc ſacramentū vel mutuo / vel
vterq̧: ſed nec hoc requiritur neceſſario: ſed cū omni cōtra
ctu eſt ſacramentū: nā aliqñ patres cōtrahūt ꝓ filio / ⁊ filia
preſentibꝰ / nō exprimētibꝰ ſigna ꝓpria . Si igitur ibi eſt ſa=
cramentum oportet dici ꝙ miniſter eſt indifferēter qui pōt
eſſe miniſter in cōtractu matrimonij. oēs em̄ contrahentes
duas gratias accipiūt: q̄ due ſunt gratie in animabus cō=
trahentium: et hoc verū eſt niſi ſit obex peccati ſupple mor
talis hinc et inde. Non enim ſufficit ad gratiā ꝑcipiendā :
ꝙ cōtrahens non ſit fictus reſpectu ſacramēti : ſed oportet
ꝙ prius penituerit : quia illud ſacramentū non dat primā
gratiā. Hec ſco . Secūdo caueat cōtrahens ne in contractu
ſolum vel principaliter intendat ſuperbiam / auariciā / vel
luxurioſam voluptatem: quia dicit guill'. pariſieñ. de ſacra=
mentis. Qui matrimonio cōtraria intendunt: multum pec
cant. Verbi gratia. qui amore explende libidinis ſue tm̄ fo=
rinſecus matrimonia ineunt: ſimiliter qui propter ſolā vo=
luptatem aut ſolam auariciā / aut ſolā ſuperbiam inijt; ⁊ cō
traxit matrimonium: bonis matrimonij aut excluſis / aut
neglectis / hoc eſt non curatis. taliter cōtrahentes multum
peccāt: q̄ n in ſanctificatione : ſed in impuritate terrenoꝝ
ſacramentū recipiunt: immo abutuntur iſto ſacramento: ⁊
veriſimiliter peccāt mortaliter. Dicit guill'. Si ſit q̄s adul=
tus / aut adeo prouectus et eruditus : vt talia noſcere de=
beat merito: in tales enim demoniū habet poteſtatē. Tho=
D bi. vj. ¶Sz q̄reres: eſt ne int̄ tales matrimoniū? Rñ. ꝙſic. q̄
⁊ ſi amor libidinis ſue explēde ſolus illos moueat / vl' eoruz
alterum: ad omnia tñ onera matrimonij vterq̧ ſe obligat
pactione generali: hoc eſt ad vxorē regendā et fuandā ei fi=
dē thori / et alia onera . Sicut em̄ ſi q̄s baptiſaret cā luxurie
tm̄: cōcupiſcens ſpeciem alicuius chriſtiane mulieris quā
aliter habere nō poſſet niſi baptiſaretur: vere baptiſaretur
et verū ſacramentū baptiſmi reciperet: ſic ⁊ iſte verū ſacra
mentū matrimonij ꝑcipit lz nō recta intentiōe. Conſenſus
etiam iſte / ⁊ ſi amore libidinis fit tm̄: matrimonialis tñ eſt
non fornicarius / aut amatorius: nō em̄ in ſolā libidinē con=
ſentit : ſed etiā in oīa onera matrimonij / ⁊ ad oīa illa ſe ob=
ligat : ſicut et ille qui cauſa luxurie ſue explende tm̄ bapti=



ſatur / nō in ſolā luxuriā cōſentit: ſed etiā in hoc vt baptiſe=
tur / et xp̄ianus fiat: et ad omnia agēda et ſuſtinēda q̄ chri=
ſtianiſmi ſūt ſe obligat ipſa ſuſceptione baptiſmi. Hec guil'.
Tertio caueant cōtrahētes : ne inter eos ſit affinitas / vel
cognatio ſpiritualis aut cōſanguinitas matrimonij cōtra=
ctum impediens et dirimēs: al's ſibi debitū reddendo alter
ad minus adulteriū / vel fornicationē cōmitteret. Quarto
debet in cōtractu cōſenſus fuiſſe in mente expreſſus in vo=
ce / ſigno vel ſcripto: deficiēte em̄ alterius cōſenſu: vel ſi non
fuit expreſſus nullū matrimoniū eſſet corā deo. Quinto vi=
deat ne ſcienter ſit votū deo factum inter partes de cōtinē=
tia : al's vouens peccare poſſet mortaliter: et deo ſponſam
ſubtraheret: nec ſine peccato mortali ſm multos vnq̄ po=
ſtea petere poſſet debitū: nec pſperitas temporaliū in tali
matrimonio eſſet multū ſperāda: immo etiā grauiter vide=
tur peccare: qui votiuā ducit ſcienter : q̄ cooperatur ei ad
peccatum mortale cauſam dādo fractionis voti. Similiter
alij qui tales tradunt nuptui : q̄ Roma. j. dicitur nō ſolum
ſupple excludūtur a regno dei qui mortalia faciūt: ſed etiā
qui cōſentiunt facientibus . Vbi glo. conſentire eſt tacere
cum poſſis redarguere / vel errorē adulando fouere. Sexto
caueāt ne clandeſtine nuptias celebrēt: ſz benedictionē re=
cipiant in facie eccleſie. vbi nō ſunt binubi. Neuter em̄ con=
iugum tenet reddere debitū alteri ſtatim cōtracto matri=
monio dicit tho. in. iiij. di. xxxij. ⁊ ſz guil. ſup ray. peccat mor
taliter q̄ ante bñdictionē nuptialē vxorē cognoſcit / in locis
vbi eſt cōſuetū bñdictionem adhiberi. ¶Valet aūt bñdictio E
matrimonialis / ⁊ fit ꝓpter multa: vt notat Humbertꝰ de of
ficio epiſcopi. Et guil'. pariſieñ. de ſacramētis. Qñq̧ em̄ ma
trimonio annectit ſterilitas. Cōtra hāc valet bñdictio diui
na. pſ. Bñdixit eis / ⁊ multiplicati ſunt nimis. Interdū pau pſ. cvj.
pertas: cōtra hāc valet bñdictio eadē, q̄ ꝓuerb. x. bñdictio
dñi diuites facit. Interdū diſcordia cōiugum : ſed bñdictio
domini valet ad pacē . Nume. vj. Sic bñdicetis filijs iſrael.
Conuertat dominꝰ vultū ſuū ad te / et det tibi pacē. Interdū
demon accipit poteſtatem in contrahentes. vt patet Tho=
bie. iij. de demone qui interfecit ſeptem viros ſare: ſed con
tra hoc valet benedictio. q̄ ibi eſt crucis ſignū quod fugat
demonē. Interdū in cōiugibꝰ caro dominatur / ſicut equus
et mulus. ideo malo amore coniunguntur. cōtra hoc valet
bñdictio ſancta. quia dat gratiā. Eccleſi. xl. gratia ſicut pa
radiſus in benedictionibus. gratia autem eleuat mentem
ad ſpiritualia. Interdū matrimonio adiuncta eſt multa p
ſperitas ducēs ad malū finē: ſz bñdictio diuina ecōuerſo ad
ducit abūdātiā ſpūaliū bonoꝝ ducētiū ad bonū finē. pſ. Bñ pſ. lxxxiij.

dictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutē: vi=
debitur deus deorum in ſyon. Qr ergo benedictio diuina
concomitatur inuocationem diuini nominis quam facit
ſacerdos in ſua benedictione ſm illud Num̄. v. Inuocabi
tis nomen meū ſup filios iſrael/ ⁊ ego bn̄dicēdo benedicam
eis. Ideo rationabiliter benedicit matrimoniū aliquorum

F ¶ Quo ad tertiū notat Sull'. vbi ſ. ꝙ cum matrimoniū ſit
ſancta/ ⁊ ſanctificatiua/ ⁊ pfecta ſocietas maris et femine
in ſpecie humana: ⁊ ſanctitas ſit ſm Diony. elongatio ab
execrationibus/ ⁊ cōtaminationibus viciorum ⁊ peccatorum
⁊ adherentia totalis ad deū: idcirco ſeptuplex eſt ſancti=
tas matrimonij ſeruanda a cōtrahentib⁹. Prima conſiſtit
in elongatione a turpitudine/ ⁊ execratione ꝓhibitorum.
qr contrahentes intendere debēt: vt ſe longe faciāt ab his
Secunda conſiſtit in cuſtodia/ ⁊ retractione conſortis ab
huiuſmodi. Tertia conſiſtit in ſubiectione ſui ad alterum/ ⁊ in
iugo ppetue ſeruitutis quo ſe alter alteri ſubijcit abſq; par
ticipe. Quarta in ſuſceptione oneris/ videlicet ꝓuiſionis et
educationis. Nō em̄ leue eſt onus viro ꝓuidere de pregnā=
tibus enixis ⁊ nutrientibus. Similiter cuſtodire paruulos
⁊ erudire. Similiter ⁊ in muliere dolor partus/ erumnoſi=
tas pregnantiū: quibus cōdolet vir/ ⁊ miſeria nutrientium
⁊ ſimilia. Quinta eſt ex ſuſceptione regiminis ipſius vxo=
ris quantum ad virū: qui etiā regere habet totā domū. vbi
mulieri competit pars ſollicitudinis. Nō em̄ recipit vxorē
tm̄ ad ei exhibendū neceſſaria victus ⁊ veſtitus: ſed etiam
ad regendum in compoſitione morū/ in correctione/ ⁊ pfe=
ctione eius: nec leuis cura/ ⁊ modicum eſt onus cura mu=
lieris vnius. Sexta ex fructu prolis ad dei cultum nutrien
de. Septima ex ipſo ſacramento/ id eſt ſacre rei ſigno. Eſt
em̄ ſignū cōiunctionis xpi ⁊ eccleſie/ xpi ⁊ fidelis anime/ xpi
⁊ beatorum patrie. He ſunt ſanctificationes de quibus videt
loqui apl's. j. theſſa. iiij. Hec eſt voluntas dei ſanctificatio
veſtra: vt abſtineatis a fornicatiōe: vt ſciat vnuſquiſq; ve=
ſtrū vas ſuū poſſidere in ſanctificatione/ ⁊ honore. non in
paſſione deſiderij ſicut ⁊ gētes que ignorant deū. Non em̄
vocauit vos deus in immundiciam: ſed in ſanctificationē
in ieſu chriſto domino noſtro.

¶ Cap. viij. de penitētia. ⁊ p̄mo de ꝯtritiōe
C penitentie ſacramento: cuius tres ſunt
partes ſecundum Chriſoſt. contritio/ con=
feſſio/ ⁊ ſatiſfactio. Primo videndum eſt de
origine contritionis. Secundo de conditio=
nibus cōtritioni neceſſarijs. Et tertio de ef
A fectibus contritionis. ¶ Quantum ad p̄mū



notandum primo: ꝙ ſm magiſtrū di. xvij. iiij. Cōtritio eſt do
lor voluntarie aſſumpt⁹ ꝓ peccatis cum ꝓpoſito confiten=
di ⁊ ſatiſfaciendi. Dicitur primo aſſumpt⁹. Oportet em̄ in
contritione que communiter habetur precedere quedā. ſe=
cus de priuilegiata: vt in latrone/ magdalena/ ⁊ paulo. vbi
deus fontem miſericordie aperuit/ vt fieret ſubito quod in
alijs paulatim. Sicut em̄ ſanauit quoſdam ſubito xps. ali=
os quotidie ſanat ſucceſſiue mediante curſu cōmuni. ſic et
in aīabus fecit vt Tho. dicit contra gentiles. Secūdo di=
citur voluntarie: non coacte. ꝓpter hoc periculoſum eſt in
extremis primo penitere. vt habes ſupra ca. vi. Tertio dici
tur dolor/ ſcʒ qui ſit diſplicibiliter maior cuiuſcunq; priua=
tione citra deum. Et hic dolor eſt voluntatis. nec oportet
neceſſario ꝙ ſenſualit' doleat. Unde ſtat ꝙ ꝓ patre mortuo
ſenſibiliter plus doleat: nō intellectualiter: ⁊ gaudeat pec=
cator de dolore tali. Sed q̄diu dolebit: Rn̄. ſemp/ id eſt qn̄
recolit ſe male feciſſe. Quarto cum propoſito cōfitendi ⁊ ſa
tiſfaciendi. Secūdo notandū ſm Bonauen̄. ꝙ quinq; ſunt
preambula contritionis vt plurimū. Nā penitentia actua=
lis que eſt immediata diſpoſitio ad gratiam oritur ⁊ inci=
pit ſm ordinē. Primo a fide cuius act⁹ prim⁹ eſt quo homo
cognoſcit/ ⁊ credit dei bonitatē/ ⁊ iuſticiā. ⁊ ꝙ illi diuine bo
nitati diſplicet omne peccatū. ⁊ ꝙ diuina iuſtitia peccatis
ſic offenditur: ꝙ nullo modo dimittit inultum. conſequen=
ter ꝙ homo cognoſcit ſe mala cōmiſiſſe/ ⁊ dei offenſam in
cidiſſe per iuſtitiam ſoluendam. Secundus eſt actus timo
ris ſeruilis quo timet ſe eternaliter miſerū futurum ꝓpter
peccatū. ⁊ retrahitur iſto modo a pctis ꝓpter metū gehen
ne. in quo timore quis ſi ſolū maneret deſperaret. Ideo ter
tius eſt act⁹ fidei quo credit deū tā infinite miſericordem:
vt ad verā penitētiā remittat omnem offenſam: ⁊ in amicū
dei recipiat penitentem. Quart⁹ eſt actus ſpei de venia cō
ſequenda ꝓpter dei miām/ ⁊ bonitatem. quib⁹ parat⁹ eſt in
dulgere/ ⁊ in amicitiā reaſſumere penitentem. Quintus eſt
ꝓpoſitum emendandi vitā/ ⁊ reuertendi ad deū/ ⁊ ſe ei con
federandi/ ⁊ ſatiſfaciēdi p gemitū/ ⁊ cōfeſſionē ⁊ ſatiſfactio
nē. Et hec oīa innuūtur Luce. xv. p filium ꝓdigū. Primum
ibi. dicā illi ſcʒ patri. Pater peccaui in celū ⁊ corā te. Secū
dum ibi. Jam non ſum dign⁹ vocari filius tuus. Tertiū ibi.
Et ſurgēs/ qđ non feciſſet niſi de patris clementia p̄ſum=
pſiſſet. Quartum etiā ibidē: vicʒ ſurgens. Quintum ibi. ve=
nit. Et ſic ptʒ ꝙ pnīa incipit a timore ſeruili. ⁊ vt videbitur
terminat' in amore filiali. Juuat aūt ad p̄ncipium cōtritio
nis mala conſiderare q̄ facit petm̄ mortale p̄cipue: de quo
in principio libri habes de tranſgredientib⁹ p̄cepta ca. j. D

B ¶Quo ad ſecundum notādū ſm magiſtrum in.iiij.in pluri
bus di.de penitentia.⁊ Tho.⁊ Sco.ꝙ ad habendā cōtritio
nem/vel diſpoſitionē ſufficientē ad eandē ꝓ deletione oīm
pctōrum mortaliū exigunt plura.Primo diligens diſcuſſio
cōſcientie/⁊ diſtincta p̄cogitatio oīm peccatoꝝ mortalium
de quibus homo non eſt prius ſufficienter contrit⁹/⁊ cuiuſ=
libet eoꝝ cū circunſtantijs aggrauantib⁹:maxime cū circū
ſtantijs in aliud genus mortalis pcti trahentibus.Habeat
autem ad memorandnm diligentiam ſicut dicet cap.ix.F.
⁊.cap.xij.F. Ut probat magiſter in.iiij.diſtin.xvj.⁊ per Au
guſti.lib.de vera ⁊ falſa penitentia. Et ad minus in pri=
ma contritione/id eſt attritione/⁊ preparatione ad con
tritionem exigitur vt doleat de ſingulis que memorie oc=
currunt mortalibus et etiam de ſingulis eorum circun=
ſtantijs que peccati ſpecieꝫ mutant/id eſt in aliud genus
peccati mortalis trahunt.de quibus circunſtantijs clari=
us dicetur in materia confeſſionis.Ratio dictoꝝ eſt:qꝛ opꝫ
(vt in ſequēti membro dicet)de ſingulis deteſtationem ſpe
cialem habere:memorie ſaltē occurrentib⁹.Unde p̄ceptum
eccleſie.Omnis vtriuſqꝫ ſexus.lib.v.de pe.⁊ re dicit:omnis
vtriuſqꝫ ſexus fidelis:poſtq̄ȝ ad annos diſcretionis perue=
nerit:oīa ſua peccata ſaltem ſemel in anno fideliter cōfitea
tur.De hoc ezechias rex ait Eſa.xxxviij. Recogitabo tibi
C oēs annos meos in amaritudine anime mee. ¶Secūdum
eſt diſplicentia/ſeu deteſtatio ſinguloꝝ mortaliū peccatoꝝ
ſuoꝝ/quoꝝ in predicta p̄cogitatione poterat eſſe memor.
eſt autem deteſtatio iſta nolitio/qua penitens nollet ſe il=
la ſua p̄terita peccata feciſſe: aut eſt volitio conditionalis
qua vellet ſe non peccaſſe/ſi eſſet ſibi poſſibile:aut optati=
ua vt vtinam nō peccaſſem ita contra deū.ꝙ aūt ſingula q̄
memorie occurrunt oporteat in ſpeciali deteſtari hoc ptꝫ
ī Ezech.xviij.vbi deus tradidit modū iuſtificandi impiū di
cens. Si impius egerit penitētiam ab oīb⁹ peccatis ſuis q̄
operat⁹ eſt/⁊ cuſtodierit vniuerſa p̄cepta mea/ſcꝫ propoſi=
to.⁊ fecerit iudiciū/id eſt ſcrutiniū ſuper commiſſis.⁊ iuſti=
tiā.i.exterius effectualiter cuiqꝫ quod ſuuꝫ eſt tribuendo.
deo/ſibi/⁊ proximo:vita viuet ⁊ non morietur. Ideo vult apl's
i.Corin.xj.vbi dicit.probet aūt ſeipm hō:⁊ ſic de pane illo
p̄s. vi. edat. Idem vult glo.ſup illud p̄s. Lauabo per ſingulas no
ctes lectū meū.per ſingulas noctes intelligere debem⁹ ſin=
gula pctā ſup q̄b⁹ ſingulariter flere debemus ad hoc vt la=
uet lectus noſtre conſciētie.Ratio eſt. qꝛ per ſingula pctā
mortalia facta eſt ſpecialis auerſio ab īcommutabili/deo
qua rei mutabili homo adheſit. Item contritio per confeſ=
ſionē explicatur:ſed oportet de ſingulis mortalibus cōfite=



ri:igitur etiam oportet veraciter de ſingulis conteri.Et li=
cet illud ab omnibus ſit faciendum:eſt tamen ſingulariter
neceſſarium iſtis qui adhuc aliqua malitia ita infecti ſunt
vt illam vix vel non dimittere proponāt. Indigent hi tan=
diu lamentari:quo dum per dei gratiā de omnibus doleāt.
Concordat prefatis Tho.in.iiij.di.xvij.dicens. quantū ad
principium contritionis/id eſt quantū ad attritionem qua
homo cogitat de peccato ⁊ dolet/⁊ ſe preparat ad cōtritio=
nem:opꝫ ꝙ ſit deteſtatio de ſingulis peccatis:q̄ quis in me
moria habet adhibita diligentia ad memorandum ⁊ inue=
niendum ea.Quantū vero ad terminum cōtritionis/ſcꝫ qn̄
ipſa diſplicentia formatur charitate/⁊ fit contritio:tūc ſufficit
ꝙ fiat vna cōmunis de omnibus ſimul. ¶Tertium requiſi D
tum eſt vna generalis deteſtatio oīm peccatorum ſuoꝝ tā
oblitoꝝ q̄ȝ ignoratoꝝ:que peccator cōmiſit ⁊ non ſciuit:⁊ ad
huc neſcit ꝙ fuerūt peccata.Pro intellectu aūt oblitorum
pctōrum notandū ſecundū Thom.ꝙ obliuio de aliquo po=
teſt eſſe dupliciter.Uno modo ſic ꝙ totaliter a memoria ex
ciderit:⁊ ꝙ homo non poſſit illud inquirere nec memorari.
Alio modo ſic ꝙ partim a memoria exciderit:⁊ partim re=
manſerit.Sicut cum in generali recolo me aliquid audiuiſ
ſe:ſed neſcio in ſpeciali quid fuerit.Et tunc requiro in me=
moria ad cognoſcēdum ⁊ reminiſcendum. Sic etiam dici
tur aliquid eſſe oblitum dupliciter.Uno modo ſic ꝙ in gene
rali maneat in memoria:ſed non in ſpeciali. vt cum homo
recolit ſe vnum vel plura commiſiſſe. ⁊ neſcit q̄/videlꝫ an
ſuperbia/an auaricia/vel luxuria/vel gula. Et tunc debet
hō cum diligentia recogitare vt inueniat peccatū in ſpecia
li.quia homo tenetur de quolibet ſuo mortali memorato in
ſpeciali conteri ſpecialiter.Si aūt inuenire nō poteſt: nec
in particulari memorari:tunc ſufficit de eo conteri ſm ꝙ
in memoria continetur:ſcilicet dolere ꝙ commiſit quoddā
mortale de quo non eſt memor. Et debet non ſolum ſic in
generali dolere de quodam peccato commiſſo ⁊ oblito:ſed
debet etiam cum hoc dolere de obliuione que ſibi ex negli
gentia ꝓpria contigit. ¶Alio modo poteſt peccatum eſſe E
oblitum:ſic ꝙ ipſum omnino a memoria excidit:nec aliquā
de eo habet notitiam/etiam adhibita ſufficienti diligentia
⁊ tunc non tenetur homo de eo cōteri in particulari. quia
impotētia excuſat eū a debito.⁊ ſufficit generalis contritio
de omni eo in quo deū offendit.Et dicit bonauē. ꝙ penitēs
non debet de oblitis cōteri in gn̄rali ſub ꝯditione.vt ſi deū
in aliquo peccato offendit:ſed debet de eis conteri ſub ꝓba
bili eſtimatiōe.dꝫ em̄ ꝓbabiliter ⁊ veriſimilit eſtimare ꝙ in
multis offēdit deū ⁊ ſic ex hac eſtimatione doleat ac ſi cer=

tus eſſet: tūc eſt vere contrit⁹ de eis. ⁊ dimittunt̄ ſibi illa obli
F ta ſicut cognita que deteſtatur ī particulari. ¶De ignoratis
vero peccatis quomō ſit conterendum: vbi vcꝫ quis peccauit
ſed neſcit ea fuiſſe peccata. Notandū primo ſm̄ tho. in. iiij. di
ſtin. xxj. ꝙ ignorantia eius qđ quis ſcire tenetur non excuſat
eum. qꝛ ipſamet ignorantia eſt peccatum. Vn̄ cum aliquis nō
confitetur pctā ꝓpter hoc qꝛ neſcit ea eſſe peccata: ⁊ ſuo mo-
do videtur ſi non conteritur de aliqbus peccatis propter hoc
qꝛ neſcit ea eſſe peccata. ⁊ potiſſime ꝓpter ignorantiaꝫ iuris
diuini/ tunc non excuſatur: alꝯ heretici excuſarentur qui ali-
qua pctā in quibus ſunt neſciunt eſſe pctā. Et etiam excuſa-
rentur ſimplices: qui ex negligentia/ aut ex deſidia ignorant.
⁊ qꝛ ignorata ex negligentia ſciuntur ꝑ diligentiam: ideo te-
netur homo facere qđ in ſe eſt vt pctā ſua cognoſcat quaten⁹
de eis conteratur confiteatur ⁊ ſatiſfaciat. Et ſi queris ꝑ qua
lem diligentiam ſit repellenda ignorantia: Rn̄det criſoſto. ſu
per math. omelia. xxxix. Si velles ſcripturarum ingredi veri
tatem: nūc potireris orationibus: nūc quereres in ſcripturis
nunc pulſares bonis operibus/ nūc interrogares ſacerdotes
G nunc iſtos: nūc illos. ¶Ex qbus ſm̄ bonauen̄. ſup. iiij. ⁊ Guil
ler. pariſien̄. de fide ⁊ legibus. elicicitur ꝙ quatuor ſunt iu-
uantia contra ignorantiam. Primo tenetur quis diſcere ſalu
taria ſibi. Et hoc ꝑ verbi dei attentam audientiam: ꝑ librorū
ſacre ſcripture diligentem lectionem/ ⁊ ꝑ cordialem medita-
tionem. Debet em̄ quilibet ſm̄ ſtatus ſui exigentiaꝫ talibus
intendere: nō ſolum in quadrageſima/ ſed etiam in om̄i die fe
ſtiuo: cū ad hoc ſit iſtitutus. Si em̄ per alios dies temporali
bus intendis: cur non in die feſto legi dei intenderes? O ſi q̄
prefata feciſſent: quanta iam ignorata didiciſſent. Secundo
exigitur vt qs frequenter conuerſetur cuꝫ bonis hominibus
de rebus loquatur ſalutaribus/ ⁊ querat de eis que ad dei ꝑ-
H tinent honorem ⁊ ſuam ſalutem. ¶Tertio caueat a peccatis
que iam cognoſcit. ⁊ ſi incidit ſtatim cōteratur: alꝯ ſm̄ Gre.
pctm̄ qđ ꝑ penitentiam nō deletur/ mox ſuo pondere ad aliud
trahit pctm̄/ ⁊ lumen rationis cecat. vt probat magr̄ in. ij. diſ.
xxxvj. Unde Roma. j. enumeratis quibuſdam peccatis ⁊ ne-
gligentijs: dicit/ propterea tradidit illos deus ſcilicet philo-
ſophos in paſſiones ignominie/ qui deum cognoſcentes/ non
ſicut deuꝫ glorificauerunt. Quartum eſt vt quis crebro deuo
tis orationibus deum et ſanctos inuocet: quatenus eum de
neceſſarijs potiſſime dignetur illuminare. qꝛ omnis ſapiētia
a domino deo eſt. Sic ſanctus thom̄. fuit illuminatus a deo:
⁊ etiam ab apoſtolis de quodam dubio inſtructus. hoc enim
faciendo plurima quis diſceret. De hoc etiam reperies in-
I fra precepto. ix. capitu. iij. k L. ¶Ad propoſitum igitur quan



do quis incipit ſcđm Bonauen̄. ſuper. iiij. cognoſcere pecca
ta que prius ignorabat tūc tenetur de eis in particulari cō
teri/ ⁊ cum hoc conteri de ignorantia ſua que ſibi ex ſua cul
pa euenit. ⁊ debet iſtam ignorantiaꝫ emendare ꝓ poſſe. alꝯ
non videtur eſſe verus penitens/ qn̄ eſt de neceſſarijs ad ſa
lutem. Quādiu aūt ignorat aliqua peccata debet de eis cō
teri in generali: vt quando homo dolet in communi de om-
ni dei offenſa per ipſum commiſſa: doleat etiam in genera-
li de omnibus peccatis oblitis. Et poſtq̄ hō contrit⁹ eſt in
ꝑticulari de omnib⁹ ſibi cognitis ⁊ etiam de omnib⁹ oblitis
in gn̄ali: tunc debet homo eſtimare veriſimiliter ſe etiam in
multis offendiſſe deum q̄ ignorat/ ⁊ non noſcit eſſe peccata.
Et de talibus dꝫ conteri in generali: ⁊ cuꝫ hoc de ſua culpa
bili ignorantia ſeu craſſa: ⁊ pro talib⁹ humiliter veniam ꝑ-
cetur. hoc docet lex dei in Pſalm̄. Delicta qs intelligit. gl. ps. xviij.
q. d. nullus oīa. Ideo additur/ ab occultis ⁊c. ⁊ ab alienis ꝑ
ce ſeruo tuo. Et alibi. Delicta iuuētutis mee/ ⁊ ignorātias xxiiij.
meas ne memineris domine. ¶Sed quereres quāt⁹ dolor K
ſeu quāta diſplicentia exigitur ad contritionē: Rn̄. ſm̄ tho.
duplex eſt dolor contritionis. Un⁹ in voluntate. ⁊ eſt ipa cō
tritio met/ ſeu diſplicētia peccati: ⁊ debet eſſe maior de pec-
catis q̄ qcunqꝫ deliberatus dolor: aut quecūqꝫ volitio eiuſ
dem voluntatis de quacūqꝫ tꝑali re: quia plus voluntas de
bet deteſtari peccatum: qꝛ contra deum/ q̄ nolit quodcūqꝫ
damnū in alijs rebus: maxime quando homo de vtroqꝫ de-
liberat/ ⁊ ea adinuicem cōparat: deus em̄ debet ſuꝑ omnia
placere cum alia omnia finaliter ſint in ipm̄ ordinanda. Et
ideo peccatum qđ ab eo auertit/ ⁊ eum offendit: debet ſuꝑ
omnia diſplicere. Ideo Hiere. vj luctum vnigeniti fac tibi.
vbi glo. dicit: docet penitentē qđ facere debeat. Nam pctōr
non hꝫ niſi vnam aīam ⁊c. Et alia glo. nihil dolentius mor
te vnigeniti Et ita ſm̄ rationem et voluntatem nihil debet
eſſe deteſtabilius ⁊ magis nolitum q̄ peccatum. Et addit
Thomas. ⁊ dicit ꝙ etiam in caſu in quo oportet hominem
peccare mortaliter: aut mori: aut aliam quamcūqꝫ penam
tolerare: tenetur homo in tali caſu omnem penaꝫ preelige-
re: ⁊ potius ſuſtinere/ q̄ peccare mortaliter/ aut q̄ velle pec
caſſe/ ⁊ habere voluntariam/ ⁊ deliberatam complacentiā
in mortali peccato preterito. Tamen quando non imminet
talis caſus neceſſitatis/ tunc nullus eſt de hoc temptādus
eo ꝙ homo non ſcit de facili affectus ſuos regere/ aut men
ſurare. Bonauen̄. etiam dicit ꝙ magnum eſt periculum/ et
ſtultitia ab aliquo infirmo/ id eſt in virtutibus imperfecto:
vel etiā a ſeipſo hoc querere: ſcilicet an vellet mori aut quā
cunqꝫ penam ſuſtinere: vel mortaliter peccare: quia hoc eſt

ſe vel alium temptare:⁊ a nullo penitente debet confeſſor
hoc querere: ſed ſi ſpōte quis illud dicit:ſignum eſt magne
penitentie. Alius eſt dolor ſenſibilis in parte ſcilꝫ ſenſibili:
⁊ talis non eſt neceſſarius ad contritionem ꝓ mortalibus.
Primo quia nō eſt ſemꝑ in poteſtate nr̄a. Secundo qꝛ ſicut
peccatū ꝑ actum voluntatis ſufficienter naſcitur. ita ꝑ ac-
tum voluntatis/ vꝫ ꝑ deteſtationem peccati voluntariam:
que eſt eſſentialiter contritio ſufficienter tollitur ſine dolo
re ſenſibili pctm̄: laudabilis tamen eſſet/ ſi haberet mode-
L rate. ¶ Quartum reqſitum ad contritionem eſt/ vt hō ceſſet
a mortalibus:⁊ vt etiam habeat ꝓpoſitum ſibi cauendi pro
futuro:non ſolum de pctis cōmiſſis de qbus nunc dolet:ſed
etiam de omnibꝰ mortalibus:⁊ occaſionibꝰ propinquis:rōe-
ne quoꝝ veriſimiliter eſſet poſtea iterum caſurus in morta
le:patet illud ꝑ diffinitionem penitentie Greg. que eſt/pec-
cata ꝓterita plangere : ⁊ plangenda iterum non cōmittere/
id eſt habere ꝓpoſitum non ea ampliꝰ cōmittendi. Ad idꝫ
eſt magiſter in. iiij. diſtin. xv. ⁊. xiiij. Ratio ꝓpoſiti iſtius eſt:
qꝛ ſi homo non haberet tale ꝓpoſitum nullum mortale ſcꝫ
cōmittendi:tunc haberet voluntatem alicuiꝰ vel cōplacen
tiam mortalis peccati. dicit em̄ Augu. libro de vera ⁊ falſa
pnīa Scio deū inimicū om̄i criminoſo. Quō ergo qui vnūꝫ cri-
men reſeruat:de alio recipit veniam: Nā luce. xiij. ⁊ Johā.
vij. totum hominē ſanum fecit in ſabbato. Ex nullum demo
nem in eo reliqt qui legionē habuit Luce. viij. Ex quo pꝫ ꝙ
non conteritur q̄ odium graue contra ꝓximum retinet. Itē
qui occaſiones certas pctōꝝ vitare non ꝓponunt: vt cōcu-
binas/ vſuras/ ⁊ hmōi. Item q̄ nolūt reuocare ſeductos ma
lis conſilijs/ ⁊ moribꝰ ꝑ eos/ aut diffamatos iniuſte. Quin-
tum reqſitum eſt ꝓpoſitum confitendi ꝓ loco ⁊ tpe ſm eccl'e
ꝓceptū oīa ſua mortalia prius non confeſſa. ⁊ de qbus priꝰ
non eſt legitime abſolutꝰ. ⁊ etiam ꝓpoſitum ſatiſfaciendi
M deo pro iſtis pctīs. ¶ Sextū reqſitum eſt motus liberi arbi
trij in deum qui videtur eē maxie dei dilectio ſuꝑ oīa. Ratio
eſt ſm tho. in. iij. ꝑ. q. lxxxv. Quia talis dilectio dei eſt cauſa
deteſtationis pctōꝝ finaliter ꝓpter deum/ ⁊ inquantū ſunt
dei offenſiua/ ⁊ contra honorem ipſius facta. vt ſtatim pate
bit. De hoc etiaꝫ habes infra. c. xj. ꝓxīi ꝓcepto. h. Septimū
requiſitum eſt vna generalis deteſtatio omnium peccatoꝝ
mortalium. Ad veram em̄ penitētiam requiritur (dicit tho.
ibidem) ꝙ hō deſerat pctm̄ inquantū eſt contra deū. Et poſt
pauca ſubdit: Si em̄ diſplicet homini aliqđ peccatum eo ꝙ
eſt contra deum ſuꝑ omnia ſibi dilectum/ quod reqritur ad
rationem vere penitentie: tunc etiam diſplicent ſibi omnia
pctā mortalia. Ideo magiſter in. iiij. diſtin. xxj. beatū augu.



allegando dicit. Arbitrij libertatem querit deus nō neceſſi-
tatem. charitatē:⁊ nō ſolum timorem. ⁊ ſubdit:oportet nō ſo
lum timere iudiceꝫ:ſed ⁊ diligere. ergo oportet ꝙ homo deū
ſuper omnia diligat/ ⁊ ꝙ actualis dei dilectio ſit ſibi cauſa/ ⁊
eū moueat vt deteſtetur peccatū finaliter propter deum. ſcili
cet inquantū eſt dei offenſiuum/ ⁊ contra eius honorē. ¶ Ex N
quo patet: ꝙ ſi homo peccata ſua deteſtetur ſolum. quia ſunt
oppoſita virtuti morali. aut ſolū qꝛ reddunt eū indignū/ ⁊ et vi
tuperabilem: qualiter etiā philoſophi cognouerūt deteſtan-
da eſſe peccata: aut ſi ſolū deteſtaretur ea propter timorē pe-
ne/ amiſſionis vite eterne inquantū illud eſſet ſibi ad incom
modum ibi ſiſtendo: ſine vlteriori relatione in deum: tunc ho
mo ſolū quereret ſuū cōmodū/ ⁊ fugeret ſuum incōmodum. ⁊
nullo modo quereret deū/ ⁊ illius honorē. cōtra illud apl'i. j.
Corinth. x. Siue mādu catis/ ſiue bibitis ⁊c. nec talis deteſta
tio eſſet actus virtutis. qꝛ non circūſtantionata debito fine.
et ꝑ ꝯſequens nō formaretur gratia/ nec fieret cōtritio. ideo
nullū tolleret peccatū. immo ipſa eſſet viciū ⁊ actuale pecca
tum: qꝛ circūſtantionata indebito fine: ⁊ ꝑ cōſequēs etiā non
eſſet attritio vera/ que de congruo meretur gratie infuſionē/
⁊ peccatorū remiſſionē. ſꝫ eſſet actualiter offendens ⁊ ita me
reretur penā. Exēplū primo de anthioco de quo. ij. Mach. ix.
qui de pctō qđ cōmiſit in dei fideles/ nō eſt a deo miām conſe
cutus. qꝛ vt dicit Thom̄. veniā fuiſſet aſſecutus ſi vere peni-
tuiſſet: non autem vere penituit. quia non ex amore iuſtitie
de peccatis cōmiſſis dolebat: ſed ex timore pene quam expe-
ctabat/ vel ex dolore pene quā ſuſtinebat. Sic demōes ⁊ dā-
nati omnes penitētiam agūt magnā pro pctis non quia deū
offenderūt: ſed qꝛ incōmodū eorū maximū eſt. Sed licet iſta
ſeptē puncta ſint probabiliter ex doctoribꝰ ſacre theologie di
cta: tn̄ q̄ de talibus preſertim de prima. ij. ⁊. vij. conditionibꝰ
vult predicare/ caueat ne populum ſcandaliſet/ vel deſpera-
re faciat: ſed more prudentis medici ⁊ ſecundū paſtorale bea
ti Grego. caute loquatur: ita vt duros ⁊ diſſolutos terreat et
emolliat: puſillanimes autem deſperare de venia nō faciat. O
¶ Quantum igitur ad tertium principale quando homo per
illa ſeptem ſupradicta ſe preparauit: et deuenit ad iſtam
vnam generalem omnium ſuorum mortalium deteſtationeꝫ
bene circunſtantionatam: maxime circunſtātia debiti finis
ſecundum dicta. et quando huiuſmodi deteſtatio eſt ſatis
magna pro totꝰ ⁊ tantis peccatis: tunc mox informatur cha-
ritate: ⁊ fit cōtritio. ⁊ in eodē inſtanti deꝰ multa bona confert
penitēti: nō ex valore cōtritionis ꝓciſe ſeu attritiōis: ſꝫ prop
ter meritū paſſionis xp̄i: qꝛ incipit iam aliquo modo vnire ſe

chriſto ꝑpter quā vnionē paſſio ⁊ meritū xp̄i ſibi ſuffragat
per modū influxus ſm Tho.in.iij.parte. Non inquā ex va
lore cōtritionis preciſe:q2 breuis ⁊ parua eſt ⁊ nō ſufficiēs
ſatiſfactio pro peccato mortali/qđ eſt aliquo modo īfinite
malitie:eo ꝙ per ipſum infinitū bonum contēnitur. Sed di=
mittit pctā ⁊ alia bona cōfert:ꝑpter meritū xp̄i:q̄ ſua paſ=
ſione meruit nobis ꝙ quādo homo in fide xp̄i ⁊ ꝑpter deū
deteſtatur pctā ſua ſm modū premiſſum:tunc de⁹ dimittit
ea ꝑpter hoc ꝙ filius ſibi dilectiſſim⁹ pro pctis iſtis ſicut ꝓ
oībus alijs mortuus eſt ⁊ deo patri hoſtiā ſe obtulit plus
(ſm Anſel.cur de⁹ homo) deo placentē:ꝗ̄ peccatū ſit ma=
lum ⁊ nociuū. Sunt aūt effectus cōtritionis ſeu bone attri
tionis etiā anteꝗ̄ quis cōfiteatur actu. Primo ſm xp̄i exē=
plum. Luce.xv. Oīa peccata mortalia penitēti in inſtāti di
mittūtur.⁊ pater celeſtis ei tanꝗ̄ filio ꝓdigo reuertēti mi
ſericordia mot⁹ occurrit/ei eternā penā in tēporalē cōmu=
tando. Scđo amicus dei efficitur:ita ꝙ iniquitatū ei⁹ am=
plius nō recordetur ad irā. ſm Ezechie.xviij.qđ ſignificat
oſculū patris. Tertio gratia/charitas/⁊ cetere virtutes in
baptiſmo infuſe/⁊ ꝑ peccatū perdite:aīe infundunt. Et hec
eſt ſtola prima. Quarto heres eterne patrie efficitur/q̄ he=
reditas per fidei anulū in baptiſmo datur ei.⁊ nunc fides
charitate formata certa eſt de eterna felicitate. Quīto oīa
opera viua olī ⁊ mortificata per peccata reuiuiſcūt: velut
P calciamēta pedes affectum ammodo munient. ¶ Prefatas
ſeptem cōditiones vere cōtritionis breuius perſtringens
cancella.pariſieñ. Joh.de gerſo.in tripertito ſuo inter cete
ra ſic dicit. Sciēs miſericordiſſimus pater deus/⁊ cogno=
ſcens noſtrā fragilitatē permaximā ⁊ ad malū pronitatem
multiplicibus vijs mortali vita durante/paratiſſim⁹ eſt no
bis delicta remittere/⁊ gratiā cōferre:ſi dūtaxat veraciter
⁊ ex corde perfecto tres ſibi ſubſcriptas veritates fideliter
porrigamus. Prima veritas.dñe ſic/vel ſic contra tuā bo=
nitatem peccaui qđ mihi diſplicet ratione cui⁹ penitentiaꝫ
ago:q2 te offendi qui totus es venerādus ⁊ colendus:qđꝙ
mandatū tuū trāſgreſſus ſum. Secūda veritas.dñe bonuꝫ
habeo ꝑpoſitū/⁊ deſideriū tuo iuuamine mediāte mihi in
futurū precauēdi/ne incidā in peccatū:⁊ occaſiones iuxta
poſſibilitatē virium euitādi. Tertia veritas.dñe bonā ha=
beo volūtatē pctōꝝ meorū cōfeſſionē integraliter faciēdi ꝓ
loco ⁊ tēpore:ſm tuū ⁊ ſancte matris eccl'ie mandatū ⁊ p̄=
ceptū. Has veritates ſi aliquis qualicūꝗ̄ loco ⁊ tp̄e ſince=
riter nō ficte/aut mēdaciter ex corde ꝓnūciauerit:ſecurus
exiſtat ſe ī ſalutis ⁊ gratie ſtatu cōſiſtere ⁊ vitā eternā me
reri:ꝗ̄uis oīa crimia cōmiſiſſet. Si etiā talis abſꝗ̄ alia cō=



feſſione cōtinuo decederet in abſentia ſacerdotis:dormien
do/aut alio quouiſmō morte ſubita preuētus:idē finaliter
ſaluaret acerbiſſima pena purgatorij mediante. ¶ Ex quo Q
notandū ⁊ ſalubre conſiliū elicit vt xp̄ianus q̄libet ſingulis
diebus bis aut ſemel:ſero ⁊ de mane/aut ſaltē feſtis dieb⁹
redeat ad cor ſuū conſcientiā examinās:an tres premiſſas
veritates p̄ferre valeat cū cordis ſinceritate.⁊ ſi ſic/tūc in=
tra ſtatum ſalutis ſe eſſe cōfidat.ꝙ ſi eas pura mēte fateri
nō valet:obſtāte volūtate peccādi:qua actualiter delectat
aut iniquo ꝑpoſito quo quis occaſiones peccatorū vitare
renuit:queadmodū illi q̄ pctis carnalib⁹ merſi reſurgere
nolūt.aut vſuras ſuas/aut iniuſtas mercationes/⁊ lucra
continuāt/vel iniuſte retinēt alienū.quiꝗ̄ alteri⁹ odio/vel
vindicte deſiderio flagrātes in nocēdi ꝑpoſito perſeuerāt
certiſſime ſciāt hi ⁊ cōſimiles nō ep̄m/aut papā eos abſol=
uere poſſe/quanꝗ̄ talibus ſalutare cōſilium detur:vt ꝑ ſe=
ipſos vel alios bona que poterūt operētur:orādo vel ele=
moſinas dando ꝙ deus eoꝝ corda illuminet/⁊ ad bonū di=
rigat/⁊ cōuertat. Hec cācel. ¶ Sed quomō cōtritio eſt habē R
da de venialibus: Rñ. Tho.in.iiij.diſt.xvij.ꝙ ad deletionē
venialiū nō exigitur actualis cōtritio de oībus.nec ſufficit
habitualis cōtritio pro deletione omniuꝫ ſemꝑ: ſed ſufficit
media cōtritio ſcꝫ quorūdā diſplicētia in ſpeciali:niſi quis
in deū feruide ferret. vbi ꝓtūc ſibi implicite oīa ſua diſpli=
cerent venialia. Tñ oportet ſemꝑ ꝙ animus nec implicite/
nec explicite illi veniali īhereat quod ſibi vult dimitti: al's
voluntas curua eſſet. Hec intellige ad reatum peccati. ſed
de pena plus ⁊ minus dimittitur:ſm ꝙ plus dolet/⁊ apti⁹
deuotum remedium ſuſcipit:vt aquam benedictam/ diſci=
plinam/⁊ alia huiuſmodi.

## ¶ Cap.ix. De confeſſione.

COnfeſſio eſt ſecunda pars penitentie: de qua
tria ſunt vidēda. Primo quis eius fruct⁹/ ſeu
effectus. Secūdo quomodo quibus ⁊ qualiter
ſit cōfitendū. Tertio de cōfeſſionis generalis
effectib⁹ ⁊ ꝓprietatib⁹. ¶ Quantū ad primuꝫ
notandū ſm Tho.⁊ Sco.⁊ Boñ.diſt.xvij.iiij.ꝙ
nouē effectus ſunt cōfeſſionis/⁊ ſacramētalis abſolutiōis.
Primus eſt magnū meritū cōfitentis/⁊ fuga tranſgreſſiōis
iſtius precepti.de quo in hoc precepto chriſtus ait Johā.
xx. Quorū remiſeritis pctā:remittūtur eis. Obedit etiam
q̄s in hoc precepto eccleſie:quorū preceptorū trāſgreſſio eſt
graue peccatū. ¶ Secūdo valet ad augmētū gratie ſi quis B
prius eā habuit. Tertio valet ad gratie noue infuſionem ſi
ea prius caruit.facitꝗ̄ de attrito contrituꝫ. Si enim dolor

attritionis penitẽtie non fuiſſet ſufficiens diſpoſitio ad cõ
tritionem:tunc cõfeſſio ⁊ abſolutio ei ſuperadiũcte ſupple
rent eius defectũ:dũmodo penitẽs ipſe tunc nõ ponat obi=
cem gratie per commiſſionem actualis peccati mortalis.
Quarto cõfeſſio/⁊ abſolutio infinite longã penam inferni/
et acerbã valde mutant in temporalẽ penam/⁊ purgatorij
⁊ hoc faciunt cõfeſſio/⁊ abſolutio habite in propoſito/ etiaꝫ
anteq̃ꝫ homo cõfiteatur/ſcꝫ quãdo conteritur vere.quia ſic
ante confeſſionem moriẽs finaliter ſaluaret̃. Et qꝛ prefata
pena quãq̃ꝫ ſit finita:tñ ĩproportionata eſt virib⁹ penitẽtis
in hoc mũdo viuẽtis ꝑ vim clauiũ in cõfeſſiõe/⁊ abſolutio
ne/intantũ illa pena ꝑ cõfeſſionẽ ⁊abſolutionẽ minuitur/ꝙ
remanet proportionata viribus penitẽtis:ita ꝙ ſatiſfaciẽ
do poteſt ſe ab ea in hac vita totaliter quis liberare. Idcir
co quinto confeſſio/⁊ abſolutio ſacramẽtalis: improportio
natam hoĩs penam viribus cõtrito debitã:reddit hic pro=
portionatã homini ⁊ per cõſequẽs penã finitam minuit am
plius. Sexto cõfeſſio ⁊ abſolutio etiam penã pro peccatis
debitam propter verecundiã plus minuũt:q̃ꝫ prius fuerit
imminuta. Et ideo quãto plus quis cõfitetur:tãto ſibi plus
pena minuitur.⁊ totiens cõfiteri poſſet:ꝙ oĩs pena ſibi di=
mitteretur per prefata. Septimo cõfeſſio valet ad peccati
cognitionẽ:quãdo fit diſcreto cõfeſſori. Octauo valet ad cõ
ſcientie aſſecurationẽ Unde cum Dauid corã propheta cõ=
fitebatur peccatũ ſuũ:ſtatim audiuit ab eo. Trãſtulit dñs
peccatũ tuũ.ij.Reg.xij.Unde.ij.cor.j.Gloria noſtra hec eſt
teſtimoniũ conſcientie noſtre. Nono ſm Tho.ſpecialem or
natum imprimit faciei anime deo honorificũ/proximo exẽ=
plarẽ/⁊ demoni terribilẽ. ¶ Quantũ ad ſecundũ principale
C de quinq̃ꝫ circũſtantijs ſatis neceſſarium eſt dicere. videli
cet quis/vbi/quãdo/quid/⁊ quomodo ✝ teneat̃ cõfite
ri. Primo quis cõfiteri teneatur: Rñ. ſm ꝓnominatos do=
ctores/ꝙ adultus qui habet vſum rationis.⁊ qui poſt bap
tiſmum ſuſceptũ peccauit mortaliter. Per adultũ autez in
telligit Sco.nõ aliquẽ tãte aut tãte etatis:ſed hoĩem q̃ ha
bet etatẽ ſufficientẽ ad cognoſcendũ q̃d iuſtũ ⁊ q̃d iniuſtuꝫ
contra legẽ dei/⁊ qui pri⁹ inſtruct⁹/⁊ interrogat⁹ ordinate:
ꝑcipit quid iuſtũ ⁊ quid iniuſtũ in lege dei.qđ in vno citius
fit q̃ꝫ in alio. In nõnullis etiã malitia ſupplet etatẽ:ita etiã
põt fieri in nobis. ¶ Sed ſunt quatuor dubia hic. Primum
D quid de muto. Itẽ ſcđo quid de ignorãte idioma certũ: Rñ.
cõiter ſm doctores:ꝙ tales ꝑ ſigna/⁊ nutus cõfiteri poſſũt
nota tam cõfitẽti q̃ꝫ cõfeſſori. Si autez non habentur ſigna
vtriq̃ꝫ nota:tũc fiat per interpretem etiam ſecularẽ/qui ta
cere tenetur ſicut confeſſor principalis. Scoto tamen vide



tur non eſſe neceſſariũ cõfiteri per interpretem:ſed talis q̃
non habet ſacerdotẽ idioma ſcientẽ:habet impoſſibilitatẽ
confitendi homini idoneo.propter quod vt dicit Sco.ſuffi=
cit ſibi cõfiteri deo/cum propoſito iſta peccata cõfitẽdi etiã
ſacerdoti oportunitate oblata. ¶ Tertium dubium nunq̃d E
non habenti ſacerdotẽ preſentem licet mittere/⁊ confiteri
peccata per ſcripturam: Scoto ⁊ ſancto doctori in quolibe
tis videtur ꝙ ſit cõtra rationem cõfeſſionis ſacramẽtalis/
ſcriptura miſſa ſacerdoti abſenti. Tum quia ſcriptura ta=
lis de ſui natura ſemper eſt patula cuicunq̃ꝫ legenti. Tum
quia abſenti tolleretur verecũdia.que eſt etiam pars ma=
xima ſatiſfactionis. Tum etiam propter pericula que ſeq̃
poſſent in reuelãdo peccata. Hoc chriſt⁹ docuit ſumere ſa=
cramentũ vt videtur ſm Augu.⁊ magiſtrũ diſt.xvij.quãdo
Luc.xvij.precepit leproſis vt ſe preſentarẽt ſacerdotibus.
Quarto quid de illo qui nullum mortale:ſed ſolum venia=
le peccatũ haberet: Rñ.ſm multos ꝙ nõ tenetur confiteri
ratione diuini precepti/quod contra mortale ſolum latum
eſt. Sed ratione precepti eccleſie:omnis vtriuſq̃ꝫ ſexus:te=
netur ſm quoſdam. ¶ Secũdo quid tenetur aliquis confi= F
teri: Rñſio ꝙ mortalis peccata cum quinq̃ꝫ conditionibus
vcꝫ omnia mortalia:⁊circunſtantias ad mortale trahẽtes
dubia quedã/⁊quotas mortalium.⁊ſm quoſdam quantita
tem quandam. Mortalia tenemur confiteri que quis prius
non eſt rite confeſſus.⁊ de quibus poteſt habere memoriã
dicit Scotus premiſſa inquiſitione diligẽti ſm poſſibilita=
tem fragilitatis humane. Ratio eſt qꝛ per quodlibet pecca
tum mortale efficitur quis dei inimic⁹:⁊ ſeparatur ab vni
tate quadam eccleſie. Cõfeſſio autem directe inſtituta eſt
vt quis oſtendatur deo ⁊ eccleſie reconciliatus. Item per
omne mortale naufragatur homo.⁊ per tabulam ſecundã
penitentie:poſt baptiſmum ſolum ſalus acquiritur. Sed
etiam dictum eſt mortalia illa cõfiteri quorum poteſt ha=
bere memoriaꝫ: vt tactum eſt. Et dicit Sco.ꝙ homo debet
tantam diligentiã apponere in ſcrutando conſcientiaꝫ ſuã
et inquirendo mortalia a ſe commiſſa:quantam diligentiã
apponeret prudẽs vir circa aliquod multum arduum:qđ
valde eſſet ſibi cordi. Sed conſtat ꝙ hoĩes pro tꝑalibus ar
duis q̃rũt diligẽtiſſime vias/amicos/⁊ media prudẽtiſſime
Unde Auguſt.⁊ allegatur a magiſtro diſt.xvj.dicit. Sit pa
ratus facere pro recuperanda vita anime:que faceret pro
euitanda corporis morte. Et ſubdit:cum gaudio enim face
re debet immortalis victurus:que faceret pro differenda
morte moriturus. Diuturna igitur deliberatio locũ maxie
habet in diu non cõfitẽtibus/⁊ conterentibus raro ⁊ groſſe

viuentibus.¶Oportet etiam omnia memorata / ⁊ ſingula
vni ⁊ eidem confeſſori confiteri. Ratio.quia confeſſio fit ſa
cerdoti loco dei.Sed in contritione omnia ⁊ ſingula deo de
bent oſtendi.ergo ⁊ in confeſſione.Et in caſu quo confeſſor
primus propter caſus reſeruatos nō poſſit abſoluere ab oi
bus:tamen confitens tenet̄ primo confeſſori confiteri om=
nia ⁊ ſingula.⁊ de illis a quibus non poteſt abſoluere con=
feſſor debet eum ad ſuperiorem remittere. Dicitur notan=
ter omnia mortalia.quia ſiue ſint conſenſus ſiue ꝓpoſita/ſi
ue verba/ſiue facta/ſiue omiſſa mortaliter omnia ſunt con
fitenda.Additur vni ex parte confitētis.qui erubeſcere de
bet coram chriſti vicario:que facere non erubuit corā om=
nipotenti deo.Ex parte etiam confeſſoris vt ſciat de ſingu
lis iudicare . ⁊ ſic habemus ꝙ oportet confiteri mortalia
omnia que in memoria haberi poſſunt / ⁊ vni ſacerdoti.
h ¶Oportet etiam tertio confiteri mortalia cū circunſtātijs
aggrauantibus ⁊ in aliud genus peccati mortalis trahen=
tibus.Sicut ſunt ille que ſpeciali prohibitione preceptoria
prohibent̄.Verbigratia accipere alienum ꝓhibetur:ibi.Nō
furtum facies.Sed ſi quis de loco ſacro accepit vel rem ſa
cram:alia ꝓhibitione prohibetur. Ideo oportet ambo con
fiteri/videlicet de furto ⁊ de ſacro loco.Similiter ſi fornica
tus es cum adultera/vel cū moniali/vel conſanguinea : he
circunſtantie in aliam ſpeciem peccati mortalis trahunt:
ergo ſunt cōfitende:Sic forte eſt de hoc ꝙ quis mortaliter
peccat in die feſto:q꞉ ꝑ mortale peccatū plus violat̄ feſtum
ꝙ̄ per opus mechanicum.De hoc habes ca.j.h. huius pre
cepti:precedentia eni̅ mortalia equiualent duobus morta=
I libus.¶Oportet etiam quattuor quotas peccatorum mor
talium dicere que memorat̄ quis:quia quotiens eſt circun
ſtantia.Unde oportet dicere prima vice feci cum talib⁹ cir=
cunſtantijs:⁊ ſecunda vice taliter aut taliter.Oportet etiā
ſm̄ aliquos dicere quantū/vel circunſtantias quaſdā: que
licet non mutent ſpeciem/addūt tamē notabilem qualita=
tem malicie / ⁊ deformitatis: vt in furto multum addit ad
parum.Unde quādo quis tales circunſtantias noſcit ex ſe
vel ex confeſſionis inquiſitione:etiam ſunt cōfitende ſcd̄m
multos.Thomas tamē dicit ꝙ nō oportet. Scotus dicit ꝙ
non eſt certum eas confitendas eſſe:ſed tutū eſt fieri ⁊ vti=
k le.¶Oportet etiam ꝙ quis confiteat̄ peccata que dubitat
an ſint venialia vel mortalia.Quia ſm̄ Bonauē.quādo ho
mo aliquod veniale ſuū credit eſſe mortale:aut dubitat ꝓ
babiliter an ſit mortale aut veniale:⁊ ſic dubitat an confi=
teri teneat̄ aut nō:ſi illud non confiteret̄:tunc exponeret ſe
diſcrimini:⁊ in his que ſunt ſalutis dimitteret partem ſecu=



riorem/quā faciliter conſequi poſſet. Et tho.dicit.diſt.xvij.
ꝙ quando quis dubitat de aliquo peccato an ſit mortale :
tenetur illud cōfiteri dubitatione manente:q꞉ quicquid cō
mittit aut omittit in quo dubitat eſſe peccatū mortale/ pec=
cat grauiter diſcrimini ſe cōmittens:debet ergo cōfiteri rē
prout habet in corde:nō dicendo ſe peccaſſe mortaliter:ſed
iudicium cōfeſſori de hoc relinquendo.¶Tertio aduerten= L
dum vbi vel cui quis cōfiteri teneatur.Rn̄.ſm̄ Tho. in iiij.
diſt.xvij.ꝙ nō omni ſ꞉ ſacerdoti habēti iuriſditionē in cōfi=
tētem . Et ſunt ꝑlati quattuor. Papa habet iuriſditionē in
omnes.Epiſcop⁹ in dioceſanos . Pleban⁹ in parrochianos
ſuos. Et prelatus collegij vel monaſterij/vl' ordinis in ſibi
ſubiectos . Et quilibet ꝑlatoꝝ poteſt poteſtatē ſuam alteri
cōmittere:qui etiā ſm̄ cōmiſſionem poteſt abſoluere.¶S꞉ M
quomodo tenentur ad celationem cōfeſſionis homines : ⁊
etiam ad alia celanda: Rn̄.ſm̄ doctores cōmuniter in.iiij.
diſtin.xxj. ꝙ ſeptē ſunt ſigilla hominē ad tacēdū artantia :
niſi de re aliūde ſciat̄.Primo ligatur ad tacendū cōfeſſor de
peccatis et circūſtantijs: et ꝑſonis in cōfeſſione perceptis .
Secūdo cōfeſſor qui audit cōfitentem a caſu vel a ꝓpoſito/
vel interpretando ſigna muti/vel verba idioma ignorātis .
Tertio quicūq꞉ audit ab aliquo ꝑcedentiū reuelationē cō=
feſſionis adhuc tenetur tacere. Quarto cōfitens qui ex re=
uelatione iniunctionis penitentie probabiliter crederet cō
feſſorem ledi tenetur celare :alioquin verenda patris ſui
nō cooperiēs vl' diſcooperiēs cū Chā maledicitur.Quinto
quando vnus ab alio petit cōſilium/ recōmendās vt hoc ce
let:aut hoc accipit ad celandum:tenetur celare/niſi aliūde
deobligaretur. vt patet infra precepto .viij.ca.iij.D.xiij.c.
Sexto q̄ ꝑcipit ab alio ꝟba / que ſunt ex natura facti talis
materie ꝙ reuelatio noceret: tenetur tacere /min⁹ tamē ꝙ̄
ſi ſe ad hoc obligaſſet.Septimo ſeruus auſcultans a ꝓpo=
ſito vel a caſu ſecretū qđ tractatur in curia dn̄i ſui :tenetur
celare:et ſi frangit ius ciuile grauiter eū punit /et ius diui
num . Octau⁹ modus vocatur ſigillum ſecreti . Et vt dicit
pe .de pa . vbi prius ꝙ omnes talia ſigilla frangentes de
quibus dictū eſt peccant grauiter: niſi aliunde ſciant: vel
ordo correctionis fraterne vel denūciationis: vl' ꝑſumptio
boni viri cui dicitur reuelationē quorūdam de prefatis ali
ter fiendū expoſcant . ¶An aūt poſſit fieri laico confeſſio: N
Rn̄detur ꝙ in nullo caſu neceſſe eſt laico cōfiteri:q꞉ cū cla=
ues nō habeat/nō pōt abſoluere: ſed qn̄ q̄s nō habet ſacer=
dotē: ſufficit ꝓpoſitū cōfitendi.Verūtamē vt dicit magiſter
diſt.xvij.et alij doctores plures: penitens talis in articulo
mortis nō habens ſacerdotem non tenet̄: ſ꞉ pōt cōfiteri ſe=

culari:vt verecũdia ſibi cedat in ſanctificationẽ/et alter ſi=
bi cõſiliari poſſit et vt oſtẽdat ſuũ poſſe facere. Debet etiã
confitens diligenter cauere ne alterius famã ſicut al's etiã
tenetur in cõfeſſione lędat/ manifeſtando ꝑſone alteriꝰ oc=
cultũ peccatũ graue:et infamãs:quã ꝑſonã cõfeſſoꝛ actu co
gnoſcit aut nõſceret veriſimiliter ꝓ futuro: nec cõfeſſori ſci
ſcitanti debet eã patefacere : niſi prius circa iſtam ꝑſonam
ſeruaſſet ſuꝑ hoc formã correctionis fraterne:aut eſſent for
te aliq̃ue cauſe ꝓpter quas etiã extra cõfeſſionẽ poſſet:aut
deberet illi ſacerdoti illas res denũciare:aut al's dicẽs vel
iubens dicere:peccat detrahendo .Et ſi cui ex inaduertẽtia
factũ eſt/aut ex ignorantia debet illud cõfiteri:q2 in ſacra=
mẽto penitẽtie multũ eſt pctm̃ vitandũ.Uñ peccat qui in cõ
feſſione dicit/ vicini mei iſta cõiter faciunt:vel cõmune eſt
peccatum hoc in ciuitate vel in patria mea:vel nos omnes
ſumus tales . ¶Sed diceres:quid ergo faciẽdũ eſt mihi in
O peccato circũſtantionato taliter ꝙ nõ poſſum eius ſpeciem
exprimere niſi aliũ notẽ:vt ſi filia cũ patre peccauit? Rñdeo
ꝙ debet querere aliũ cõfeſſorẽ habentem auctoritatẽ:quẽ ſi
non cõpetenter repperit: petat licentiã alteri ſacerdoti cõ=
fiteri:et ſemꝑ talẽ querat qui nec noſcat aliũ/ nec veriſimi=
liter noſciturus ſit. Et ſi nullũ repperiret q̃n noſceret aliã
perſonã: dicit Bonauẽ. ⁊ Durã.ſi etiã imminet caſus ne=
ceſſitatis: vt q2 ſe putat ſtatim moriturũ : ꝙ famã proximi
quantũ põt debet cuſtodire:ſed magis debet ſuã cõſcientiã
purgare.Thom.in.iiij.diſtin.xvij.q.de cõfeſſiõe.ar.iij.dicit
In caſibꝰ illis q̃n cõfitens ſcit ſacerdotẽ ſuũ hereticũ: aut
ſollicitatorẽ ad malũ aut fragilẽ /qui ad pctm̃ q̃n quis ei cõ
fitetur ſit ꝓnus :vl' ſi reuelator eſſe cõfeſſionis ꝓbabiliter
eſtimetur:vel ſi pctm̃ cõtra ipſum cõmiſſum ſit de quo quis
cõfiteri debet:⁊ in caſibꝰ in quibus ꝓbabiliter penitẽs ꝑicu
lum ſibi/ vl' ſacerdoti ex cõfeſſione ei facta timet:debet re=
currere ad ſuperiorẽ /vel ab eodẽ petere licentiã alteri cõ=
fitendi.Et ſi licentiam habere nõ poſſit :idẽ eſt iudiciuʒ qđ
de illo qui nõ habet copiam ſacerdotis.Uñ magis debet eli
gere laico cõfiteri:nec in hoc tranſgreditur aliquis p̃ceptũ
eccleſie. Quia precepta iuris poſitiui nõ ſe extendũt vltra
intentionẽ precipientis: que eſt finis precepti.Hec autẽ eſt
charitas ſm aplm. Unde bernardus dicit . illud qđ eſt in=
ſtitutũ pro charitate:nõ debet militare contra charitatẽ .
Sʒ cõfeſſio ꝓ charitate inſtituta eſt q̃ cõtra charitatẽ mi=
litaret ſi homo ad cõfitendũ vni ſacerdoti artaretur in caſi
bus recitatis:nec fit aliqua iniuria ſacerdoti ſi in p̃cedenti
bus caſibꝰ ab eo diuertitur:quia priuilegiũ meretur amit=
tere:q̃ cõceſſa ſibi abutitur poteſtate. Hec de Tho. Itẽ ca=



ueat cõfitens ſm p̃fata quantũ põt ne confiteatur reuelato
ri cõfeſſionis/vel ei qui ꝓnus ſit ad odiũ audita confeſſiõis
materia /vl' ad luxuriam: ⁊ ſic de alijs :ſed nõ neceſſaria ibi
abſcidat / vel aliũ cõfeſſoreʒ ſm predicta querat. Nam q̃n
circunſtantie incitantes ad libidinẽ peccatũ aggrauantes:
non tñ ad aliud genus peccati mortalis trahũt :tales q̃nq3
debent et poſſunt laudabiliter reticeri adhibita debita diſ=
cretione ſm cõſiderationẽ turpitudinis circũſtantiarũ ⁊ ꝓ
nitatis ad malũ ex eius cõfeſſione ſiue in cõfitente / ſiue in
cõfeſſore. Homini etiã dicit Bonauẽ. volenti meditari cõ=
fitenda de luxuria competit prius domare carnẽ ꝑ ieiunia/
et huiuſmodi:⁊ cõſiderare vilitatem peccatorũ:inferni pe=
nas et huiuſmodi:et ſic deteſtari ne caro incaleſcat . Qđ ſi
non iuuat/ oportet vtiq3 neceſſaria ibi fieri / et ſacramentũ
ibi iuuare põt ne noceat.ſm illđ Mar.vlti. ¶Quartus mo= P
dus in cõfitente dʒ ſeruari/videlʒ vt ſi vult abſolui:oportet
de neceſſitate/⁊ ſub pena noui peccati ꝙ ſit in charitate vel
attritus.Unde ⁊ſco. dicit ꝙ homo tenet cõfiteri cũ diſplicẽ=
tia peccati cõmiſſi/ et cum propoſito abſtinendi a peccato
et etiam cum propoſito obediendi in ſeruando iſtam ſatiſ
factionem/ et penitentiam:quam ab ipſo ſacerdote ſibi im
poſitam voluntarie aſſumpſit / ſiue in ſe ſuſcipiet . Et Bo=
nauẽ.dicit ꝙ ſi accedit ad confeſſionem ⁊ abſolutionẽ ſine
premiſſa diſpoſitione probabili: immo accedit cũ contraria
diſpoſitione:vt q2 ſibi placet aliqđ mortale peccatũ peccat
mortaliter :quia illud ſacramentũ quantũ in ſe eſt irritum
facit : qđ non eſt ſine contemptu : periculum ergo eſt no=
lentibus reſtituere / et inuidiam tenentibus et carnalem
amorem tenentibus luxurioſum . Iſte tñ qui fictus eſt/ id
eſt qui non habet propoſitum cauendi mortalia : ſed pro=
ponit cõmittere: vel non diſplicent preterita mortalia :au=
diendus eſt/et ſibi penitentia imponenda pro emollitione
cordis : ſed non eſt abſoluendus : quia fictio talis eſt ſibi
peccatum mortale :ſi ſic vellet abſolui . ¶Item caueat cõ= Q
fitens /vt protunc non ſit in excõmunicatione maiori:quia
a nullo peccato poteſt abſolui non preabſolutus a ſenten=
tia excõmunicationis maioris. Item confeſſio ſit vera : vt
nihil ibi dicat homo ſcienter falſum :ficte ſe laudando /vel
vituperando etiam ſe: quia tunc mentiendo contra men=
probabilia extreme neceſſitatis future:niſi ei ſubueniatur
ſi tunc homo negligit illi pro poſſe ſubuenire de ſuo dando
aut aliunde procurādo:homicida reputat̄.⁊ agit cōtra pre
ſens preceptum.Unde Ambro.Paſce fame morientem:ſi nō
pauiſti occidiſti.Et Augu.lib.cōtra fau.Si incurras in eū
famelicum:qui mori poſſet niſi porrigēdo cibuꝫ ſubuenias
iam tu homicida teneberis. ¶Tertiodecio.mulier que eſt
cauſa aborſus:ſeu ex nimia ingluuie/ aut ex nimia ſtricti F
tudine veſtimentorum ad laſciuiaꝫ ordinata aut ex nimia
agitatiōe forte in choreis corporis/aut alijs ſimilibus va
nis/aut quocunqꝫ alio indebito modo.Et ſi fetus iā ſit ani
matus:tunc peccatū eſt grauius.quia eſt verum homici-
dium. Circa hunc modum tā viri q̄ꝫ mulieres interdū rei
ſunt:qui luxuriant̄ cum impregnatis.Unde dicit dn̄s Alb.
lib.ſuo.ix.trac.primo.cap̄.ij.de animalibus. Sepe accidit
inquit ꝙ quedam mulieres ſimul abortiunt/ ⁊ cōcipiūt:ita
ꝙ in vno concubitu vnus exit per aborſuꝫ/⁊ alter intrat per
conceptū.⁊ hoc frequēter accidit in his que multum dele-
ctantur in coitu.Sepe etiam contingit ꝙ quando vir coit
cū muliere pregnante poſt octauuꝫ menſem completū: mu
lier aborſum facit.⁊ ideo periculoſum eſt tales moueri ſal
tando/aut coriſando poſt conceptum quantūcunqꝫ ſemen

bene receptum ſit. Nulla autē alioꝝ animaliū femina om-
nino ab hoīe recipit aut ſuſtinet coituꝫ poſt impregnationē
mulier vero tunc plus appetit. Equa tamē aliquādo ſimi-
le patitur. Hec ibi. Idem lib. x. trac. ij. cap̄. ij. dicit ꝙ cauen-
dum eſt etiam tā viro ꝗ̄ impregnate mulieri a multis alijs
Caſus inquit aborſus concepti fetus ſunt multi valde. Ali
quando fit aborſus ex percuſſione/aut ex caſu ab alto/ aut
per exercitiū corporale laborioſum/aut ex vehemēti ſaltu
Adhuc ⁊ paſſiones anime aliquādo faciunt aborſum: ſicut
ira vehemēs/aut triſtitia/aut timor. Similiter faciunt ali-
quando frigus ſuperfluum aeris: ⁊ etiaꝫ ſuperflua calida.
Unde longa balnea medici etiā eis prohibent. Fit etiā ali
quādo aborſus ex repletione vehementi/aut ſatietate plu
rima nauſeata. Idem lib. ix. tracta. ij. cap̄. viij. dicit. Femi-
na obſtetricandi indiget magno exercitio/eo ꝙ de facili in
partu periclitantur ⁊ mater/⁊ partus: niſi vtriqꝫ caueatur
valde. Hec de Alber. que tñ nō ſunt oīa predicāda vulgo:
niſi quedā ⁊ cū cautela maxima: ne diſcāt male facere que
neſcierūt. Quartodecimo peccat cōtra hoc preceptum/qui
dat mulieri venenū ſterilitatis: aut mulier que hmōi reci-
pit propter hoc: vt iam nō concipiatur puer/aut quocunqꝫ
alio modo illicito impediūt volūtarie: ne cōmixtione viri/⁊
mulieris fetus cōcipiatur. ¶ Quītodecimo peccat homici-
dio: qui ſibi manus inijcit: ſe volūtarie occidēdo: niſi ex ſpe
ciali dei reuelatione certa hoc fieret: vt de Sampſone di-
cit Augu. primo de ciuitate dei. In quolibet alio caſu pec-
cat mortaliter ſe occidēs: ⁊ tāto grauius ꝗ̄to agit cōtra na
turaleꝫ inclinationē qua quilibet tenetur ſe diligere ex ra
tione ⁊ diligit naturaliter. ⁊ ſic peccat contra naturalē in-
clinationē/id eſt cōtra charitatem ſui/⁊ cōtra iuſticiā com
munem: cuius membrum eſt: ⁊ ſibi adimit homo tēpus pe-
nitendi. Hic etiam reus eſt ſui qui ſic viuit/vel agit: ꝓpter
quod vitā ſuam notabiliter abbreuiat/⁊ notabiliter accele
rat mortē. Unde Hiero. dicit. Non refert vtrū paruo tempo
re/aut magno te interimas. Et hoc ſm̄ Boñ. in. iiij. diſt. xv.
contingit dupliciter. Primo cum quis ſibi diminuit vitam/
⁊ accelerat mortem: ⁊ facit hoc ſcienter voluntarie/⁊ ex in-
tentione: ⁊ de illo loquitur Hierony. ⁊ eſt graue peccatum.
Sit exempli gratia inter plura vnū exemplum. Aliquis ſic
ſe ſanctum putat/vel iuſtum: vt ſecurus de gloria/iam im-
patiens pro patria ſe affligit ꝑ indiſcreta ieiunia/vigilias/
et cetera exercitia corporalia: ⁊ propter hoc ſibi abbreuiat
vitam vt cito ſit cum xp̄o. Tales male agunt: ⁊ perdunt nō
nunꝗ̄ vitam preſentem/⁊ futurā. Sicut ſimile legitur ī col
latione patrū collatione ſc̄da Moyſi. de patre qui ſe in pu-



teum precipitauit. Secūdo contingit hoc cum quis ſibi ab-
breuiat vitā ⁊ accelerat mortē: dādo operā rei inutili ſuper
uacue/⁊ illicite: vt ſolet fieri ꝑ nimiā crapulā/⁊ ſuperfluaꝫ
potationē: illud eſt contra preſens preceptū. Quo ad ſecun
dum principale notat Tho. ſecūda ſecūde. q. cxxij. ꝙ licꝫ in
hoc mandato exprimatur ſolū homicidiū cū dicitur. Nō oc
cides: tamē in illo homicidio tanꝗ̄ in principaliori/⁊ maxi
mo corporis nocumento. intelligūtur oīa alia corporis no-
cumenta mutilatio/vulneratio/incarceratio/verbera gra-
uiter leſiua/⁊ ſimilia: immo ꝓhibetur etiam affectus talia
inferendi/vel optatio/vel conſiliū: iuſſio ⁊ conſenſus: ſicut
dictum fuit de homicidio. Unde in talibus cōtra hoc prece
ptum faciunt multi. Primo iudex/vel alius qui innocenteꝫ
verberat: vulnerat/⁊ ſimilia facit: qui talia in eo nō meruit
quod ſibi imponit. Sc̄do iudex vel alius qui nocentē lede-
ret vulnere/carcere/⁊ ſimilibus: ſed plus ꝗ̄ meruit. Tertio
qui talia faceret nocenti non ſm̄ ordineꝫ iuris maxime qñ
ledens non habet puniendi legitimam poteſtatem. Quar-
to iudex vel priuata perſona mutilans: vel ledēs nocenteꝫ
etiā ſm̄ ordinem iuris: qui non facit talia iuſto animo: ſed
vindicatiuo. Quinto qui dat operam rei illicite: ⁊ per hoc
ledit aliquem in corpore: vt in exemplis prius de homici-
dio patuit. Sexto qui dat operam rei licite: non tamen ad-
hibet diligentiā debitam: ⁊ ſic ledit vt prius. Septimo qui
iubet/ſuadet vel auxilium dat: vel huiuſmodi: vt iniuſta le
ſio iuſto proximo inferatur: vel etiam qui malitioſe retra-
hit eum: qui hoīem defendere voluit: aut cōſeruare ab hu
iuſmodi iniuſta leſione. Octauo qui ex odio optat aut deſi-
derat proximo huiuſmodi mutilationē vel leſionē. aut gau
det/ideo ſolum: quia nocumentū proximo eſt illatū. ¶ No-
no qui mutilaret ſe membro aliquo dempto caſu quo mē-
brum eſſet nociuum corpori ſeu periculoſum ratione pu-
tredinis: niſi hoc aliquando ex ſpeciali inſtinctu fieret ſpiri
tuſſancti. ſicut de Marco pollicē ſibi amputāti legitur: vel
Origene qui ſe caſtrauit/vt fidem inter mulieres ſine ſuſpi
tione predicare valeret. quod licitū fuit ſi a deo habuit al's
nulli licet ſe mutilare. Ratio prima: quia nullꝰ niſi deus/et
reſpublica poteſtatem habet aliquaꝫ priuare vita/aut mē
bro viuo. Qui dicit. Ego occidā ⁊ ego viuere faciā. Secūda
ratio. quia etiā amputato membro quocūqꝫ ad peccatum
inclināte/vel cooperante: viciū in volūtate in nullo eſt era-
dicatum. Nulli ergo (vt dicit Chriſoſto. ſup Math.) licet ſe
caſtrare corporaliter mēbrum abſcindendo: ſed mēs caſtrā
da eſt. ⁊ corpus ſimiliter per fugam mulierum/per ieiuniū
per cuſtodiā viſus/⁊ alioꝝ ſenſuū. ⁊ maxime ꝑ vigilationē

anime ad expurgandas cogitationes malas. Ibi enī eſt radix peccati / ⁊ eſſentia puta in volūtate ſm Chriſoſtomū. vbi prius ſuper verbo. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerūt ꝓpter regnum celorum. Nō enī intꝫ membrorū abſciſionē dicit: ſꝫ cogitationum. Abſcindere enī membrū: demoniace tēptationis eſt.

R ¶ Notandū tamē ꝙ princeps qui preeſt ciuitati aut regno: que eſt perfecta cōmunitas: habet in ſuos ſubditos perfectā poteſtatē cohercēdi. Et ideo poteſt eis per ſe vel per alium / qui eius poteſtate fungitur infligere penas etiā irreparabiles maiores vel minores ſm merita delictorum. ſeruādo prefata tria in primo membro poſita. Pater vero qui ſolum preeſt familie domeſtice: que eſt imperfecta communitas habet imperfectā poteſtatē cohercendi / ſed ſm ſolū leuiores penas / que nō inferunt irrecuperabile nocumentū. quēadmoduꝫ eſt verberatio mediocris / quā iubet ſpiritusſanctꝰ per Salomonē prouerb. xiij. dicēs. Qui parcit virge / odit filiū. ⁊ . xxiij. Noli ſubtrahere diſciplinaꝫ a puero. Si enī percuſſeris eū virga: nō morietur. tu virga percutis eū: ⁊ animā eius de inferno liberabis. Nam pater familias tria tenetur ſibi ſubditis. Primo nutrimentū corporis. Secūdo doctrinam / que correctionibus / vel verbere interdū creſcit: ſed ſine tertio parum valet. ideo etiā debet dare exemplum bonū. quod ſi non habet timeat illud Apoſtoli. j. Thimo. v. Si quis ſuorū / ⁊ maxime domeſticorū curam nō habet: fidē negauit / ⁊ īfideli eſt deterior.

L ¶ Quo ad tertiū principale: ad ceſſandum ab occiſione ⁊ leſionibus alijs nō inferēdis multa valent. Primo docet talia abhominari natura. Nā omne animal diligit ſibi ſimile. Eccli. xiij. Et ratio naturalis dictat proximo non inferenduꝫ / qđ ſibi odit fieri. Secūdo cohibere deberet magna pena: quam ex ſcriptura legimus infligi inuaſoribꝰ tā in preſenti ꝙ̄ in futuro. Unde Math. xxvj. Omnes qui acceperint gladium gladio peribūt. Et Gene. ix. Quicunqꝫ effuderit humanum ſanguinem: fundetur ſanguis illius: quod poteſt intelligi tam de futura ꝙ̄ de preſenti pena. Tertio horror huiꝰ peccati videlicet effuſionis ſanguinis: quia clamat ad deum

M contra aduerſarium. ¶ Sunt autē quatuor peccata clamātia ad deum: quorum quartū eſt homicidium. ⁊ in alijs tribus / quia ſunt quoddam homicidium / ideo etiam clamare dicuntur ad deum. Primum eſt homicidiū. Gene. iiij. de primo homine homicida dicitur. Uox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra / ſcilicet ad te vindicādū. Ideo ſubditur. Maledictus eris ſuper terrā: que aperuit os ſuuꝫ ⁊ ſuſcepit ſanguinē fratris tui de manu tua. Gene. iiij. Secundū eſt oppreſſio innocentū. de quo Exo. iij. Clamor filiorum iſrael ad me venit: vidiqꝫ afflictionē eorū qua ab egyptijs opprimūtur. Tertium eſt peccatuꝫ ſodomiticū. de quo Gene. xviij. Clamor ſodomorum / ⁊ gomorreorū multiplicatus eſt. Quartum eſt detentio mercedis mercēnariorū. de quo Jacobi. v. Ecce merces operariorū qui meſſuerunt regiones veſtras / qui fraudati ſunt a vobis: clamat ⁊ clamor eorū in aures dn̄i ſabaoth introiuit. In peccato enī contra naturā effundit illḋ qđ potuit eſſe materia humani corporis. In oppreſſione vero innocentū / et detentiōe mercedis mercenariorū / vita pauperibꝰ aufertur. Un̄ eccleſiaſtes. xxxiiij. Panis egentiū vita pauperis eſt: qui defraudat illū homo ſanguis eſt. Et ibidem. qui aufert in ſudore panem: quaſi q̄ occidit proximū ſuum. et ibidē. Qui effundit ſanguinē ⁊ qui fraudē facit mercēnario: fratres ſunt.



¶ Quarto deberet ꝓhibere ratio naturalis. Unde ſeneca. ferina rabies eſt iſta: ſanguine et vulnere letari. et hec eſt / abiecto homine in ſilueſtre animal tranſire. N

Quinto cohibere deberet cuſtodia angeli proximi: quem inuadens grauiter offendit. Math. xviij. Uidete ne contemnatis vnū ex his puſillis. Angeli enī eorū in celis ſemꝑ vidēt faciē patris mei q̄ in celis eſt. Grauiter enim offenderet regē francie: qui ſub eius latere tutum inuaderet. Sexto ꝙ fratres ſumus plꝰ omnibꝰ animalibus: quia omnes vnū patrem habemus / et in celis vnum xp̄m ſcꝫ qui quēlibet tam precioſe redemit. Unde dicere deberet illud Gen̄. xxxvij. Quid proderit nobis ſi occiderimꝰ fratrem noſtrum / et celauerimus ſanguineꝫ eius. Septimo imago dei in proximo quā vilipendit quis / et inhabitatio ſpiritusſancti / cuius tēplū eſt homo. Unde Gene. ix. poſtqꝫ deus dixit. quicunqꝫ effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius. ſubditur cauſa. Ad imaginē quippe dei factus eſt homo: ideo et habitaculum dei eſt homo. j. cor. iij. Neſcitis qꝛ templū dei eſtis vos / ⁊ ſpiritus dei habitat in vobis. Si quis autē templū dei violauerit: diſperdet illū deus. Nec valet ſi quis dicere: hoc concludere de leſione iuſtorū. qꝛ quo ad quedā grauius eſt ledere occidēdo peccatorē: ꝙ̄ iuſtum. Quia pſal. dicit mors peccatorū peſſima. pſ. xxxiij. eo ꝙ ſtatim forte damnatur Sed precioſa in cōſpectu domini mors ſanctorum eius.

¶ Cap. ij. De cauſis homicidij. ſcilꝫ ira / et inuidia.

HUnc de cauſis homicidij videndum eſt: que ſunt ira / et inuidia prout chriſtus notat Mat. v. dicens. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. A Non occides: qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego aūt dico vobꝭ / q̄ iraſcī fratri ſuo: reus erit iudicio. Ecce ꝓhibitio ire. Et ſtatim

rancorem inuidie prohibens ſubiungit. Si ergo offers mu=
nus tuum ad altare / et ibi recordatꝰ fueris qꝛ frater tuus
habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante
altare et vade prius recōciliari fratri tuo : et tunc veniens
B offeres munꝰ tuū. ¶ De ira igit̄ prīo vidēdū ꝙ malū viciū
ſit. Secundo qn̄ viciū ſit / et qn̄ non. Tertio de remedijs con
tra iram. Quantum ad primū notandum ꝙ ira ideo eſt ma
gnum vicium: quia capitale Ex quo ſm Greg. li. xxxj. mora
lium ſex naſcūtur filie / videlicz indignatio / tumor / clamor /
contentio / blaſphemia / et rixa: que poſtea declarabuntur.
Unde deus ira multū offenditur. Primo quia per talia pec
cata hoſpitium dei turbatur. ephe. iiij. Nolite cōtriſtari ſan
ctum dei ſpiritum. Grego. Dum ira animū pulſat ſpiritui=
ſancto habitationem ſuam turbat. immo qnꝙ patrē / et fi=
lium et ſpiritumſanctū de habitatione cordis eijcit / et dia=
ps. lxxv. bolum introducit. quia ſicut ſm pſal'. In pace factus eſt lo
cus eius / ſcz dei : ita in ira locus diaboli. ¶ Secūdo qꝛ ima=
C ginem dei in templo cordis diſſipat Unde iob. v. Uirū ſtul=
tum interficit iracundia. Sup quo grego. Māſuetudo in no
bis imaginē dei ſeruat / q̄ ſemp tranquillꝰ eſt: ſꝫ ira diſſipat /
que multis virtutibꝰ priuat. Tertio qꝛ tēplū dei incendit.
Unde pſal'. Incenderunt igni ſanctuariū tuū in terra. ⁊ .j.
ps. lxxiij. cor. iij. Neſcitis qꝛ templū dei eſtis ⁊ ſpiritusſanctus habi=
tat in vobis? Si qs autē templū dei violauerit : diſperdet
illum deus. Scdo malū ire oñditur. qꝛ homini valde nocet
in anima / corpore et rebꝰ. In anima quidē propter vicia ꝓ=
tacta. Animā eñ q̄ ad imaginē dei ē formata : multis malis
aſſimilat. Primo qꝛ iratꝰ eſt velut hō ligneā habēs domū.
cui qnꝙ accidit ꝙ veſpe diues eſt et mane nihil habet. qꝛ
ignis totū vaſtauit. ſic etiā facit ira domui cordiū. quo ꝯtra
ait apl's Ephe. iiij. Sol non occidat ſup iracundiā veſtram.
Scdo aſſimilat̄ demoniaco de quo dicitur marci. ix. Magi=
ſter attuli filiū meū ad te habētē ſpiritū mutū. q̄ vbicūꝙ
apprehenderit eū: allidit eū / et ſpumat / et ſtridet dentibꝰ.
Tertio aſſimilat̄ olle nimiū habenti de igne: q̄ ebulliendo
emittit qd̄ in ea erat optimū / ⁊ poſtea crepat. Uñ ꝓuer. xv.
Os fatuorū ebullit ſtultitiam. Quarto rhano aſſimilatur: q̄
ignem ex ſe ꝓducit / ſm Joſephū ex impetu venti: ⁊ ſe / ⁊ alia
deſtruit. Quinto beſtijs et apro / cani rabido / et vrſo aſſimi
latur ira. Idcirco etiā aſſimilat̄ ſerpētibꝰ ignitis: q̄ īterfece
rūt filios iſrahel ī deſerto Nume. xxj. Nocet ēt corpi multi=
plicit̄. Prīo amarū reddit hominē. qꝛ ira ſꝫ Damaſce. ē eua
poratio fellis. ⁊ ſꝫ aug. ī epl'a ad nebridiū. ira creſcēte auget̄
fel in corpore. Scdo triſtitiā ingerit. Animꝰ gaudēs floridā
etatē facit: ſed ſpūs triſtis exſiccat oſſa. ꝓuer. xvij. Tertio



inebris valitudinē et ſanitatē adimit. qꝛ totū corpus ꝓpter
ſanguinis ebullitionē / ⁊ ſpirituū turbationē alterat̄ ſꝫ me
dicos. Quarto vita citiꝰ priuat. Uñ ſm phos. Animalia ira
cunda breuiores habēt periodos / ceteris paribꝰ. Quinto
demoni interdū corpus totū ꝓpter irā poſſidendū tradit̄. vt
accidit interdū blaſphemātibꝰ in ira. Nocet etiā rebꝰ. quia
iratis familia triſte ſeruit Amici tales fugiūt et prudentes
horrent: ex quibꝰ pauca tēporalia iratus ꝓcurat. ¶ Tertio D
malum ire oſtenditur: qꝛ diabolo multū placet. Prīo quia
valde potens efficit̄ ad deſtruendū bona virtutū mediante
ira : ſicut etiā hō mediāte igne q̄ eſt maxime actiuus mul=
ta mala facit. de quo igne pōt intelligi illud Johel'. primo.
Ad te domine clamabo: qꝛ ignis comedit ſpecioſa deſerti:
et flāma ſuccendit oīa ligna regiōis. Scdo placet diabolo :
quia rationis cecitatē inducit ira: ad quā ſequūtur multa
mala. Uñ ſicut ꝓuerb. xiiij. dicit̄ regi / ſcz celeſti acceptꝰ eſt
miniſter intelligēs: ſic regi infernali cecus. Nā iratꝰ ſe im=
pacientē facit / filios / vxorē / familiā et extraneos. et illicita
omnia ſibi licita putat iratus. qꝛ omnis ira appetit vīdictā
ſub ratione et apparentia iuſti. Ideo ꝓuerb. xvij. Expedit
magis vrſe occurrere raptis fetibꝰ / ꝙ fatuo cōfidenti ſibi
in ſtultitia ſua. Tertio diabolo placet. qꝛ bona multa ſibi ꝓ
curat per iram. Non enim vnum hominem per iram lucra
tur: ſed interdum genealogiam totā / vel patriam ꝑ rixas.
Unde prouer. xv. Uir iracundus rixas prouocat: qui aūt pa
tiens eſt mitigat ſuſcitatas. Exemplum de cane iracundo /
qui omnes alios prouocat. ¶ Quantum ad ſecundū quādo E
ira ſit peccatum natura / vel meritum : ſciendū ꝙ ſm Tho.
prima ſecunde. queſt. lvj. et ſecunda ſecunde. q. clviij. et
phm. ij. rheto. ira ſeptē gradus poteſt habere. Primus eſt
imaginatio vera vel falſa de leſione vel paruipenſione fa=
cta tibi in perſona tua / rebus / amicis et huiuſmodi. ⁊ ibi eſt
fundamentum omnis ire. Quia quelibet ira a tali incipit
imaginatione / que ſepe falſo innititur: interdū etiā vero.
Ex quo patet ꝙ verus humilis / qui omnia illata ſibi putat
iuſta eſſe / et dei miſericordis ſalutare flagellū / difficulter
iraſcitur. quia tribulationes nō recipit vt leſiones: ſꝫ ſicut
dei patris medicinales inciſiones. Secundus gradus eſt:
poſtꝙ quis iudicauit ſe leſum / vel vilipenſum ab alio / cū
naturale ſit nocumēta repellere: ſurgit quidam vehemēs /
et īpetuoſus animi motꝰ : q̄ eſt appetitꝰ vindicte vl' motꝰ in
clināſ fortit̄ ad vīdicte irrogatiōez. ⁊ hic appetitꝰ vindicte
potētie iraſcibilis: eſt ira / ꝓut eſt paſſio. vñ ſup illo Math.
v. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo: dicit gloſa. Ira eſt ve=
hemens motus animi ad nocendum. hec ira ſi eſt tā ſubi
ta in aliquo vt preueniat omnem deliberationē rationis ⁊

omnem motum voluntatis:dicitur primus motus. ⁊ quia
nō eſt ī poteſtate noſtra:ſicut nec ceteri primi motus:idcir
co non eſt peccatum:ſed pena poteſt eſſe peccati. Hec enim
ira non eſt peccatum:ꝗdiu non dependet a volūtate poſiti
ue/ſcȝ eam volendo. aut priuatiue ei non reſiſtendo cū poſ
Ps.iiij. ſit. Unde Auguſt. ſup illo pſal. Iraſcimini ⁊ nolite peccare.
Si ſurgit motus ire qui propter penam peccati non eſt in
poteſtate noſtra:ſaltem moneat conſcientia vt ei non con=
ſentiat ratio. vt mente que regulata eſt ſm deum ſeruiamꝰ
legi dei/ſi adhuc carne ſeruiuimus legi peccati. Ad illum
autem motum qui eſt appetitus vindicte vel repulſionis
nocumenti/id eſt ire ſequūtur naturaliter tria. Primo eua=
poratio fellis. Unde Augu. in epiſtola ad nebridiū. Aſſidui
tate iraſcendi:fel creſcere etiam medici affirmant. Cremē
to aūt fellis:rurſum ⁊ facile/ac prope nullis cauſis exiſten
tibus iraſcimur. Ita qḋ ſuo motu animus fecit in corpore
ad eum rurſus commouendum valebit. Secundo ſequitur
aſcenſio/⁊ accenſio ſanguinis circa cor/ ⁊ cordis dilatatio.
Unde materialiter ariſtoteles diffinit iram dicens. Ira eſt
accenſio ſanguinis circa cor. totum etiam corpus conſe=
quenter caleſcit. Tertio ſequitur turbatio/ ⁊ inordinatio
ſpirituum/⁊ humorū. que tria complectens Damaſcenus
ſic dicit. Ira eſt feruor eius qui circa cor eſt ſanguinis / ex
vaporatione fellis:vel ꝑ returbationem fiens. Sicut eñ ad
motum localeȝ naturaliter ſequitur in corpore apto calor
ſic ad appetitum vindicte vel repulſionem nocumenti na=
F turaliter ſequuntur in corpore prefata tria. ¶ Tertiꝰ gra=
dus eſt cum ratio poſſet percipere talem deordinationem/
⁊ voluntas poſſet moderari/vel extinguere/⁊ neutrum fit:
ſed negligēter ambo ſe habēt: ⁊ tñ poſſent vigilantia ſua ta
lia reprimere:⁊tūc fit ira peccatum/veniale quidem qñ ira
ꝓuenit rationē ſic vt ꝓmittitur/⁊ vltra non ꝓgredit̄ notabi=
liter. Uigili eñ animo homo interiora tanꝗ oīm bonorum
⁊ maloꝝ ꝓncipaliſſima aſſidue cuſtodire deberet:ne hoſtis
quacunꝗ parte lederet. ſed qꝛ hoc pauci faciūt:idcirco ve
ras virtutes pauci poſſident. ſȝ multi de exterioribus ma=
gnam vim faciant. Unde. j. Thi. iiij. Corporalis exercitatio
ad modicū vtilis eſt:pietas aūt ad omnia. Quartus gradꝰ
eſt quando ratio percipit iram/⁊ appetitum vindicte:ſȝ tñ
deliberationem rationis ira ꝓuenit:⁊ tunc volūtas poteſt
in iram cōſentire:ſaltem ſurreptitie:poſitiue iram volēdo
vel in ea complacendo. aut priuatiue ei non reſiſtendo:ſed
eam in animo cōtinuat/vel inualeſcere ſinit. ⁊ ſic eſt venia
le. ſed maius ꝗ in tertio gradu. ſaltem qñ ira adhuc ita re
cens eſt:ꝙ deliberatione rationis moderari nō potuit. Qḋ



dicit̄ ꝓpter eos qui ſtatim irati verbis maledicis ſeu ma=
ledictis/vel gladio ꝓximos ledūt:qui non excuſantur: vt
ſupra de blaſphemia patuit precepto. ij. ca. iiii. D. ¶ Quin
tus gradus/⁊ duo ſequentes ſunt quos xps ꝓhibuit. Ma= B
thei. v. dicens. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo:reus erit iu=
dicio. Qui aūt dixerit fratri ſuo racha: reus erit conſilio.
Qui aūt dixerit fatue:reus erit gehenne ignis. Unde dicit
Thom. ij. ij. vbi prius dñs Math. v. tantū ponit tres gradꝰ
ire/non ſpecies. qui gradus accipiuntur ſm proceſſum hu=
mani actus. in quo primo aliquid ī corde concipitur. ⁊ quā=
tum ad hoc dicit. Qui iraſcitur fratri ſuo. Secūdo autē cuȝ
per aliqua ſigna exteriora manifeſtatur exterius etiam an
teꝗ prorūpat in effectum. ⁊ quātum ad hoc dicit. Qui dicit
fratri ſuo racha. quod eſt interiectio iraſcentis. Tertiꝰ gra
dus eſt:quando peccatum interius cōceptū ad effectū per
ducitur. Eſt aūt effectus ire nocumentū alteriꝰ ſub ratiōe
vindicte. Minimū aūt nocumentū eſt quod fit ſolo verbo.
Et ideo quantū ad hoc dicit. Qui dicit fratri ſuo fatue. Uñ
ſm Augu. in ꝑmo gradu eſt vnum ſcȝ ira tantum. In ſecun
do duo/ſcȝ ira ⁊ vox. In tertio vero tria ſcȝ ira/ ⁊ vox/⁊ in
voce vituperationis expreſſio:⁊ ſic patet ꝙ ſcōm addit ſup
primū:⁊ tertium ſup vtrūꝗ. Unde ſi primum eſt peccatum
mortale in caſu in quo dñs loquitur/ſicut dictum eſt:multo
magis alia. Ideo ſingulis eoꝝ ponuntur correſpondentia
aliqua ꝑtinentia ad cōdēnationem. Sed in primo ponit̄ iu=
diciū:qḋ minus eſt. Quia vt Augu. dicit. In iudicio adhuc
datur locus defenſioni. In ſecundo vero ponit̄ cōſilium in
quo iudices inter ſe conferūt:quo ſupplicio dānari debeat
vel oporteat. In tertio ponit gehennam ignis/que eſt cer=
ta dānatio. Et licet aliquibus mirum videatur: ꝙ aliquis
ꝓ minimo nocumento quod fit ſolo verbo/ſit reus gehenne
ignis. Chriſo. tñ oſtendit hoc nō mirum eſſe:cū qñꝗ parua
verba plura homicidia peperint:⁊ ciuitates ⁊ regna euer
terint:nec tamen paruū eſtimes fratrē ſtultū / vel fatuum
vocare/auferens ei prudentiam ⁊ intelligentiā: quo hoīes
ab irrationalibus diſtant. Exempla vide vin. in ſpe. hyſto.
Primo quomodo narſes rome patritius: cum italiam totā
ab hoſtibus liberaſſet:⁊ imperator iuſtinus cum romanis
ingratus ſerunm narſetis in patritium creaſſet: vxor iuſti
niani narſeti conſtantinopolim exulanti: ſic deriſorie de=
mandauit. In conſtantinopolim remea/⁊ cum puellis tu=
is in gynecio feminarum/lanarum penſa diuide. Ad que
verba narſes reſpondit. Talem ſe telam orditurum:quam
dum viueret non deponeret/quod ⁊ fecit. Nam ⁊ longobar
dos de pannonia vocauit:qui totam italiam in breui obti=

nuerunt excepta roma ⁊ rauenna. Sic cuꝫ ſpado imperato ris eraclij togas ⁊ dona vel elemoſinas militibꝰ diſtribue ret: ⁊ ſaraceni impatori militãtes idem peterent ſpado eis dixit: vix ſufficit ĩperator dare togas militibus ſuis: quãto magis canibus iſtis. Qui exacerbati: conuocatis alijs ſar racenis in breui romam grauibus malis vexauerunt.

b ¶ Quando autem ira ſecũdum predictos tres gradus ſit mortale: vel quando veniale peccatũ. Nota primo ſm tho. vbi prius: ꝙ ira ſit quintupliciter pctm̃. Cuꝫ enim ira ſit ap petitꝰ vindicte: vindicta fit iniuſta quadrupliciter. Primo quãdo quis ex ira punit/ vel vult illum punire qui non me ruit. Secũdo quãdo maiorẽ penã illi infert/ aut inferre ap= petit: ꝙ̃ ille demeruit. Tertio ſi tantã quantam demeruit ſed nõ ſm ordinẽ iuſtitie: vt qꝛ vult punire aliquẽ ꝑ ſeipm̃ cuius ſuperior non eſt: aut ſm ꝑtermiſſionem alterius ad debitũ ordinẽ iuſtitie requiſiti. Quarto ſi iuſtam penã ⁊ ſm ordinem iuſticie infert: non tamẽ bona intentione: aut non ꝓpter bonum/ ⁊ debitum finem. Debet em̃ intentio punien tis eſſe bonum ipſius puniti: aut conſeruatio iuſtitie cõmu nis: aut dei honor: ita vt peccans corrigat ſe/ vel alij ꝑ eius exẽplũ: ⁊ dei honor fiat. Unde ſemꝑ peccat/ q̃ ex odio vel rã= core in malum alterius vindictam appetit: aut vt puniens dicatur ſtrẽuuus aut bonus iuſtitiarius/ aut ꝓpter lucruꝫ aut propter ſatiari vindicta/ aut propter aliũ malũ fineꝫ. Quinto ira ſit peccatũ propter modũ indebitum/ id eſt non bene modificatum: etiã ſi peccata caueantur: ſaltem que= dam: vtpote ſi quis nimis ardenter iraſcitur interiꝰ/ vel ſi nimis exterius manifeſtat ſigna ire. Ira igitur ſm Thom̃. qñ ſm quattuor modos ꝑmos/ vel aliquo eoꝝ homo infert aut vult inferre talem vindictam alteri: eſt de ſuo genere peccatũ mortale: qꝛ cõtrariatᷓ iuſtitie ⁊ charitati. ¶ Poteſt

I tamen contingere ꝙ talis illatio iniuſte vindicte/ ⁊ etiam volitio inferendi/ ⁊ etiam ira ad hoc inclinans: eſſet ſolum peccatũ veniale: vt cũ quis appetit vindicare ſe in aliquo modico/ qḋ quaſi nichil eſt reputandum: ita ꝙ illud ita mo dicũ ſit ꝙ ſi actu inferretᷓ non eſſꝫ mortale: vt ſi quis paruꝫ trahat alienũ puerũ per crines/ vel aliquid huiuſmodi fa= ciat: vel etiam manet veniale peccatum ꝓpter imꝑfectio= nem actus: vt cum motus ire ſubito oritᷓ in animo/ ⁊ ꝑuenit iudiciũ rationis: vt in antedictis declaratũ eſt. Quãdo au tẽ quis quinto modo iraſcitᷓ appetens vindictam: vt ſi quis nimis ardenter iraſcitur interius vel nimis exterius mani feſtat ſigna ire: ſic ira ſecundum ſe nõ habet ex ſuo genere rationẽ pcti mortalis. Poteſt tñ cõtingere ꝙ ſit peccatum mortale: puta ſi ex vehemẽtia ire aliquis excidat a dilectio



ne dei ⁊ ꝓximi. Hec ſententialiter Tho. Dicit quidam aliꝰ doctor. Si conſideretur inordinatio ire ex parte modi ira= ſcendi: puta ꝙuis iſta vindicta iuſte ⁊ debite appetatur: qñ tamen multũ inordinatus eſt motus ire/ ⁊ nimis vehemẽs interius ⁊ exterius: tunc credo ſi ꝓcedat ex habitu vitioſo ſcꝫ ex ſuperbia vel inuidia/ vel ex ira etiam inhabituata vo luntate: vbi habitus eſt: ⁊ principia ex quibus talis motus ꝓcedit ſunt mortalia. Credo etiam ꝙ illa inordinatio ire ſit peccatum mortale. Ratio eſt. quia refertur in eundem fi nem vitij vnde procedit: vel ſi nõ ꝓcedat ex habitu vitioſo: ſed ex hoc graue ſcandalum cõcitatur: puta qꝛ ille contra quem iraſcitur modo inordinato/ vel alij audientes vel vi= dentes ad peccata mortalia impellũtur: per hoc ꝙ motus huiuſmodi ire tam inordinatus eſt/ qui alias ad dicta pec= cata non mouerentur: peccatũ mortale credo in dicto mo= do cõmitti. Si tamen talis motus inordinatꝰ non ꝓcederet ex habitu vitioſo/ nec ſcandalum graue generaret: ſed ex naturali complexione iraſcentis proueniret/ q̃ forte multũ eſſet colericus/ ⁊ debilis vel infirmus/ ⁊ alias nimis cole= ra infectus: poſſet eſſe peccatum veniale/ niſi tunc debili= tas/ vel motus colere inordinatam accenſionem ire cau= ſanns ex culpa mortali proueniret: puta ex nimia ebrieta= te/ vel gula/ vel aliquo huiuſmodi. Uel ipſe motus inordi= natus ire intantum iraſcentem inflammaret ꝙ a charita= te dei/ vel proximi caderet.

¶ Capitulum tertium Quomodo ira ſit capi tale vitium/ ⁊ de filiabus eius.

D Ubitatur hic primo quomodo ira ſit capita le vitiũ: Rñdet Tho. ij. ij. vbi priꝰ. Ira dicitᷓ A vitiũ capitale: eo ꝙ multa vitia ex ea oriantᷓ. Tum ex ꝑte obiecti qḋ multũ habet de rõne appetitus: inꝙ̃tũ ſcꝫ vindicta appetitᷓ ſub ra tione iuſti ⁊ honeſti/ quod ſua dignitate alli cit. Obiectũ em̃ ſeu cauſa ꝑma omnis ire in nobis: eſt appetitus vindicte ſub apparẽtia vel exiſtẽtia: vt ſi aliq̃s nobis intulit iniuſtũ aliqḋ/ iniuriã/ vel paruipendit nos ꝓpter que merito ſit vindicta ſibi infli gẽda. Tũ etiã qꝛ ira ex ſuo impetu mentẽ habet ꝑcipitare ad inordinata q̃qꝫ agẽda. Ideo glo. ſuꝑ illo Prouerb. xxix. Uir iracũdus ꝓuocat rixas. Ianua inquit vitioꝝ omniũ eſt iracũdia: qua clauſa virtutibꝰ intrinſecus dabitur q̃es: qua apta ad omne facinꝰ armabitᷓ animꝰ. Ira em̃ dᷓ ianua vi= tioꝝ ꝑ accidẽs quidẽ remouẽdo videlꝫ ꝓhibens. i. ĩpediẽdo iudiciũ rationis ꝑ qḋ homo trahitᷓ a malis: directe auteꝫ ⁊ ſiiij

ꝑ ſe eſt cauſa alioꝝ ſpecialium viciorum que dicuntur filie
eius. ¶ Et ſm̄ Greg. lib. xxxi. moralium ſunt ſex. duo in cor=
de: tria in ore: ⁊ vnū in facto. Prima filia eſt indignatio/ qua
homo illū contra quē iraſcitur reputat indignum vt ſibi q̄d
tale fecerit. q̄d videtur eſſe quedam vilipenſio: immo q̄dam
contemptꝰ proximi. Secunda eſt tumor mētis: vt cū iraſcēs
replet animū ſuū diuerſis cogitationibꝰ amaris. quibus apͩ
ſe aliquando cogitat diuerſas vias ſe vindicandi: ⁊ habet mlͭ
tiplex ꝓpoſitū alteri nocendi. Et huiuſmodi ſunt magna pec
cata: qꝛ non ſolum in actu exteriori peccatum eſt: ſed magis
in voluntate: etiam ſi non impleretur ad extra ꝑ opus. Ter=
tia eſt clamor qui eſt inordinata/ ⁊ confuſa locutio: quo aliq̄s
quo ad modum loquendi/ ſeu confabulandi exterius demon=
ſtrat iram ſuam. Quarta eſt blaſphemia: cuius ſunt ſpecies
tres: vt dictum fuit in ſecundo p̄cepto. Quinta eſt contume=
lia/ cum q̄s ex ira prorumpit in v̄ba opprobrioſa/ ⁊ iniurio=
ſa que ſunt contra proximum. Et hoc fit frequenter ex ira:
qꝛ cū ira ſit appetitus vindicte. ⁊ nulla vindicta ſit irato ita
prompta ſicut cōtumelia: ideo in eam ſtatim prorumpit. Eſt
em̄ contumelia proprie cum q̄s manifeſte ⁊ contra honorem
alterius dicit ſibi defectum ſuum ſoli/ aut corā alijs: ⁊ eſt ma
ior contumelia: cum q̄s corā multis dicit alicui defectū ſuū:
eo ꝙ ꝑ hoc magis dānificat in honore/ aut reuerentia ſibi ab
alijs impendenda. Poteſt tamen etiam dici cōtumelia cum ſi
bi ſoli dicit: inquantum ſcꝫ ille qui loquitur contra audiētis re
uerentiam agit: quē videtur vilipendere ex hoc ꝙ manifeſte
v̄ba contra eum ꝓfert. Et ſumuntur q̄nq̄ pro eodem conuitiū
contumelia/ ⁊ improperiū. Exemplū cum q̄s dicit: tu es filꝰ
meretricis/ fur/ miſer/ vel ſimile. vel cū aliq̄s alteri imprope=
rat ꝙ in pauptate eius ſibi plura dederit. ſm̄ illud Eccliaſt.
xx. Exigua dabit/ ⁊ multa improperabit. ¶ Ubi ſm̄ Tho. ſecū
E da ſecunde. q. lxxij. notandum ꝙ q̄n intentio proferentis con
tra aliquē conuitiū aut contumeliam ad hoc fertur: vt per v̄=
ba que ꝓfert alterius honorem minuat: tunc eſt pctm̄ morta
le/ non minus q̄ furtum/ aut rapina. Non em̄ minꝰ hō amat
ſuum honorem q̄ rem poſſeſſam. Uñ xp̄s illud voluit Math.
v. q̄ dixerit fratri ſuo fatue: reus erit gehenne ignis. Si q̄s ve
ro alteri verbum leuis conuitij/ aut contumelie dixerit: non
animo dehonorādi: ſed ex animi leuitate/ aut ex leui ira ſine
firmo propoſito aliquem dehonorandi: ſed forte vult ipꝫ leui=
ter/ ⁊ modicum contriſtare: tunc poteſt eſſe veniale. Si quis
vero alteri dixerit v̄bum conuitij non animo dehonorandi:
ſed ꝓpter correctionem/ tunc pōt eſſe ſine pctō: ſi alias ſit bñ
circumſtantionatū. Sicut em̄ licitum eſt aliquē ſibi ſubiectū
v̄berare aut in rebus damnificare cauſa diſcipline: ſic ⁊ ver



bum ei conuitioſum cauſa diſcipline dicere. Sic xp̄s Luce.
xxiiij. vocat duos de diſcipulis tardos ⁊ ſtultos. Et aplꝰs.
Gal. iij. Diſcipulos ſuos vocat inſēſatos ⁊ ſtultos. Dicit ta
men beatus auguſtinus in ſermone dn̄i in monte. ꝙ raro ⁊
ex magna neceſſitate ſunt huiuſmodi obiurgationes exhi=
bende: in q̄bus non vt nobis: ſed dn̄o ſeruiatur inſtigemus
Addit Tho. ꝙ in vſu talium v̄borum magna diſcretio ſeruā
da eſt neceſſario vt vcꝫ quis talibus verbis caute ⁊ mode=
rate vtatur in correctione ⁊ alias: qꝛ poſſet eſſe tam graue
conuitium ꝙ ꝑ incautelam ꝓlatum auferret honorem eius
contra quē ꝓfertur: ⁊ tunc poſſet homo peccare mortaliter
etiam ſi non intenderet dehonorationem: ſicut etiam ſi q̄s
alium ex ludo incaute proijciens grauiter ledat/ non caret
culpa. Sexta filia eſt rixa: ꝑ quā intelliguntur om̄ia nocu=
menta que ex ira proximis inferuntur exteriori facto/ ſiue
in rebus/ ſiue in corpore: q̄d multipliciter fit vt conſtat. Ptꝫ
igitur quantis malis iratus pateat. Patet etiam ꝙ in cōfi
tendo non ſufficit dicere actus/ ⁊ verba exterius prolata/ ⁊
p̄cepta: ſed oportet etiam interiora grauia cōfiteri/ ⁊ plan=
gere. ¶ Dubitatur ſecundo quot ſunt ſpecies ire. Rn̄o. ſm̄ D
tho. ſecunda. ij. vbi prius: ⁊ hūbertum in expoſitione regule
beati Auguſt. ⁊ philoſophum. iiij. ethico. ꝙ tres. Nam ea q̄
dn̄s math. v. ponit: ſunt gradus ire vt dictum eſt in alio ca=
pitulo. Eſt p̄ma ſpecies ira acuta: ſecūda amara: tertia dif
ficilis. Damaſce. libro. ij. vocat eas felleam/ maniā: ⁊ furo=
rem. Secundū p̄mam quidā acuti ſunt: q̄d pertinet ad ori
ginē: vt qui nimis cito iraſcuntur/ ex cauſa qualibet leui. Ta
les ſi cito iraſcuntur/ ⁊ cito veniam petunt: ſunt ſicut aqua
que cito caleſcit/ ⁊ ſtatim frigeſcit: quod eſt minꝰ maluꝫ. Hi
non ſunt meliores propter ire frequētiam/ cum om̄is homo
debeat eſſe tardus ad iram. Jacobi primo cap̄. ſed propter
ſcelerem ſatiſfactionem: cito em̄ culpā ſuam recognoſcunt.
Item ſicut ſignuꝫ eſt bone cōplexionis ſe cito purgare a ſu
peruemente infirmitate: ita eſt ſignum bone conſcientie ſe
ſtatim venie petitione mūdare. Item delicta ſunt tanto gra
uiora: quanto diutius tenent animam. ergo a contrario tā
to leuiora/ quanto citius eā dimittunt. Eſt ergo prima ſpe=
cies leuius peccatum. Tum qꝛ ea moti culpā ſuam citius
cognoſcunt. Tuꝫ quia cito ſe purgant ab illa iniuria. Tum
etiam qꝛ iniuriam in alterum cōmiſſam prolongant. ¶ De E
ſecunda ſpecie ſunt amari: quorum ira multo tempore du=
rat ⁊ manet. in quibꝰ triſtitia difficulter abſorbetur niſi diu
turnitate temporis quia non prorumpit ad exteriora ſigna
iracundie. Tales tardiꝰ iraſcuntur ⁊ ad veniā petendā tar
dius inclinantur. ſimiles ferro q̄d tarde igneſcit/ ⁊ difficulter

infrigidatur:qđ peius eſt.Tales tripliciter peccāt. Primo
quo ad proximum.qꝛ poſt offenſam charitatem fraternam
quā turbauerunt differunt reparare. Secũdo in ſe qꝛ ſatiſ-
factionem ſaluti ſue neceſſariam protrahunt facere. Ter-
tio in deum.qꝛ iram dei contra ſe exortam occaſione offen-
ſe cõmiſſe in ſeruum ſuũ/cõtemnũt placare. Tales triplici
laborant vicio.Quo ad primum accidie.qꝛ tardi ad bonum
Quo ad ſecundũ ire/que nondũ in eis ſedata eſt.Et quo ad
tertium ſuperbie:qꝛ ex ſuperbia procedit ꝙ ledens ſatiſfa-
cere dedignatur.Hoc triplici funiculo collo eius appēſo in
Ps.ij. baratrum mergitur amarus.Quo contra pſalm̃.Dirumpa
mus vincula eoꝝ:⁊ ꝓijciam⁹ a nobis iugum ipoꝝ. De ter-
tia ſpecie ſunt difficiles qui ita obſtinati ſunt ꝙ non dimit
tunt deſiderum vindicte/niſi puniant.Tales nunꝙ volunt
petere veniam/ſimiles lapidi albaſtro.de quo dicit Augu.
in de ciui.dei:ꝙ ſemel accenſus nunꝙ extiguitur.Hos tres
gradus aug.ponit in regula dicens.Melior autē eſt/qui ꝙ-
uis ſepe ira temptetur:tñ veniam impetrare feſtinat: vt ei
dimittat cui ſe agnoſcit feciſſe iniuriam:ꝙ q̄ tardius iraſci
tur/⁊ ad veniam petendam tardius inclinatur.Qui autem
nunꝙ vult petere veniam:ſine cauſa eſt in monaſterio:etiã
F ſi inde non proijciatur.¶Quãdo aũt predicte tres ſpecies
ſunt peccata mortalia?Rñdet quidã doctor in eo caſu vbi
acuti ſunt q̄ minus ſunt mali peccant ſepenumero mortali
ter:non eſt dubiũ amaros ⁊ difficiles peccare mortaliter.
Et tanto grauiori reatu quanto peiores ſunt in morib⁹ ſiue
motus ire ipoꝝ ſit ex iniuſta vindicta deſiderata/vel illata
vel ex inordinato modo iraſcendi.⁊ hoc ptꝫ per augu. in re
gula.qꝛ ira acutoꝝ in grauib⁹ creſcit in odium/⁊ intantum
reatus eius aggrauatur:ꝙ facit trabem de feſtuca:⁊ facit
animã homicidam. Qui eñ odit frēm ſuum homicida eſt.
Joh.iij.In difficilibus ergo quoꝝ ira non ceſſat donec iniu
ſta puniant:patet ꝙ ira ſemper eſt pctm̃ mortale:niſi vindi
cta illata eſſet minima iniuria.ſicut ſi q̄s modicum de niue
vel guttam aque ſuꝑ aliquem proijceret/ vel puerũ aliquē
indebite per capillos traheret.In amaris aũt qꝛ ira cõuer
titur in odium ſm reatum ſuum trahit in ſpeciem peccati
mortalis. In acutis tñ appetitus vindicte indebite poſſet
indeliberatus eſſe/ ⁊ preuenire iudicium rõnis: qđ in alijs
nunꝙ/ vel rariſſime contingere poſſet.¶Dubitatur tertio
G qñ ira ſit licita/⁊ meritoria?Rñ.ſm Tho.vbi prius ſm bea
tum Greg.in morali. duplex eſt ira.Una vocatur ira per vi
cium.de qua pri⁹ dictum eſt.Alia ꝑ zelum:cum q̄s ex amo-
re dei et proximi:aut iuſtitie iraſcitur pctõ ꝓprio aut proxi
mi/⁊ appetit vindictã iuſtam/ſcꝫ in euꝫ q̄ peccauit:⁊ tantã



quantã demeruit.⁊ ſm ordinē iuſticitie ad honorem dei/ ⁊
modo debito.Et tali ira nõ ſolum licitum eſt:immo expedi
ens ⁊ debitũ aliqñ vti.vt ptꝫ ꝑ Chriſoſt. ſuꝑ Matheo dicē
tē.Qui ſine cauſa iraſcitur reus erit: q̄ vero cũ cauſa non
erit reus.Nam ſi ira non fuerit/nec doctrina ꝓficit:nec iu
dicia ſtant/nec crimina cõpeſcunt̃.Itaqꝫ qui cũ cauſa non
iraſcitur peccat.Patientia eñ irrationabilis / vitia ſemi-
nat ⁊ negligentiam nutrit:⁊ non ſolũ malos: ſed ⁊ bonos
inuitat ad malũ.Item Greg.v.mora.Si nulla ira ex ꝟtute
ſurgeret diuine animaduerſionis impetũ: ꝑ gladium phi-
nees nõ placaſſet hanc iram:qꝛ heli nõ habuit in ſe ⁊ i ſuis
grauiter punit⁹ fuit.de hac ira dicit ps. Iraſcimini ⁊ noli- Ps.iiij.
te peccare:quod quidam male intelligunt ſibiipſis iraſci li
citum fore:ſed ſi ꝓximos vt nos amare precipimur:reſtat
vt ſic ꝓximorũ erratib⁹:ſicut noſtris vitijs iraſcamur. Hec
ſententialiter Grego.Idem dicit Ariſtote.iij.⁊.iiij. Ethico
rũ.Sic Exod.xj.cum loqueretur moyſes pharaoni : ⁊ ille
noluit audire:exiuit a pharaone iratus nimis. Sic etiam
Exo.xvj.cum ꝓhiberet moyſes:ne vſqꝫ mane ſeruarēt mã-
na iſraelite : illis in mane ſeruantib⁹:⁊ man e ſcaturiente
vermibus:irat⁹ eſt moyſes cõtra eos. Sic vidēs vitulũ/et
choros:irat⁹ ꝓiecit de manib⁹ tabulas decalogi.Exo.xxxij
Simile de eodē moyſe legit̃ Leuit. x. Et numeri.xvj . Sic
xp̃s Marc.iij. Cum circũſpexiſſet dñs cum ira iudeos qui
obſeruabãt eũ contriſtatus eſt ſuper cecitate cordis eorũ.
¶Dubitatur quarto qñ licitum ſit vti ira?Rñ. ſm Greg.v. H
mora.ꝙ duplex eſt ira.Una rationem ꝑueniēs:vt patuit in
ſecundo ꝑncipali vſqꝫ ad quartũ gradũ incluſiue. Alia eſt
rationem ſupple rectam ſubſequēs.Sunt ergo tres regule
Prima:homo non debet vti ira rationem preueniente: ſed
ꝙ ſtatim percipit eam:debet ei reſiſtere totaliter excluden
do:nec aliquam penam inferat quouſqꝫ animus totaliter
quieſcat.Ratio eſt:qꝛ ira rationem ꝑueniens trahit ratio-
nem a ſua rectitudine:vñ hꝫ ratione mali. Ira eñ delibe-
rationē rationis ꝑueniens cecat rationem / vt vindicet in
iuriam illatã/que non eſt iniuria/vel maiorem ꝙ ſit : ⁊ ſic
in alia vitia ira precipitat.Secũda regula:ira rationem ſe
quēte eſt aliqñ vtendũ.Exempli gratia qñ homo ꝑfecte co
gnoſcit pctm̃ alterius/ſm oēs circũſtãtias/⁊ quiete ⁊ inte-
gre deliberauit de ſalubri pena:⁊ vindicta ꝓ illo pctõ infli
gēda : attñ adhuc ſe ꝑcipit homo timētē aut negligentē in
exeq̄ndo dictatã penã:tũc aſſumere põt irã tãtam quãtam
põt regere rõne:ideo vt exequatur meli⁹ predictã penã.Hec
eñ aliquãdo habēt locũ in iudice reſpectu reipublice . In
magiſtro reſpectu ſcholaris.In dño reſpectu ſerui.In pla

to reſpectu ſubditi. Et in viro reſpectu vxoris. Ratio dicti
eſt: vt dicit Thomas vbi ſupra. quia paſſio ire ſicut ⁊ oĩes
alij motus appetitus ſenſitiui ad hoc dati ſunt: vt hõ prom
ptius exequatur illud quod ratio dictat. Alioquin fruſtra
eſſet in homine appetitus ſenſitiuus. Extra predictos aũt
caſus nunq̃ vtenduꝫ eſt ira: quia nihil prodeſt ira al's/ ſed
obeſt plurimum in multa mala precipitãdo faciliter. Ter=
tia regula eſt: Quãuis ira predicto modo aſſumi poſſit cũ deli
beratione ꝓ inſtrumẽto virtutis/ ⁊ eius adiutorio: illud ta
men nõ expedit oĩbus hoĩbus indifferẽter. Nõ quidem im=
perfectis ſemper: ſed perfectis. Ratio eſt: q꞉ non oẽs prop=
ter difficultatem boni vſus ire ſcirent eã regere ratione/ ⁊
odiũ/ ⁊ alia vicia nata eſſet ira generare: non autem ſic in
hominibus virtute perfectis. Simile eſt in medicinalibus
Naꝫ aliqua medicinalia licita ſunt perito medico adhibe
3 re qui ſcit modificare ea que prohibẽtur imperito. ¶ Oĩa
predicta probãtur auctoritate/ exemplis/ ⁊ ratione. Aucto=
ritate beati Grego. v. mora. dicẽtis. Cũ animus per zelum
mouetur: curandũ ſummopere eſt/ ne hec eadem ira que ꝓ
inſtrumento virtutis aſſumitur: mẽti dominetur: nec quaſi
domina preeat. ſed quaſi ancilla ad obſequiũ preparata a
rationis tergo nunq̃ recedat. Tunc eñ robuſtius cõtra vi
cia erigitur cũ ſubdita rationi famulatur. Nã quantũlibet
ira ex zelo rectitudinis ſurgat: ſi immoderata mentẽ vice=
rit rationi protinus ſeruire contẽnit. ⁊ tãto ſe impudẽtius
dilatat: quãto impatientie vitiũ virtutẽ putat. Exẽplis phi
loſophorũ illa patent. Nã vt dicit Ualerius lib. xi. Archi=
ta magiſter pitagore/ ⁊ Platonis villico ſuo iratus. Sum=
pſiſſem inquit a te ſuppliciũ: ni iratꝰ eſſem: maluit eñ im=
punitũ relinquere: q̃ ꝓpter iraꝫ grauius iuſto punire. Sic
Socrates vt dicit Seneca lib. v. de ira/ Cũ ſeruus eũ offen
diſſet quẽ habebat diſcholũ dixit ei. Cederẽ te: niſi iratus
eſſem. Correctionẽ eñ ſerui in tempꝰ diſtulit ſanius: nec
fuit auſus ſe ire cõmittere. Erat aũt in eo ire ſignũ vocem
ſubmittere/ ⁊ loq̃ parcꝰ. q꞉ apparebat ſibi tunc obſtare Ita
Diogenes: vt dt Sene. li. iij. de ira. Cũ de ira diſſereret ado
leſcentulus ꝓteruus in eũ cõſpuit: interrogatꝰ vero an ira
ſceretur cõtra illum/ ait: nõ iraſcor: ſꝫ dubito an iraſci opor
teat. Sic de Platone dicit. vt dicit Ualerius lib. iiij. cap. j.
Cũ aduerſus ſerui delictũ vehemẽtius exarſiſſet deponere
illum ſtatim tunicã/ ⁊ ꝑbere ſcapulas verberibꝰ iuſſit: ſua
manu ipſum ceſurus: poſtmodũ intelligens ſe iraſci iam in
alto manu ſuſpẽſa: queſitꝰ eſt a Spõſippo amico ſuo q̃d age
ret? Exigo inquit penas ab hoĩe iracũdo: oblituſq̃ iã ſerui:
quia aliũ quẽ potiꝰ caſtigaret inuenerat abſtulit ſibi i ſer=



uium poteſtatẽ: tu inquit Spõſippe iſtũ verbera: nolo vt ſit
ille meus ptãte. i. in mea: q̃ in ſua nõ eſt. Ratione etiã ge=
nerali prefata patẽt ſm Tho. pria ſcde. q. xlvj. Q꞉ quãuis hõ
ſit aĩal manſuetũ: cõſideratis in gñali rõne recta ⁊ tẽpera=
tiſſima humana cõplexione: tñ cõſiderata colera hoĩs: ma=
gis de facili inflammanť multi ad irã: q̃ ad cõcupiſcentiaꝫ
vel aliã paſſionẽ: ⁊ etiaꝫ q꞉ ira eſt paſſio vehementiſſima.

¶ Capitulum quartũ quinti precepti De
maledictione. Et de remedijs ire.

SEptima filia ire poteſt poni maledictio q̃ ſepe
ex ira oritur. ¶ De quo vitio tractat vt ſequiť A
Tho. ij. ij. q. lxxvij. Eſt eñ ſm eum maledicere
imprecando/ imperando/ aut optãdo ꝓnuncia=
re cõtra alium malũ ⁊ ſub ratione mali: ⁊ nõ ad
emendationẽ alterius: ſed ſolum in malum eius. Optare
autem ⁊ imperio mouere ad malũ alterꝰ ſub ratione mali
ſm ſe repugnat charitati: q꞉ debemus diligere proximũ vo
lendo bonum ipſius. Et ideo ſm genus ſuum eſt peccatum
mortale. Unde. j. Cor. vj. Neq̃ maledici. neq̃ raptores re=
gnum dei poſſidebũt. Et eſt huiuſmodi maledictio tãto gra
uius peccatũ quãto maledicit quis perſone/ quam magis
amare/ ⁊ reuereri deberet. Unde Leui. xx. Qui maledixerit
patri aut matri: morte moriatur. Subdit Tho. Cõtingit ta
men verbũ maledictionis prolatum/ peccatũ eſſe veniale:
vel ꝓpter paruitatem mali: qđ quis alteri maledicẽdo im
precatur/ vel etiã propter affectum eius qui propter verba
maledictiõis eũ ſcꝫ ex leui motu/ vel ex ludo/ vel ſurreptio
ne aliqua talia verba ꝓfert. Peccata eñ verborũ maxime
ex affectu penſantur. ¶ Dictũ eſt autem notãter in deſcri= B
ptione maledictionis ſub ratiõe mali: ⁊ ſolũ in malũ eius
cui maledicitur: q꞉ ſi quis imꝓcetur/ imperat/ aut optet ma
lum alicui ſub ratione boni/ ſic eſt licitũ/ nec proprie male=
dictio eſt: eo q꞉ intentio principalis nõ fertur in maluꝫ illiꝰ
ſed in bonũ illiꝰ. Cõtingit eñ optare malũ alicui ſub ratio=
ne duplicis boni: q̃nq̃ ſub ratione iuſti: ⁊ ſic iudex iuſte ma
ledicit illum cui precipit iuſtam penã inferri: ſic eccl'ia ma
ledicit anathematiſando: q̃nq̃ ſub ratione vtilis optatur
malum: vt quãdo quis optat aliquẽ peccatorẽ pati egritu=
dinem vel ſimile: vt melior efficiať/ vel a pſecutione bonoꝝ
deſiſtat. Et quãuis maledicere bene poſſet fieri ſm p̃dicta: tñ
creaturis irrationalibꝰ hoĩes regulariter nõ debẽt maledi
cere: tum q꞉ illud cõmuniter fit ex irrationabili quadã ira:
tum q꞉ ſolet indiſcrete fieri in malũ hoĩm quorum ſunt. Tñ
vt Thomas ibidẽ dicit maledicere rebus irrationalibꝰ in=
quantũ creature ſunt dei eſt peccatũ blaſphemie. Maledi=

cere autē eis ſm ſe conſideratis eſt ocioſum ⁊ vanum/ ⁊ per
conſequens illicitum. Immo maledicere eſt adeo illicitũ
vt etiam diabolo fieri nō debeat. Unde eccleſiaſtici.xxj. Dũ
maledicit impius diabolum maledicit ipſe animam ſuam/
id eſt maledicto culpe/et pene ſe ſubijcit. quia cum diabo=
lus ſit natura bonus: peccatum eſt ſaltē vt ſic ei malũ op=
tare. Unde beatus iudas in canonica ſua dicit. Cũ michael
archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de moy=
ſi corpore: non eſt auſus inferre iudiciũ blaſphemie: ſed di
xit/ imperet tibi dñs. vbi gloſa. Diligenter intuendũ eſt: ꝙ
ſi michael archãgelus diabolo ſibi aduerſanti blaſphemiã
dicere noluit: ſed modeſto ſermone eũ coercuit: quanto ma
gis hoībus omnis blaſphemia eſt cauenda: quãuis eñ in
C voluntate malus ſit demon: tamē natura bonus eſt. ¶ Ad
cauendum autē vitiũ maledictionis monere debent exem=
pla ſacre ſcripture: et bonorũ chriſtianorũ. Nam chriſtus
cum malediceretur/ ſupple in cruce: nō maledicebat. j. Pe.
ij. Paulus etiam dicit. j. Corinth. iiij. Maledicimur/ et bene
dicimus. Et petrus. j. pe. iij. Nō reddentes malum pro ma=
lo: nec maledictum pro maledicto. Exempla etiam chriſtia
norum bonorũ ad idem ſunt: que oſtendunt ꝙ interdum
maledicentes ſiue inuiti ſint ſiue volentes in maluz eorum
exaudiuntur. Unde grego. iij. dialogo. refert ꝙ cum ſimplex
et ſanctiſſimus florentius pro paſtore haberet vrſum oui=
culas paſcentē: diſcipuli quattuor cuiuſdam ſancti patris
qui dicebatur eutitius/ vrſum in campo occulte occiderũt:
de quo cũ florentius valde triſtaretur: eutitius flentem fra
trem venit conſolari. Cui florentius. Spero in omnipoten=
tem deũ/ ꝙ in hac vita ante oculos hominũ vindictam acci
pient: qui innoxiũ vrſum occiderũt. Statim autē quattuor
rei diſcipuli elephantino morbo percuſſi membris putreſcē
tibus interierunt. Unde omni tempore florentius flebat: ſe
homicidam proclamãs. Item ibidē refert gregorius: ꝙ cũ
famulus cuiuſdam ſtephani preſbyteri/ negligenter ei ſer=
uiret: clamauit preſbyter: veni diabole diſcalcia me/ famu=
lo ſic loquens. Statim autē demon affuit/ ⁊ corrigie ſumme
caligarum ſe ſoluerunt/ in ſignũ demoniace ſeruitutis. Ex
quo patet dicit Grego. diabolũ promptiſſimũ eſſe in male=
dictionibus ad puniendum. Simile in quarto refert de ro=
mano filiũ quinquēnem nutriente: q̃ mox blaſphemare con
ſueuerat cũ aliquid ei reſiſteret. vnde in patris ſinu peſtilē
tia laborãs: ſimile ad apparentiã demonis faciēs necatus
eſt. Sic ceſarius in dialogo ſuo di. v. refert ꝙ vir quidã mo
tus ira contra vxorē ei ait. Vade diabole: mox autē illa p au
riculã demonē intrare ſentiēs furiebat. cũ quidam ſanctus



abbas ſup caput eiꝰ legeret euangeliũ/ ſup egros manus
imponēt. Illa terribiliſſime clamabat: et cũ demoni impa=
ret vt exiret: ille reſpōdit/ nōdũ vult altiſſimus. poſtea ta=
mē modũ quo demon intrauerat/ ipſa patefecit. Itē quidã
iratus dixit filio ſuo vade diabole: quē mox demō rapuit:
nec vnq̃ cōparuit. Itē puella q̃nquennis cum lac comede
ret: pater ei iratꝰ ait/ diabolũ comedas in ventrē tuũ: mox
autē vexata eſt puella vſq̃ ad maturã etatē/ in qua cũ limi
na apoſtolorũ petri ⁊ pauli viſitaret liberata eſt. Sed an=
tea in ea demon ait: me egreſſo hec nunq̃ poſt hãc vitã ſen
tiet aliud purgatoriũ. Hec ceſarius. Sic. xxj. de ciui. dei re=
fert Aug. de vidua nobili ⁊ diuite habēte ſeptē filios/ ⁊ tres
femellas/ eis maledicēte. Oēs autē ſtatim tremore omniũ
membrorũ terribiliter ſunt percuſſi/ ⁊ ciuiũ ſuorũ oculos ve
rentes: in orbē diſperſi ſunt omnibus ſpectaculũ facti miſe
rum. Et ſi nunq̃ maledicentis optio impleretur: tamē ſem
per ille qui maledicit/ ſeipſum primo maledicit: vt verifice
tur illud Gene. xxvij. quo iſaac de iacob ait. Qui tibi male=
dixerit: ſit ille maledictus. ¶ Tertio principaliter viden= D
dũ eſt de remediis ire. Sunt autem quedã remedia cōtra
iram propriam: quedam cōtra iram alienam. Remedia ire
proprie ſunt nouē. Primũ eſt radicē ire euellere: q̃ eſt amor
ſui inordinatus/ ⁊ ſuorũ. Qui enim ardenter diligit inordi=
nate ſe/ amicos/ filios/ tēporalia/ ⁊ honores: ſtatim credit ſi
bi iniuriã illatam eſſe vel ſe paruipendi: vt dicit Ariſto. ij.
rheto. Unde eccleſi. xxviij. ſm ligna ſilue: ſic ignis exarde=
ſcit: ⁊ ſm virtutē hoīs: ſic iracũdia illius erit. ⁊ ſm ſubſtan
tiam ſuã exaltabit irã ſuam. Secundũ eſt ſilentiũ. Nã na=
tura ire eſt vt ꝓlata magis ferueat. Unde ꝓuer. xxvj. Qui
imponit ſtulto ſilentium: iras mitigat. Unde ſanctus pater
Iſaac req̃ſitus Cur demones eũ tantũ timerēt: Reſpondit
ex quo factus ſum monachus ſtatui apud me: vt iracũdia
extra guttur meũ nō ꝓcederet. ⁊ pſ. Poſui ori meo cuſto= Ps.xxxviij.
diã: cũ cōſiſteret peccator aduerſum me. ¶ Tertiũ remediũ E
eſt exempla patientiũ inſpicere: principaliſſime chriſti paſ
ſionē. de quo dicit Greg. Si paſſio dñi ad memoriã reuocet:
nihil adeo durũ eſt qđ nō equo animo toleret. in cuiꝰ figu=
ra Nume. xxj. Filij iſrahel leſi a ſerpētibꝰ ignitis: inſpecto
ſerpēte eneo/ id eſt xpo crucifixo ſanati ſunt. Ad idē valent
exēpla Job. Exēplũ etiã illiꝰ mulieris nobilis: de qua re=
fert Caſſianꝰ in coll. patrũ. q̃ petiuit viduã iracũdiſſimã in
qua patiētiã diſceret. Talibꝰ eñ exēplis velut optimo cli=
peo aīa muniri pōt. Quartũ eſt cogitare quō deũ ſepe pro=
prijs malis ꝯtempſimꝰ vel paruipēdimꝰ. ⁊ indigemꝰ etiã in
ꝓprijs defectibꝰ a ꝓximis ſupportari. Uñ greg. v. mora. Eſt

ali⁹ ſeruāde māſuetudinis mod⁹: vt cū alienos exceſſus cō ſpicimus: noſtra quibus exceſſimus delicta cogitem⁹. Con ſiderata quippe infirmitas propria peccata nobis excuſat aliena. Patienter nāq̧ iniuriam illatā tolerat/ qui pie me= minit ꝙ fortaſſe adhuc habeat in quo debeat ipſe tolerari Ideo tam faciliter quidam iraſcunt: quia ꝓprios defectus quibus a deo vel ꝓximo ſupportantur non agnoſcunt. Vñ Prouer. xix. homo indigens miſericors eſt. Seneca Regum animos induimus illi obliti infirmitatis ſue: aliene deſer= uiunt/ quaſi iniuriam acceperint. ¶ Quintum remedium
F eſt conſideratio diuine ordinationis. Nullum em̄ malū no= bis poteſt inferri niſi diuina ordinatione: quod maximum debet eſſe fidelib⁹. Deus em̄ eſt velut medicus fideliſſimus qui aquam tribulationis cuiq̧ propinat: ſm̄ ſue infirmita=
Ps. lxxvij. tis exigentiā. ps. Statuit aquas quaſi in vtre/ ſcꝫ de celo eā diſpenſans filijs. Unde pma Corin. x. Fidelis deus qui nō patietur vos tēptari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiā cum temptatione prouentum: vt poſſitis ſuſtinere. Hāc ra= tionem aſſignat xp̄s petro Johan. xviij. Calicem quem de dit michi pater: non vis vt bibam illum? Sine quo nec filij zebedei poſſunt ſedere ad dexteram ⁊ ſiniſtram in regno. poteſtis (inquit xp̄s) bibere calicē quem ego bibitur⁹ ſum Math. xx. Deus eſt velut pater piiſſimus: qui filium quem diligit caſtigat. Apocalip. iij. Ego quos amo arguo ⁊ caſti= go: ne videlicet ſm̄ apoſtolum ſimus adulterini filij. Si in quit extra diſciplinā eſtis: cuius participes facti ſunt om= nes: ergo adulteri/ ⁊ non filij eſtis. Heb. xij. Deus etiam eſt velut mater miſericordiſſima: que licet virga caſtiget filio lum: tamē non ſupra modū. Nam Eſa. xlix. Nunquid obli= uiſci poteſt mater infantē ſuū: vt non miſereatur filioli vte ri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui Sextum eſt conſideratio vtilitatis ipſius tribulationis. Nā vexatores noſtri ſunt ſicut apes que licet pungant: tamen diliguntur quia mellificant: ſic inimici licet rodant: tamen penam pro peccatis minuunt. prudentes faciunt. decorant
Ps. cxvij. patientiam. augent hic meritum. ⁊ in celo premiū. ps. Cir cundederunt me/ ſcꝫ inimici (dicit xp̄s) ſicut apes/ ⁊ exarſe runt ſicut ignis in ſpinis. Septimū eſt conſideratio noſtre impotentie. Sunt em̄ quidam qui verecundantur ſi non tri bulantes eos verbo vel facto ledunt: ſꝫ ſciat homo etiā mi nimis oportere parcere. vñ Aug. homo tibi conuiciū dicit ⁊ tumes/ ⁊ iratus es. pulicibus reſiſte ſi potes: vt dormias Octauum eſt parcere/ ⁊ miſereri inſano. Nam irat⁹ aliquē impugnans: ratione in parte vel in toto non vtitur: ⁊ ſic ce cus eſt ⁊ ſtultus/ ⁊ quodāmodo inſanus/ quibus naturali=



ter clementes ſumus. Unde prouer. xiiij. Qui impatiēs eſt exaltat ſtulticiā ſuam. Nonū eſt preuia cōſideratio omniū malorum que ſibi poſſent inferri. Vñ Grego. v. mora. Mens ſollicita anteq̄ quodlibet agere incipiat: omnes ſibi quas pati putat contumelias proponat: quatinus ſui redempto= ris probra cogitans: contra aduerſa ſe preparet. Que nimi rum venientia tanto fortior excipit/ quanto ſe cautius ex p̄ ſcientia armauit. Qui vero improuidus ab aduerſitate de prehenditur: quaſi ab hoſte dormiens inuenitur. Hec reme dia ſunt ire proprie Sed principaliter inuocandum eſt in omnibus auxilium diuine gratie: ſine quo nihil poſſumus. ¶ Remedia aūt cōtra alienā iram ſunt tria. Primū eſt mol= B
lis reſponſio. Hoc eſt mirabile naturale vnū vbi molle fran git durum. Unde prouer. xv. Reſponſio mollis frāgit iram. Exemplum in vitas patrū vbi diſcipulus macharij eū pre= cedens ait ad ſacerdotem idolorum ligna portantē: quo vadis demon: qui iratus vulnerauit grauiter diſcipulum. Cum autē macharius ſuperueniēs ſacerdoti diceret: ſalue laborator/ hoc verbo lenitus per macharium cōuerſus eſt in monachū. Unde cauſa vulnerationis reddita/ vulneratū ambo in monaſteriū portauerūt. Homo enim iratus eſt ve lut olla bulliens: cui aqua frigida ſuperfundēda eſt. Unde prouer. xv. Os fatuorū ebullit ſtultitiā. Secundū remediū eſt ſilentiū. Uerba em̄ ſunt velut ligna/ ſi ſaltem ſint verba irato diſplicibilia: ſed ad extinguēdum ignē oportet mate= riam lignorū minuere. Unde eccle. viij. Nō litiges cū homi ne litigioſo: et nō ſtrues in ignem illius ligna. Securius ergo eſſet interdū ab irato recedere/ qui nollet comburi: ſi= cut et ab igne. Roma. xij. Non vos defendentes cariſſimi: ſed date locū ire. Tertiū remediū eſt beneficiū. Beneficia enim irato impenſa: ſunt velut carbones igniti/ valentes ꝓ charitate proximi. Ideo ꝓuer. xxv. Si eſurierit inimicus tuus: ciba illum. Si ſitierit: da illi aquam bibere. Prunas enim congregabis ſup caput eius: et dominus reddet tibi.

¶ Capitulum. v. de inuidia: ⁊ eius remedijs.

DE inuidia que vt plurimum eſt cauſa homi cidij de qua Job. v. paruulum occidit inui= dia. Tria ſunt pricipaliter videnda. Primo quid ſit. Secundo quantum noceat. Tertio de remedijs. ¶ Quantum ad primum. Inui A
dia dicit beatus Aug. eſt odium felicitatis aliene. Damaſce. lib. ij. dicit ꝙ eſt triſtitia de alienis bonis. Et dicitur inuidia: quia non poteſt vide= re bona aliorum. Unde Ambro. lib. de offi. Inuidus bono torquet alieno. Null⁹ aūt pōt videre equanimit illō de quo

t

torquetur. Pro cuius intellectu notandũ ſꝫ Tho. ſcđa ſcđe q.xxxvj.ꝙ inuidia eſt triſtitia de alieno bono inquantum quis aliũ excedit in bono apparẽti precipue de quo eſt glo= ria/vel in quo homines appetunt honorari/ et in opinione eſſe inquantũ alienũ bonũ diminuere videtur ꝓpriam ex= 
B cellentiam. ¶Unde greg.xxxj.mora. Inuidia ex inani glo= ria vel ex ſuperbia naſcitur. Qđ ſic patet. Nã cũ ſuperbus inaniter glorioſus appetit ſuꝑ alios excellere/et magn⁹ ap parere/⁊ cognoſcit in alio aliquod bonũ:tũc timet ꝙ in hoc ipſum alter excellat vel ſibi equetur:⁊ tũc triſtat̃ inquantũ hoc minuit gloriã ſuã et excellentiã quã haberet in opinio ne hominũ. Ex hoc em̃ ꝙ alius in aliquo bono ſibi equatur aut eũ excedit ipſe min⁹ glorioſus eſtimatur. qꝛ tũc nõ ſuꝑ alios ipſe excellens putat̃. Exemplũ. Tu ſcis artificiũ in ci= uitate:venit peregrin⁹ q̃ equalier tibi vł meli⁹ te opatur de quo ipſe laudat̃:ſꝫ tu times eũ tibi equari/aut te excellere/⁊ doles de fama eius vł bono:qꝛ fama tua mĩor erit:hec tri= ſtitia de alieno bono eſt inuidia vera. Et videt̃ principali⁹ eſſe triſtitia de gloria alterius :inquantũ minuit gloriã tuã quã appetis. Sic ſimiliter eſt inter diuites/nobiles/predi= catores/magiſtros ⁊ ſimiles quo ad pulchritudinẽ/fortitu= dinem/ſcientiã/vocẽ/ deuotionẽ .⁊ de quocũꝙ vero vł eſti= mato bono : de quo quis gloriã querit ¶Secũdo notãdum 
C ſm Tho.vbi pri⁹ ꝙ cũ inidia ſit triſtitia de alieno bono:qua druplex eſt triſtitia que de alienis bonis in alio cognitis põt oriri:⁊ ſolũ quarta eſt inuidia. Primo em̃ qs triſtat̃ de bono alterius inquantũ ex eo timetur nocumentũ / vel ſibi vel alijs bonis.et talis triſtitia nõ eſt inuidia: ſed magis ti moris effect⁹: ⁊ põt eſſe ſine pctõ et laudabilis. Uñ prouer. xxix. In multitudine iuſtoꝝ letabit̃ vulgus. Cũ impij ſum pſerint principatũ gemet populus. Et greg.xxj.mora. Eue= nire plerũꝙ ſolet vt nõ amiſſa charitate/⁊ inimici nos ruina letificet/et rurſus eius gloria ſine inuidie culpa contriſtet. cũ et ruente eo quoſdã bene erigi credim⁹.et ꝓficiente illo: pleroſꝙ iniuſte opprimi formidam⁹. Secũdo modo poteſt quis contriſtari de bono alterius : non ex eo ꝙ ipſe habet bonum : ſed ex eo ꝙ nobis deeſt bonum illud quod habet ipſe.et hoc eſt proprie zelus .vt dicit philoſophus.ij.rheto. Et ſi zelus iſte ſit circa bona honeſta:laudabilis eſt. Unde j.coꝛ.xiiij. emulamini ſpiritualia . Et hiero. in epiſtola ad alethã de inſtructione filie dicit. habeat ſocias cum qui= bus addiſcat quibus inuideat . et quarum laudibus mor= deatur . vbi ſumitur inuidia pro zelo :quo quis debet inci= tari ad proficiendum cũ melioribus . Si autem ſit de bo= nis temporalibus:poteſt eſſe cum peccato / et ſine peccato



¶Tertio mõ aliquis triſtat̃ de bono alteri⁹ inquantũ ille qui accipit bonũ eſt eo indignus: quequidẽ triſtitia nõ põt oriri ex bonis honeſtis ex quib⁹ aliquis iuſtus efficit̃. ſicut philoſoph⁹ dicit.ij.rheto. ſed de diuitijs ⁊ de talib⁹ q̃ poſ= ſunt ꝓuenire dignis/et indignis.⁊ hmõi triſtitia ſꝫ eũ voca tur nemeſis.⁊ptinet ad bonos mores. Sꝫ hoc iõ dicit:qꝛ cõ ſiderabat ipſa bona temporalia ſꝫ ſe : ꝓut poſſunt magna videri/non reſpicientib⁹ ad eterna: ſed ſꝫ doctrinã fidei bo na tẽporalia q̃ ꝓueniũt ĩdignis ex iuſta dei ordinatione:diſ ponunt̃ ad eoꝝ correctionẽ/ vł ad eoꝝ dãnationẽ. Et hmõ i bona quaſi nihil ſunt in comparatione ad bona futura:que ſeruantur bonis. Et ideo hmõi triſtitia ꝓhibet̃ in ſacra ſcri ptura .ſm illud pſ. Noli emulari in malignãtib⁹:neꝙ zela ps.xxxvi. ueris faciẽtes iniquitatẽ. Et alibi. Pene effuſi ſunt greſſus ps.lxxii. mei:qꝛ zelaui ſuꝑ iniquos pacẽ peccatorũ videns. Quarto modo aliquis triſtat̃ de bono alicui⁹ inquantũ allter exce= dit ipſum in bonis ⁊ hoc ꝓprie eſt inuidia . et hoc eſt ſemꝑ prauum.vt dicit Ariſto.ij.rheto.quia dolet de eo de quo eſt gaudendũ/ſcꝫ de bono ꝓximi ſm charitatẽ cui etiã directe cõtrariatur:vt dicet̃. ¶Quomodo autẽ fiat inuidia veniale 
E peccatum / vel mortale : notandum tertio ꝙ tres ibi ſunt gradus. Primus vbi materia origo/et cauſa inuidie eſt co= gnitio boni alieni excellentis in homine vane glorioſo. Tã lis em̃ faciliter timet de diminutione ſue glorie: ⁊ triſtatur faciliter de bono proximi. Uñ ſm Greg.xxxj.mora. Inuidia ex inani gloria naſcitur . ⁊ ex eadem radice etiam ſecun= dum philoſophum ſecũdo rhetorice/multe ſunt cauſe inui= die. Primo ſimilitudo aliquorũ ſecundum genus/cognitio nem/ſtaturam/habitũ/aut opinionẽ. Ratio eſt. qꝛ ad iſtos tantũ eſt inuidia quibus homo ſe vult equare vel ꝑferre. hoc aũt non eſt niſi reſpectu non multũ diſtantiũ . Nullus enim niſi inſanus ſtudet ſe equare/vel ꝑferre in gloria his qui multo maiores eo ſunt puta plebeus regi vel ecõuer= ſo.ideo his q̃b⁹ multũ diſtat loco vel tempore/vel ſtatu /hõ nõ inuidet:ſꝫ q̃bus eſt propinquus. Nã cũ propinq̃ videat̃ in gloria excedere:eos nitimur excellere:⁊ ex eoꝝ gl̃ia qua cõtra noſtrã volũtatẽ pollẽt:triſtari incipiũ⁹ ⁊ ſic ĩuidere. Secũdo facil'r ĩuidẽt puſillanimes qꝛ oĩa reputãt magna ⁊ gl̃ioſa q̃ nõ hñt. Tertio ſenes faciliter ĩuidẽt iunioꝛib⁹ : q̃s putãt poſſidere q̃ ipſi nõ habuerũt/vł nõ haber̃. Capit̃ tñ in uidia ſicut cetere paſſiones qñꝙ ſicut dicit Aureol⁹ ſuꝑ.ij. di.xxj.q.ij.quaſi ꝓ quadã naturali inclinatiõe ad paſſionẽ inuidie . Sũt em̃(vt inq̃t)in appetitu ſenſitiuo appetibilita tes q̃dam faciẽtes in corpore reales trãſmutatiões cõſeq̃n tes cõplexiones corporum naturales. Unde qui ſunt con=

plexionis frigide ⁊ humide:ſunt naturaliter magis inclina
ti ad īuidiā. vt patet de multis pueris/mulieribꝰ/⁊ ꝗbuſdā
hoībꝰ flegmaticis. Et rō eſt.qꝛ tales q̄litates paſſiue ſunt.iō
eſt in corpore aptitudo ad caſum/⁊ depreſſionem . propter
quod in appetitu ſenſitiuo oritur ꝓportionalis quedā apti
tudo ad depreſſionem ⁊ ad caſum/vt faciliter deprima=
tur/⁊ cadat ad apprehēſionē boni alterius. Unde ſic eſt ꝙ om
nia alia q̄dam reputant ſuperiora reſpectu ſui. Ideo timēt
confundi naturaliter ⁊ deprehendi . Ratione igitur talis cō=
plexionis/quando quis videt bonū in aliquo ſtatim incli=
natur ad inuidendū. ⁊ tunc fit conformis tranſmutatio in
corpore.puta quidam caſus manifeſtus in vultu:⁊ perpen
ditur inuidia . Et hoc modo accipiendo inuidiam ſcilicet
pro naturali aptitudine/ ⁊ paſſione vel etiam vt talis paſ=
ſio eſt primus motus/vt ſic nō eſt peccatū: ſed pena pecca=
ti.vel peccatū largo modo : cū ſit pena peccati originalis
hec de aureolo.Unde Aug.lib.j. confeſſionum dicit paruū
quēdā collactaneū ſuū toruo vultu aſpexiſſe/⁊ illud inuidie
attribuit . Uidi inquit ego ⁊ expertus ſum zelantem puerꝫ
nondū loquebatur : ⁊ intuebatur pallidus amaro aſpectu
G collactaneū ſuum.¶ Secundus gradus eſt quedam ſubita
⁊ non deliberata triſtitia de bono proximi inq̄tuꝫ excellēs
eſt.Tertius eſt triſtitia talis modi deliberata / ſeu perfe=
cta. Prima eſt veniale peccatū.ſed tertia eſt mortale pctm̄
Unde Tho.vbi priꝰ de vtroqꝫ dicit. Inuidia ex genere ſuo
eſt mortale peccatum . Genus enim peccati conſideratur ex
obiecto. Inuidia aūt ſm̄ rationem ſui obiecti contrariatur
charitati:per quā eſt vita anime ſpiritualis ſm̄ illud.j.Jo
han.iij. Nos ſcimus qm̄ tranſlati ſumus de morte ad vitā
qm̄ diligimus fratres.Utriuſqꝫ eñ obiectum/ ⁊ charitatis/
⁊ inuidie eſt bonū proximi/ſꝫ ſm̄ contrariū motū. Nā chari
tas gaudet de bono ꝓximi. ſm̄ illud.j. Corin .xiij . Nō gau
det ſuꝑ iniquitate.congaudet aūt veritati. Inuidia autem
de bono ꝓximi triſtatur.Unde ex ſuo genere cōuincitur pec
catū mortale eſſe inuidia. Ideo iob.v. Paruuluꝫ occidit in
uidia.ſed nichil occidit ſpūaliter niſi peccatū mortale.Sed
ſicut dictū eſt ſupra in quolibꝫ genere pctī mortalis inueni
untur aliq̄ imꝑfecti motꝰ in ſenſualitate exiſtētes q̄ ſunt oī=
mode pctā venialia . Sicut in genere adulterij primꝰ mo=
tus concupiſcentie.et in genere homicidij primus motus
ire:ita etiam in genere inuidie inueniuntur aliqui p̄mi mo
tus q̄nqꝫ in viris perfectis/q̄ ſunt pctā venialia. Hec Tho.
Quartus gradus inuidie eſt peccatū in ſpiritūſctm̄. qḋ di
citur inuidētia fraterne gratie.Unde Tho.in.ij.di.xliij.di=
cit. Inuidia duplex eſt.quedam que eſt de ꝓſperitate vel



exaltatione hominis.⁊ quedam que eſt de exaltatione gra
tie.ſicut ꝙ multi ad deū conuertantur / vel aliquid huiuſmo
di.Et talis inuidia ſolū eſt peccatum in ſpiritūſanctū . Uñ
ibidem Bonauentu.dicit.dupliciter poteſt aliquis inuide
re aliene gratie.Uno modo quia ex hoc minuitur bonū pro
prium:cuius promotionē appetit ſingulariter.⁊ ſic eſt pec=
catum capitale.Alio modo quia viſus anime eſt ſic depra=
uatus:vt ſicut non videt bonū in ſe : ſic etiam nolit videre
bonū in alio:⁊ tunc eſt peccatū in ſpm̄ſanctum:hoc aūt eſt
in illis maxime/qui vix pñt in alio videre bonum:⁊ ita alio
modo eſt capitale vitium:⁊ alio modo peccatum in ſpiritū
ſanctum:⁊ iſto modo nō procedit niſi ex magna corruptio=
ne/⁊ malitia voluntatis:que adeo guſtum peruertit: vt bo H
num faciat apparere malū:⁊ econuerſo.¶ Secūdo princi=
paliter videndum eſt de inuidia quantū noceat:⁊ ꝙ ſit de=
teſtabilis ꝓpter nouem. Primo nocet ꝓprio ſubiecto in cor
pore multipliciter:quia eſt triſtitia.Sed triſtitia ſm̄ Tho.
p̄ma.ij.q.xxxvij.ſaltem mala/multa mala facit. qꝛ aggra=
uat aīum: vt interdū motꝰ corporis exterior impediatur:⁊
fit homo ſtupidus ⁊ intenſa triſtitia pre omnibꝰ anime paſ
ſionibus maius nocumentum infert corpori.Unde ꝓuerb.
xxv.Sicut tinea veſtimento/⁊ vermis ligno:ita triſtitia vi
ri nocet cordi:quia animus gaudens etatem floridā facit:
ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.Et eccleſiaſt.xxxviij. De triſti
tia feſtinat mors:ſed hoc verum eſt de triſtitia / que ſpem
non habet annexā.Sicut contritio habet ſpem ⁊ gaudiū de
remiſſione ⁊ intuitu diuine miſericordie. Secundo dānoſa
eſt inuidia:quia eripit eam habenti ſocietateꝫ eccleſie.Ps. Ps.cxviij.
Particeps ego ſum oīm timentiū te/⁊ cuſtodientium man
data tua.Aug. Penſent inuidi quantum bonū ſit charitas
que ſine labore noſtro/ aliena bona noſtra facit. Tertio in
uidia nulli parcit. De nocenti notū eſt:de innocentibꝰ ptꝫ.
Cū cain inuidus abel : fratres ipſius ioſeph eundē:⁊ ſaul
dauid ſine cauſa ſint perſecuti:tales peiores ſunt pilato.de
quo Math.xxvij.Sciebat ꝙ per inuidiam tradidiſſent euꝫ.
Quarto inuidia valde difficulter curatur: qꝛ eſt velut ignis
grecus qui in aqua tribulationū ardet: ⁊ difficulter extin=
guitur. Ideo gal.vj. Nō efficiamini inanis glorie cupidi/in
uicē ꝓuocātes:inuicē inuidētes.Suꝑ quo cyprianus.zelus
iſte modū nō habet:ꝑmanens iugiter ſine fine: cum alia fi=
niantur ſcelera:quātoqꝫ ille cui inuidetur creſcit in ſucceſ
ſu meliori:tanto inuidus liuoris ignibus inardeſcit. Quin
to inuidia oſtēdit hoīem puſillanimē:⁊ infimis rebus cōpa
rat. Job.v. Paruulum occidit inuidia. Nobiles ſunt cōmu
nicatiui:vt patet in hominibus/in leone ⁊ aquila. Ecōtra=

rio ignobiles ſunt inuidi. Sexto ſignum eſt per quod demõ
ſuos cognoſcit. Sicut charitas econtrario. Johã. xiij. In
hoc cognoſcent oẽs qꝛ mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionẽ ha=
bueritis adinuicem. Septimo ſocij ſunt diaboli in lucro /
⁊ in damno: quia quando diabolus lucratur / ⁊ male ſucce
dit homini: inuidus hoc lucrum ſuum putat ⁊ ecõuerſo. vñ
cũ ſm Tulliũ. Amicoꝝ ſit idẽ velle ⁊ nolle: ptȝ ꝓpoſitũ. Octa
uo ꝓditores plerũqȝ efficiunt̃. Prouer. xxiij. Ne comedas cũ
homine inuido: ⁊ ne deſideres cibos eiꝰ: qm̃ in ſimilitudi=
nem arioli ⁊ cõiectoris eſtimat quod ignorat. Comede ⁊ bi
be dicet tibi / ⁊ mens eius non eſt tecũ. Nono inuidus gra=
uiſſima anime ĩfirmitate tenetur: guſtũ em̃ anime adeo in
fectum habet: vt bonum inimici putet malum: ⁊ econuerſo
Eſa. v. Ve qui dicitis bonũ malũ / ⁊ malum bonũ: ponentes
tenebras lucẽ: ⁊ lucẽ tenebras: ponentes amarum in dulce
I ⁊ dulce in amarum. ¶ Tertio principaliter de remedijs in
uidie notandũ ꝙ contra eã valẽt quinqȝ. Primo vt hõ po=
nat dilectionẽ in ea bona q̃ poſſunt ſimul a multis haberi
⁊ a ſingulis plene. Sicut eſt ꝑdicatio eucharistia / cõmunio
vel ſuꝑ omnia dilectio: ⁊ regnũ celoꝝ. Unde Grego. Qui fa
cibꝰ inuidie carere deſiderat: illã hereditatẽ appetat: quã
numerus poſſidentiũ non anguſtat. Uir em̃ iuſtus per hoc
ꝙ in terris nichil appetit: alienis ꝓfectibus inuidere ne=
ſcit. Secundo inſpicere debemus quantis fraternitatibus
iungimur. Oĩs em̃ ꝓximus eſt frater naturalis: quoꝝ omni
um vnꝰ fuit pater adam: multi ſunt fratres noſtri ſpiritua=
les: quoꝝ omnium vnus pater chriſtꝰ eſt: ⁊ mater vna vir=
go beatiſſima maria: ſicut ⁊ mater vna ſancta eccleſia. Su
mus em̃ membra vnius corporis eccleſie. j. Corin. xij. Si q̃d
patitur vnũ mẽbrũ: compatiuntur cetera membra. Tertio
cõtra inuidiã valet eradicatio proprie ſuꝑbie. qꝛ ex ea ori=
tur. Unde dicta contra ſuꝑbiã vel inanem gloriã: valẽt etiã
hic. Quarto valet cõtra inuidiam meditatio multiplicis
damni: quod ex ea prouenit. vt in ſecundo membro patuit.
Sicut em̃ grecus ignis arena ⁊ aceto ſolet extingui: ſic in=
uidia conſideratione infructuoſi ſtatus quem habet: ⁊ ama
ritudine / ⁊ ꝯſumptione viriũ poteſt extingui. Quinto valet
cõtra inuidiã / exercitiũ in opibus mĩe circa ꝓximos vel ini
micos. vñ Prouer. xxv. Si eſurierit inimicus tuus: ciba il=
lũ. ſi ſitierit: potũ da illi. Prunas em̃ ꝯgregabis ſuꝑ caput
eiꝰ: ⁊ dñs reddet tibi. Miſericordia em̃ directe opponit̃ inui
die. quaꝝ prior dolet de miſeria ꝓximi. poſterior vero de fe
licitate ꝓximi. vñ de mĩa dr̃. ij. Corin. xj. Quis infirmat̃ / et
ego non infirmor. De inuidia vero iude. Johã. xij. ꝙ iudas
murmurauit de effuſione vnguenti ſuper caput ieſu.



¶ Capitulum ſextum. de filiabus inuidie: ⁊
primo de odio.

Hunc de filiabus inuidie differendũ eſt. Primo
que occaſiones ſunt homicidij corporalis. Se
cundo de odio in ſpeciali quid ſit. ⁊ de eius ꝓ A
prietatibus. Tertio an pctõres ſe odio habe
ant. ¶ Quantuȝ ad primũ notandũ ſm Tho.
ij. ij. q. xxxvj. ⁊ ſȝ Gre. xxxj. mora. Quinqȝ ſunt
filie que ex inuidia oriri poſſunt / vicȝ ſuſurrium / detractio
exultatio in aduerſis / afflictio in ꝓſperis proximi ⁊ odium
Quod ſic ptȝ. nam in conatu inuidie eſt aliquid tanqȝ prin
cipium. ⁊ aliquid tanqȝ medium. ⁊ aliquid tanqȝ terminus.
Principium quidem eſt: vt aliquis diminuat alteriꝰ gloriã
vel in occulto: ⁊ ſic eſt ſuſurratio. vel manifeſte: ⁊ ſic eſt de=
tractio. Medium aũt eſt ꝙ aliquis intendat diminuere glo
riam alterius aut poteſt: ⁊ ſic eſt exultatio in aduerſis. aut
nõ poteſt / ⁊ ſic eſt afflictio in proſperis. Terminꝰ aũt eſt in
ipſo odio. qꝛ ſicut bonũ delectans cauſat amorem: ita triſti
tia odium. ¶ Quo ad ſecundũ ſciendum ꝙ differũt ira / in= B
uidia / ⁊ odiũ ſȝ Tho. ij. ij. q. centeſima quinquageſimaocta
ua. Ira em̃ eſt per quam appetimꝰ malũ proximi: ſm quan
dam menſurã / ꝓut ſcȝ hȝ rationẽ vindicte. Odiũ aũt eſt / per
quod deſideratur malũ proximi abſolute. ⁊ ira eſt interdũ
cauſa odij. qꝛ per hoc ꝙ aliquis appetit malũ vindicte ſub
ratione iuſti / ⁊ cum hoc frequenter facit: peruenitur ad ap
petitum mali abſolute in proximum / quod eſt odiũ. Inui=
dia vera eſt triſtitia de bono alieno. Unde ſicut triſtitie ap=
ponitur gaudiũ: ſic odiũ amori. ⁊ cauſatur odiũ tã ex ira: qȝ
ex inuidia / ſed directius ex inuidia: qꝛ ex eo ꝙ quis triſtat̃
de bono proximi: ſtatim diſplicentiam / ſeu odium faciliter
capit. ¶ Dubitatur primo: vtrum deus poſſit odiri ab ali= C
quo? Rñ. Tho. ibidem deus poteſt dupliciter ab homine ap
prehendi. Uno modo ſm ſeipſum / puta cum per eſſentiam
videtur. Alio modo ſecundum effectus / ſcilicet cum inuiſi
bilia dei per ea que facta ſunt intellecta cõſpiciuntur. Deꝰ
ꝑ eſſentiã ſuam eſt ſumma bonitas quã nullus põt odio ha
bere ſic viſam. qꝛ ſic non habet niſi rationẽ diligibilis / non
odibilis. qꝛ ibi nihil mali apparet ĩtellectui. Sũt aũt effe=
ctuũ diuinoꝝ duo gña. q̃dã ſ. q̃ nullo modo poſſunt cõtraria=
ri volũtati / vt eſſe / viuere / ⁊ intelliger: e ⁊ talia ſunt oĩbꝰ etiã
appetibilia. Et ꝓut eſt deꝰ taliũ effectuũ auctor etiã nõ põt
odiri. Alij ſunt effectꝰ dei: q̃ repugnãt inordinate volũtati /
ſcȝ inflictio pene / ⁊ cohibitio pctõꝝ ꝑ legẽ diuinã repugnan
tẽ volũtati pctõꝝ. Et quãtũ ad tales effectꝰ / deꝰ põt odiri ab
aliqbꝰ: inquãtũ vicȝ deꝰ apprehẽdit̃ vt pctõrum prohibitor

D ⁊ penarum inflictor. ¶Secundo dubitatur:an odium dei ſit
grauiſſimum peccatoꝝ ſimpliciter? Rñ.ſm tho. ibidem ꝙ ſic
qñ eſt deliberatum. Rō qꝛ optimo opponitur peſſimū.ꝑ phm
viij.ethic. Sed amori dei qui eſt optimū opponitur odiū dei
Ideo cum pimum ſit optimū/ſcōm eſt peſſimū. Immo odium
dei ex deliberatione eſt maxime pctm̄ in ſpm̄ſanctum ſm ꝙ
peccatum in ſpm̄ſanctum nominat aliqđ genus ſpeciale pcti
non tamen cōputatur inter ſpecies peccati in ſpm̄ſanctum.
qꝛ gnāliter inuenitur in omni ſpecie peccati in ſpm̄ſanctuꝫ.
Unde odium dei maius pctm̄ eſt infidelitatis peccato. qꝛ ex
eo oritur:vt effectus ex cauſa.¶Dubitatur tertio q̄ poſſum⁹
E ⁊ debeam⁹ odire? Rñ.ſm tho. ibidem lꝫ odio habere illud qđ
a diabolo deriuatur/vt peccatuꝫ.⁊ om̄e illud qđ pertinet ad
defectum diuine iuſtitie et q̄cquid a deo abducit nos: ſm ꝙ
a deo abducit.Sed naturam fratris/grām ⁊ hmōi:cum ſint a
deo/ſine peccato nō poſſumus odire. De pimo dicitur Luce
xiiij.Si quis venit ad me/⁊ non odit prēm aut matrem: non
pōt eſſe me⁹ diſcipulus.Et roma.pimo. Detractores deo odi
biles.De ſecundo.j.Joh.ij.Qui frēm ſuum odit:in tenebris
eſt.Sed ſumma cautela ſm Greg.ibi videnda eſt:ne ſub veſte
F boni odij:ſe occultet odium fratris. ¶Quo ad tertiū vtrum
pctōres ſe odiant? Rñ. ꝙ ſic.vnde ps.Qui diligit iniquitateꝫ
ps.x. odit animā ſuam. Pro cuius intellectu notat hic Tho.ſecun
da.ij.q.xxv.vbi querit.Utruꝫ peccatores ſe diligant? Amare
ſeipm: vno mō cōmune eſt omnib⁹.Alio modo ꝓprium eſt bo
noꝝ. Tertio mō proprium eſt maloꝝ.ꝙ em̄ aliqs amet id qđ
ſeipſum eſſe exiſtimat:hoc cōmune eſt omnib⁹. homo aūt di-
citur eſſe aliquid dupliciter. Uno mō ſm ſubſtantiam ſuam/
⁊ naturam. ⁊ ſm hoc oēs eſtimant bonū cōmune ſe eſſe illud
qđ ſunt/ſcꝫ ex anima/⁊ corpore cōpoſitos.Et ſic etiam om̄es
homies boni ⁊ mali diligunt ſeipos inquantum diligunt ſui
ipoꝝ conſeruationem.Alio mō dicitur eſſe homo aliqđ ſcōm
principalitateꝫ. Sicut pnceps ciuitatis dicitur eſſe ciuitas.
Unde qđ pncipes faciunt dicit̄ ciuitas facere. Sic autē non
om̄es exiſtimant ſe eſſe illud qđ ſunt. pncipale em̄ in homie
eſt mens rōnalis.ſecundarium aūt eſt natura ſenſitiua/⁊ cor
poralis.Quoꝝ pimum vocat apoſtolus interiorem hominem.
vt ptꝫ.j.Coꝝ.v.Boni aūt exiſtimant pncipale in ſeipis rōna-
lem naturā/ſiue interiorem hominē. Uñ ſcōm hoc exiſtimāt
ſe eſſe qđ ſunt. Mali aūt exiſtimant pncipale in ſeipis natu-
rā ſenſitiuam/⁊ corporalem ſcꝫ exteriorem hominem.Uñ nō
G recte cognoſcentes ſeipos non vere diligunt.¶Et hoc ꝓbat
philoſoph⁹ in.ix.ethi.ꝑ quinqꝫ que ſunt amicitie ꝓpria.Unuſ
quiſqꝫ em̄ amicus Primo q̄dem vult ſuum amicum eſſe/⁊ vi-
uere.Scđo vult ei bona. Tertio operatur bona ad ipꝫ Quar



to conuiuit ei delectabiliter.Quinto concordat cū ipo qua
ſi in eiſdem delectatus/⁊ contriſtatus. Et ſm hoc boni dili
gunt ſeipos quantū ad interiorem hoiem.qꝛ etiam volunt
ipm cōſeruari in ſua integritate. ⁊ optant ei bona eius que
ſunt bona ſpūalia ⁊ ad aſſequendū opam impendunt ⁊ dele
ctabiliter ad cor redeunt.qꝛ ibi inueniunt bonas cogitatio
nes in pñti.⁊ memoriam bonoꝝ preteritorum/⁊ ſpem futu-
rorum bonoꝝ ex q̄bus delectatio cauſatur. Similiter etiaꝫ
non patiuntur in ſeipis diſſenſionem volūtatis.qꝛ tota ani
ma eoꝝ tendit in vnum.Econtrario aūt mali non volunt cō
ſeruari in interioris homīs integritate. nec appetunt eius
ſpūalia bona.nec ad hoc operantur.nec delectabile eſt eis
ſecum conuiuere redeundo ad cor. qꝛ inueniunt ibi mala p̄
ſentia/preterita/⁊ futura que abhorrent.nec etiam ſibiipis
concordant propter conſcientiaꝫ remordentē. ſm illud ps. ps.xlix.
Arguam te/⁊ ſtatuā contra faciem tuam. Et ꝑ idem proba
ri poteſt:ꝙ mali amant ſeipos ſm corruptionem exterioris
homīs.Sic aūt boni non amant ſeipſos. odiunt ergo mali
ſeipſos ſm principale ſui/videlicet animam.

¶Capitulum ſeptimum. Quomodo
inimici ſunt diligendi vel odiendi.

HIc neceſſarium eſt ſcire quomō inimici vel A
pctōres ſint diligendi/ vel odiendi. de quib⁹
chriſtus p̄ceptum dat Math.v.dicens.Audi
ſtis qꝛ dictum eſt:diliges proximum tuum/⁊
odio habebis inimicū tuum. Ego autē dico
vobis:diligite inimicos veſtros: benefacite
his q̄ oderunt vos:⁊ orate ꝓ pſequentibus/
⁊ calūniantibus vos: vt ſitis filij patris vrī
q̄ in celis eſt.Qui ſolem ſuū oriri facit ſup bonos ⁊ malos:
⁊ pluit ſup iuſtos ⁊ iniuſtos. Ubi dicit gloſa: ꝙ inimici nrī
trib⁹ mōis pugnant cōtra nos/ſcꝫ mentali odio/ vbali op-
probrio/⁊ corpali nocumento ſiue leſione in exteriori bono
vt notatur in vbis p̄dictis.Sed ibi econtrario tria iubet ve
ritas inimicis impendenda/ vcꝫ diligere corde / bendicere
ore/⁊ operibus ſubuenire.De quib⁹ tribus videndum erit
Primo quomodo corde diligendi ſunt inimici. Ubi tria cō-
currunt declaranda. Primo an inimicoꝝ dilectio ſit nobis
poſſibilis.Scđo ſi ſic:cur inimici ſunt diligendi/⁊ non odiē
di.Tertio an ad eoruꝫ dilectionem neceſſaria ſit ſpecialis
actuatio. ¶Quantū ad pimuꝫ reperiuntur quidā tam ceci B
rōne/⁊ infecti voluntate vt affirment ⁊ credant ſibi impoſ
ſibile eſſe ꝙ inimicos diligant. Contra quos ſcriptura ſan
ctoꝝ doctrina/⁊ philoſophoꝝ/ac naturaliū exēpla ſunt. Nā

math.v.dicitur. Si dimiſeritis hominibꝰ peccata eoꝝ:dimit=
tet vobis pater veſter celeſtis debita veſtra.Sup̄ quo glo.
Uidetis fratres.q꞉ cum dei gratia in poteſtate nr̃a poſitū
eſt/quomõ a dño iudicemur. Inquit enim dñs.Si dimiſeri=
tis dimittetur vobis.ſi nõ dimiſeritis nõ dimittet vobis. In
poteſtate aũt noſtra eſt dimittere:⁊ non dimittere. Exem=
pla habemꝰ Gene.xlv. vbi poſt extremam iniuriam ꝑ fr̃es
illatam Joſeph ex amicitia ſingulos oſculabatur: ⁊ ſup ſin
gulos flebat.Sic exo.xxxij.Moyſes a populo crebro vexatꝰ
cum iam prope lapidaretur:tñ ait ad deum. Si non dimiſe
ris pctm̃ populi tui:dele me de libro quẽ ſcripſiſti.Et.ij.re=
gum.j.Dauid cui ſuus inimicꝰ Semei in faciem maledixit
maluit parcere:⁊ letales inimicos flere nouit/⁊ eoſdem oc
Ps.vij. cidentes punire. Ideo ait in pſalm̃. Si reddidi retribuenti
bus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Joh.quoq; iij.Sic deꝰ dilexit mundũ/vt vnigenitũ ſuum da
ret:vt oĩs q̃ credit in eũ non pereat:ſed habeat vitã eternã.ad
Ro.v. Sic nos xp̃s dilexit ꝙ tradidit ſeip̃m ꝓ nobis in mor
tem .Juſtꝰ ꝓ iniuſtis.cũ tñ inimici eſſemꝰ:⁊ ꝓ ſe ꝑſeq̄ntibꝰ
Luce.xxiij. in cruce ait.Pater ignoſce illis: q꞉ neſciũt q̃d faciunt. Quẽ
btũs ſtephanꝰ ſeq̄ns:ꝓ inimicis ſe lapidantibꝰ Actu.vij.fle
xis genibꝰ:⁊ clamãdo orabat: vbi ꝓ ſe ſtando orauerat: di=
C cens dñe accipe ſpm̃ meum.¶Ad idem ſunt ſanctoꝝ dicta
⁊ exempla.Nam ꝙ poſſibile ſit nobis inimicos diligere pa
tet ꝑ Aug.q̃ de ſeruo pigro: qui non vtebatur viribus ſibi a
deo collatis/ ſic dicit.Seruũ pigrum:q̃ ſm̃ hiſtoriam euan=
gelicam talentũ dñi ſui creditum fodit in terram:nec in eo
negociatus eſt/ nõ dãnaret deus:ſi ea que nullo mõ fieri po
terant p̄cepiſſet.Et beatus Hierony. Anathema ſit q̃ dicit
deum p̄cepiſſe impoſſibile.Preterea ſi tot mulieres pueri/⁊
tã delicate puelle/flãmas/ ignes/⁊ gladios:immo beſtias
equanimiter ꝑtulerunt pro xp̃o : que tamen nobis fuerunt
ſimiles:cur non poſſemꝰ conuicia et iniurias equanimiter
tolerare/⁊ inimicos diligere. Simile docent exẽpla philo=
ſophoꝝ.vt in vitis eoꝝ legitur.Nam Pithacꝰ ph̃us: cũ du
ctor eſſet mitilenſiũ contra Athenienſes:quoꝝ dux fuit fir=
mo ex pacto ſingulare certamen indixit Pithacꝰ.⁊ ſub ſcu=
to occultato:rethi cũ firmonem inuolueret/⁊ occideret:ac
triumpho potitus in principem mitilenſium leuaretur: p̃n
cipatui poſt decẽnium reſignauit:iam optime ciuitate ordi
nata.Cũq; q̃dam operarius eius filium ſecuri in ingerens
interfeciſſet ⁊ occiſor ligatus per ciues pithaco preſentare
tur:ip̃m abſoluit dicens Indulgẽtiam eſſe ſupplicio potio
rem.Sic eſchines ph̃us/⁊ orator maximꝰ cum ſua eloquen
tia athenas regeret:⁊ ibidem a demoſthene oratore in orã



do victus in iudicio rhodis ꝓpter ignominiam ꝑgeret:⁊ ibi
dem rogatu ciuitatis. primo ſuam/ et deinde demoſthenis
orõnem clariſſimam recitaret: ⁊ cunctis vtriuſq; eloquen=
tiam mirantibꝰ:⁊ plus demoſthenis :ſic ait. Longe amplius
miraremini eſſetis:ſi ip̄ꝫ ꝑorantẽ audiuiſſetis. Inimici ſui teſtis/
⁊ cõmendator excellentiſſimꝰ effectus vt ibidem habetur.
ſic etiam valerius de vitis philoſophoꝝ refertur de ſocrate
ꝙ ſemel ictu calcis ꝑcuſſus : cum q̃dam eius tolerantiam
miraretur/ait. Si aſinus me ꝑcuſſiſſet calce : vñ eum in iudi=
cium conuenirem:cur igitur nõ ſic equanimiter ſuſtinerem
ictus hominum ſicut ꝑcuſſuram irrõnalium: ꝙ etiam inimi
cis poſſumus ꝑcere patꝫ a ſili.Nam ſi tu expectares ab im
peratore magnũ donum/⁊ te imperator offenderet/vel ꝑcu
teret:tu ne ſumpturũ donum ꝑderes:nec etiam verbo/ nec
facto propter tale donũ vindicares. Cur igitur nõ faceres
ſimile ꝓ eterna patria inimico parcendo. ¶Quo ad ſecun D
dum p̃ncipale Quõ inimici ſunt diligendi/⁊ quare. Notan
dum p̃mo q̃s ſit inimicus. Eſt autem inimicus ille q̃ affe=
ctat/aut optat/ aut voluntarie infert/ aut inferre conatur
alteri malum culpe aut pene in aĩa/ corpore vel rebus.Et
hoc facit non ad correctionem ꝓximi/ nec ad iuſtitiã exer=
cendam:nec ad aliud bonum aliq̄d.ſed tantũ alteri ad ma
lum:vel etiam q̃ mala intentione gaudet de malo proximi
aut triſtatur de eius bono.Dicitur primo qui affectat al=
teri malũ non ad correctionem eius:ſed tm̃ in malum ſuũ
puta ex odio/rancore/vel animi amaritudine.Q꞉ ſi q̃s vel
let alteri malum pene:vt carceres/verbera/paupertatem/
infirmitatem/⁊ huiuſmodi:⁊ ſolũ ad correctionẽ ſui: ⁊ ꝓfe
ctum anime eius/aut propter cõmunem vtilitatem:⁊ face
ret illud nõ ex amaritudine animi/rancore/vel vindicta:ſꝫ
fraterna dilectione:talis nõ eſſet inimicꝰ alterius cẽſendꝰ
amicus:q꞉ prodeſſe conatur /q̃uis obeſſe videat̃. Ideo pa
rentes puniẽtes pueros ſuos/⁊ magiſtri ſcholares nõ ſũt
eoꝝ inimici eſtimãdi:ſꝫ amici.Scd̃o d꞉ nõ ad iuſtitiã exer
cẽdã:q꞉ q̃ vult aut infert alteri malũ pene/amore exequẽ=
de iuſtitie:nõ eſt inimicꝰ perſone puniẽde.Vñ lictor nõ eſt
inimicꝰ eiꝰ quẽ occidit mediãte iuſtitia:nec iudex ſilr̃:dum
modo non ex odio vel rancore:ſed ſolũ propter cõem vtili=
tatem illa faciãt/amore preclariſſime iuſtitie.Dicit̃ tertio
vel propter aliq̄d aliud bonũ:q꞉ medicus q̃ prodeſſe inten=
dit tã̄q; amicꝰ vrit infirmũ/quẽ ſanare intẽdit. Dicit̃ quar
to/vel q̃ mala intẽtione gaudet de malo ꝓximi/aut triſtat̃
de eiꝰ bono.Quia ſi intẽtione bona facit:vt de triſtitia in=
uidie fuit dictũ:non eſt inimicus cẽſendꝰ.Ex quibus patꝫ ꝙ
homo poteſt licite velle in caſu inimico ſuo malũ ſcꝫ pau=

pertatis/infirmitatis/mortis/vel huiuſmodi:dūmodo ſine
rancore fiat/⁊ bona intentione ad bonū peccantis/vel com
munitatis/ſeu iuſtitie:vt Greg. dicit.xxij.mora.Sed vt ibi=
dem ſubdit ad hec ſeruāda valde neceſſariū eſt ſubtiliſſime
diſcretionis examen:ne cum noſtra odia exequimur: falla
mur ſub ſpecie vtilitatis aliene:videlicet eſtimantes nos
mala inimicis noſtris velle propter eorū correctionez vbi
ex odio volumꝰ/rancore vel mala affectione.Et ſtatim lo=
quitur de tyrāno ꝓpter facinora punito. Subtiliter inquit
pēſare debemꝰ ꝙd debemꝰ ruine pctōris/⁊ quid iuſtitie dei
feriētis.Nā cū peruerſuz queꝗ oīpotens deus percuſſerit:
et condolendū eſt miſerie pereūtis/⁊ cōgaudendū eſt iuſti=
E tie iudicis.❡Scdo nontandū ꝙ in inimico duo ſunt cōſide
rāda.Primū eſt inimicitia/odiū ſeu rācor quē habet ad ꝓ=
ximū ſuū:⁊ ſm illa nō debemus inimicum diligere/hoc eſt
ꝙ non debemꝰ velle ꝙ ſint inimici noſtri/aut aliorū/ aut vt
habeāt odiū/inimicitiā ⁊ hmōi verſus nos ⁊ ꝓximos: quia
hoc eſt velle eorū mala/⁊ pctā contra charitatē.Et hoc te=
nent cōiter doctores in.iij.diſt.xxix.⁊.xxx. Et Tho.ij.ij.q.
xxv.Scdo cōſideranda eſt in inimico ipſiꝰ natura/ſm quaz
ad dei imaginē creatus eſt:capax glorie nobiſcuz:⁊ noſter
ꝓximus.Et ſm hoc dicenduz Primo ꝙ ex p̄cepto tenemur
inimicos noſtros non odire ſm naturā/ſm quā ſunt noſtri
proximi.Secūdo ꝙ tenemur eos ſm naturā/non ſoluz non
odire:ſed etiā tenemur eos diligere:ita vt velimꝰ eis bona
felicitatis eterne/virtutū/⁊ bona nature ⁊ fortune:inquan
tū eos talia ꝓmouent ad beatitudinē eorū.Primum patet
ꝓuerb.xxiiij.Si ceciderit inimicꝰ tuꝰ ne gaudeas: ne forte
videat deꝰ/⁊ diſpliceat illi:⁊ auertat irā ſuā ab eo:⁊ cuz ab
illo auerterit ad illū dirigat q̄ de inimici ruina gaudebat.
Et Exo.xxiij.Si videris aſinū inimici tui in luto iacentez:
nō p̄teribis/niſi prius eleues eū.Si inimici aſinꝰ nō eſt re=
linquēdus in luto:quāto minꝰ xp̄i ſanguine redēptus/ ⁊ dei
imagine inſignitꝰ nō debet negligi hō? Ideo.j. Joh.iij.Qui
odit fratrē ſuū homicida eſt:⁊ ſcitis ꝙ oīs homicida nō ha
bet vitā eternā in ſe manētē.Qḋ doctores exponūt ſic.Qui
odit fratrē ſuū(qḋ peius eſt ꝗ̄ nō diligere eū)homicida eſt
ſuiipſiꝰ ſpūaliter:⁊ fratris ſui corpaliter:diſpoſitiue tn̄. Se
cundū ptꝫ:qꝛ Math.xxij.preceptū eſt.Diliges proximū tuū
ſicut teipſum.ſꝫ inimicꝰ eſt ꝓximꝰ tuꝰ:vt patuit ſupra.Itē
Mat.v.dn̄s p̄ceptiue dicit:diligite īimicos veſtros:bn̄facite
F his q̄ oderūt vos.Idē ꝓbat magiſter.iij.diſt.xxx. ❡Ratio
autē quare tenemur inimicos diligere/eſt:qꝛ dilectio quaz
xp̄s nobis precipit:qua tenemur diligere proximū eſt cha=
ritas/que habentē facit attēdere ꝙ quilibet proximus vi=



tor eſt ad imaginē dei:dei capax/⁊ beatitudinis:q̄ capaci=
tas cū ſit naturaliter in inimico ⁊ amico:oēs tenemur dili
gere ad tale bonū.Deus em̄ eſt vniuerſale bonuz in nullo
minuibilis ex cōmunicatione ſui ad aliū:cui bono fauere
debemus/⁊ optare:vt ab oībus hoībus viatoribus honore
tur.Diligamꝰ ergo in inimico om̄e illud qḋ eſt in eo a deo:
⁊ odiamus in eo omne illud qḋ eſt a diabolo.Sic em̄ medi
cus infirmū diligit/ſed febrē perſequit̄.Et mater filiū dili
git:ſed eius ſcabiē odit.❡Quo ad tertiū principale: vtruz B
ad diligendū inimicum exigatur ſpecialis actuatio mētis.
Notandū ſm Tho.vbi ſupra.ꝙ dilectio nature inimici pōt
intelligi dupliciter.Uno modo in generali/⁊ ſic eſt in pre=
cepto.vt cū aliquis in generali diligit ꝓximos:ab illa gn̄a
litate inimicū nō excludat.Unde q̄ oraret ex deliberatione
corde/vel ore dicēdo:dn̄e da pacē huic ciuitati/vel regioni
dempto tali inimico meo:peccaret mortaliter:qꝛ ꝯtra cha
ritatē ageret.Alio modo cōſideratur dilectio ꝓximi in ſpe
ciali/vt ſcꝫ aliquis in ſpeciali moueat̄ motu dilectionis ac
tualis ad inimicū ſuū:ita ꝙ actualiter velit ⁊ optet ſibi bo
num.Illud ſm Tho.non eſt de neceſſitate p̄cepti.Exempli
gratia.Cū quis cogitat de Socrate inimico ſuo:nō eſt pre
ceptum ꝙ ſtatim velit/vel optet ſibi bonū actualiter:quia
preceptū de dilectione inimicorū eſt affirmatiuū:ideo non
obligat ꝓ ſemper.Sed preceptū eſt vt nō odiat eū:⁊ nunꝗ̄
affectet vel optet ſibi malū intentione nocēdi:qꝛ non odire
proximū/eſt preceptū negatiuū.Ideo obligat ad ſemper/⁊
pro ſemper.Eſt tn̄ hoc ſm Tho.de neceſſitate charitatis/
ſm p̄parationē animi:vt ſcꝫ homo habeat animū paratum
ad hoc:vt in ſingulari inimicū affectiue/⁊ etiā effectiue di=
ligeret:ſi neceſſitas occurreret.ſed ꝙ abſꝗ articulo neceſ=
ſitatis homo hoc actu impleat perfectionis eſt:vt Auguſt.
ꝓbat in enchi.⁊ vt ibidē dicit:eſſet adhuc maioris ꝑfectio=
nis ꝙ hō magno conatu/⁊ ꝑfecto amore elicito ferretur di=
lectiue in inimicū cū affectu ſibi volēdo bonū:potiſſime dū
ille inimicus actu offendit:vt fecerunt chriſtus in cruce/⁊
Stephanus moriturus.

❡Capitulum octauum De reconci=
liatione/calumnia/⁊ oratione.

SEcundo cū inimici nos perſequūtur ore:debe
mus eis dilectionis beneficia oſtendere: non
ſolum corde:ſed etiā ore.quod fieri poteſt tri= A
pliciter de quibus pro preſenti tractabitur.
Primo de reconciliatione.Secundo de vitan
da calumnia.Tertio de oratione/⁊ de impen=
denda benedictiōe.Quantū ad primū valet illud Math.v.

Si offers munus tuū ad altare/⁊ recordatus fueris ꝙ fra=
ter tuus habet aliquid aduerſum te:relinque ibi mun⁹ tuū
B ante altare/⁊ vade recōciliari fratri tuo. ¶Ubi primo no=
tandum quid ſit templū in quo offerendū ſit munus: quid
altare ſuper quo:⁊ quid munus ſeu ſacrificiū. Templū eſt
anima mūda/⁊ corpus que ſunt deo per xp̄i paſſionē in ba
ptiſmate cōſecrata. teſte ap̄lo. j. Corinth. iij. Neſcitis q̄r tē
plum dei eſtis vos. Et iterū. templū dei ſanctū eſt q̄d eſtis
vos. Et alibi. empti eſtis precio magno:glorificate ⁊ porta
te deum in corpore veſtro. Altare eſt fides vera/⁊ firma. de
quo hebreo. vlti. Habemus altare de quo edere nō habent
qui tabernaculo deſeruiūt. Fundamentuʒ em̄ aliud ſupple
q̄ꝫ fidem ieſu chriſti:nemo poteſt ponere/preter id q̄d poſi=
tum eſt:quod eſt xp̄s ieſus. j. Corinth. ix. Quia ſine fide im
poſſibile eſt placere deo. hebreo. xj. Munera ⁊ oblationes
ſunt actus pr̄icipaliter interiores anime:vt meditatio bo=
norum/cōplacentia diuinorū:affect⁹/ ⁊ oratio mētalis/ dei
dilectio/⁊ proximi/⁊ his ſimilia. Ex quibus interius in tē=
plo cordis oblatis:debet homo prorūpere ad act⁹ exterio=
res latrie/vel dulie. vt ad iubilationem/hymnū/orationem
vocalem/oblationē/opera miſericordie corporalia/⁊ ſpiri=
tualia/⁊ ſimilia que ſine interioribus muneribus fere nul=
la ſunt. Et iſta eſt expoſitio ſm̄ Auguſt. Secundo notandū
ꝙ iſta munera nō eſſent deo grata:ſi non eſſet in offerente
charitas fraterna. Unde nullū opus eſt deo acceptum ſine
charitate. teſte ap̄lo. j. Cor. xiij. dicēte. Si linguis hominū
loquar/⁊ angelorū ⁊c. Et ideo factur⁹ aliquod opus bonū
q̄d eſt munus:debet quidē bonum propoſitum nō totaliter
dimittere:ſed munus relinquere ante altare. id eſt huiuſ=
modi opus differre/⁊ ad fratrē pergere/ pedibus corporis
vel anime:⁊ reconciliari fratri/ ſatiſfaciēdo verbo/ facto/
vel vtroqꝫ:⁊ tūc offerre debet munus ſuum. Unde Auguſt.
in ſermone domini in mōte. Cum aliquid tale oblaturi ſu=
mus in interiori templo:pergendū eſt ad reconciliationeʒ
cū fratre:dimittendo tale munus ſpirituale:pergenduʒ eſt
non pedibus corporis:ſed motibus animi:humiliter te ex
affectu proſternēs fratri ad quē chara cogitatione concur
ras in conſpectu eius/cū munus oblaturus es. Sed ſi fra=
ter preſens eſt/⁊ ad eum ire potes:nō ſimulato animo leni
re:atqꝫ in gratiam reuocare/veniam poſtulando:ſi hoc co=
ram deo prius feceris/pergens ad eum nō pigro motu cor
poris:ſed celerrime dilectionis affectu:atqꝫ inde veniens/
id eſt intentionem reuocans ad id quod agere ceperas: of
feras munus tuum. Hoc enim remedium eſt contra pecca=
tum ire:quod ſecundum Auguſtinum ſuperbi amplecti nō



valent. Inflati enim hoc medicamen charitatis/⁊ humili=
tatis ſubire nolūt. ¶Tertio notanduʒ ꝙ tribus modis cō C
tingit fratrem habere aliquid contra te. Primo modo ſi il=
le habeat contra te iram/aut odium:q̄uis tu illi nullā iniu
riam feceris:nec fueris ſibi iniuſte/⁊ per aliquod debitum
cauſa iſtius odij/aut ire:ſed forte ſuſurratores aliqui ſuis
ſuſurrijs hoc fecerūt:aut ille forte frater ſponte aſſumpſit
ſibi contra te iram/odium/vel indignationē ex falſa vel ſo
lum eſtimata iniuria/quam credit ex leui/aut friuola ſuſpi
tione:in iſto caſu non eſt preceptū vt ad eū vadas/⁊ cone=
ris procurare reconciliationē ſui:cū nullā ſibi iniuriam fe
ceris. Eſſet tamē conſilij/⁊ magni meriti ſe humiliare corā
fratre modo ſtatim dicēdo/⁊ eum ad pacē ⁊ concordiam re
uocare. Et eſſet adhuc maioris meriti ⁊ perfectionis hoc
agere cum fratre:quem tu non offendiſti:ſed ipſe te. Unde
Chriſoſto. nō dicas:mihi nocuit/non ego illi:ſi enim ꝓ glo
ria ſalutis tue iubet deus amicitiaʒ facere:tu offenſus de=
bes preuenire offendētem vt duplicem gloriā cōſequaris.
Unā ſcilicet q̄r iniuſte offenſus es. Aliaʒ quia prior ad ami
citiam moues. ¶Et eſt aduertendum ꝙ in illo caſu nō de= D
bet homo a fratre ſibi ſic ſine cauſa iraſcenti veniā petere:
ex quo nō in eum deliquit:ſed vadat ad eū/ ⁊ ſe apud eum
excuſet/ſiue charitatiue declaret:ꝙ in eū nō peccauit:⁊ ſi=
ne demerito cōtra eū iraſcit̄:⁊ ſic eū a rācore ⁊ ira reuocet
niſi forte homo timeret ꝙ hm̄ōi humilis reuocatio veriſi=
militer in detrimentū fratris cederet iniuſte iraſcētis :qui
forte aut ſuperbiret aut audacius alijs noceret:⁊ cum hoc
timeretur:cautius eſſet/vt intermedie perſone rācoroſum
obiurgando ad concordiā inducerēt:innocentē petendo ꝓ
dimiſſione offenſe. Unde Augu. in ſermone domini in mon
te. Tunc habet aliquid frater aduerſum nos:cum nos euʒ
in aliquo leſimus:nos autem aduerſus eum habem⁹ ſi ip=
ſe nos leſit. Ubi non eſt opus pergere ad recōciliationem:
ſed tantum dimittere: ſicut tibi a dn̄o dimitti cupis:quod
ipſe commiſeris. Et in ſermone de concordia fratrum: cu=
ius initium:dies iſti:dicit Auguſt. Nolo vt mentiaris: no
lo vt dicas illi da mihi veniā:quia te noſti non peccaſſe in
fratrē tuū:ſed tu ſcis ꝙ iſte peccauit ī te:nō tu in illū. Noli
venire ad fratrē tuū qui in te peccauit:⁊ vltra ab eo petere
veniam:debent tamen inter vos eſſe alij pacifici qui illum
obiurgent:vt a te prius veniā petat. Tu autē eſto paratus
ignoſcere:prorſus ex corde dimittere. Iaʒ dimiſiſti: habes
adhuc quid facias:ora ꝓ illo vt petat a te veniā:q̄r ſcis ei
nocere:ſi nō petit. ¶Secūdo cōtingit fratrē aliq̄d habere
contra te:vt ſi habet cōtra te irā vel odium:ideo quia tu ei

iniuriā feciſti:⁊ ei iniuſte cauſa ⁊ occaſio illius odij fuiſti:
in illo caſu debes omiſſis alijs actibus tuis:fratri a te le=
ſo pro iniuria ſibi illata ſatiſfacere actu/aut volūtate:⁊ ei
modo ſupradicto:vt melius poteris recōciliari. Vñ Chri=
ſoſtom̄.ſuper illo.vade prius recōciliari fratri tuo:dicit in
perſona dei:ego libēter cōtemnor:ego libēter honoris mei
patior dānū:libēter ego dñs expecto ſeruos: tantūmodo
vos in amicitiā veniatis.Vade ergo vt ſcias qr plus dili=
go concordiā fideliū meorū ꝗ munera:qr munera hominū
nullū faciūt deo lucrū.Charitas vero illorū dei gloriā ope
ratur:propter hoc itaꝫ oīa facta ſunt:ꝓpter hoc deꝰ homo
factus eſt:⁊ propter hoc vniuerſa negociatus eſt:vt hoīes
ad charitatiuā concordiā in bono cōgregaret .Et iterū:ꝗ=
diu hoīes fideles inter ſe aliquā diſſenſionē habuerint:mu
nus eorū non ſuſcipitur:oratio eorū non exaudit:nec deus
vult eſſe amicus fideliū:ꝗdiu inter ſe fuerint inimici.Et
cōſequenter dicit.Qualis aūt preceſſit offenſio:talis debet
ſequi recōciliatio.Si operibus offendiſti: operibꝰ reconci=
liare.Si cogitatu offendiſti:cogitatu reconciliare. Si ver=
bis offendiſti:verbis recōciliare.Ideo etiā xp̄s Mathe.v.
ſtatim poſt prefata verba:vbi docet recōciliationē frater=
nam dicit.Eſto conſentiēs aduerſario tuo cito/dū es ī via
cuȝ eo:ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici/⁊ iudex
tradat te miniſtro:⁊ in carcerē mittaris.Amē dico tibi:nō
exies inde:donec reddas nouiſſimū quadrantē.Vbi ſm̄ Au
guſti.per aduerſariū in via intelligitur ille cui iniuriā fe=
ciſti:per iudicē xp̄s.per miniſtrū demō.per carcerē infirmꝰ
⁊ donec capiat:nō pro diſtātia tp̄is finita:ſed infinita. Pe=
F nas eñ ibi poſitus ſemꝑ reddet:⁊ nunꝗ ꝑſoluet.¶Tertio
modo cōtingit ꝙ frater tuus habet aliquid aduerſuȝ te:vt
ſcȝ cum tu ſibi iniuriā feciſti:hoc habet ꝯtra te:⁊ licet ſciat
ꝙ ſibi iniuriā feciſti/ſiue neſciat:nullā tñ cōtra te habȝ pro
pter hoc irā/odiū/vel rancorē. In iſto caſu nō oportet ledē
tem petere veniaȝ/⁊ ad concordiā reducere: immo in caſu
non expedit:vt ſi leſus ignoret ſibi iniuriā factā:qr hoc fa=
ciendo ſibi manifeſta occaſio rācoris daret. Tamē debito
iuſtitie oportet vt leſo ſatiſfiat cui abſtuliſti honorem/ vel
res per verba vel facta ſatiſfaciēdo.Vnde Auguſt.in ep̄la
ad Macedoniū.Si alienū(qm̄ peccatū eſt)cuȝ reddi poſſit
non redditur/nō agitur penitētia:ſed fingitur.Si aūt vera
citer agitur:nō dimittit peccatū/niſi reſtituatur ablatum.
G ¶Sunt aūt circa precedētia duodecim dubia que mouet
Humbertus in expoſitione regule beati Aug.⁊ ſoluit. Du=
bitatur primo quē modū tenere debet qui recōciliare vult
fratrē quē offendit.Rñdet:triplicē/verbo placet/cito/⁊ mā=



ſuetudine. Primo quidē quilibet tenet ad ſatiſfactionē illi
quem leſit verbo in rixando. Argumentum ad hoc eſt exo.
xxi.vbi dicitur ꝙ ſi aliqui rixati fuerint:⁊ ꝑcuſſerit alter al
terum/⁊ mortuus nō fuerit ſȝ in lecto iacuerit:tenebitur idē
ad expenſas in medicos.Si hoc verū eſt de leſione tali:er=
go et verbo leſit:cum verbis aliquādo grauiꝰ quis ledat ꝗ
plagis.Secūdo cito tenetur etiā ad ſatiſfactionē:qr in reſti
tutionibus qñ ſine die debētur/ omni die debentur:ita ⁊ hic
Vnde ephe.iiij. Sol nō occidat ſuꝑ iracūdiā veſtrā. Tertio
etiam in ſatiſfaciendo/ ſic debet cauere a modo ſuꝑbo / vel
aſperitate.ꝙ ſatiſfactio proſit ad curationē ire fraterne:ꝓ
pter illa dicit auguſti.in regula.Qui cōuitio vl' maledicto/
vel etiam criminis obiectu aliquē leſerit:meminerit ſatiſfa
ctione quātotius curare qđ fecit.¶Dubitatur ſecundo per
H quot quis ſatiſfacere debet:Rñdetur ꝑ tria pōt huiuſmodi
ſatiſfactio eſſe.Vna per verba:vt cū quis petit veniā de of
fenſa ab offenſo.Sic faciebat Auguſti.ſcribēs Hieronymo.
Obſecro te ꝑ manſuetudinē ieſu xp̄i: ſi leſi te/ignoſce mihi
Alia eſt per corporis humilitatē.Sic fecit ſemei dauid cui
maledixit .ij.Regū.xix. Semei ꝓſtratus corā rege ad eum
dixit : non reputes mihi ad iniquitatē: neqꝫ memineris in=
iuriam ſerui tui ⁊c.Tertia eſt ꝑ obſequia.Sic iacob mune
ribus voluit placare fratrem ſuum eſau.Romañ.xij.Si eſu
rierit inimicus tuus/ciba illū.Si ſitit/potū da illi.quaſi di=
ceret:ꝑ hoc placabis illū/ et redibit amicitia.¶Dubitatur
I tertio an quilibet offendēs teneatur ad omnes huiuſmodi
ſatiſfactiones:Reſpondetur ꝙ nō.Sicut ledens aliū in re=
bus / non tenetur niſi ad certā quantitatē rei reſtituende :
ita et offendens in verbo non tenetur ad omnes ſatiſfactio
nes:ſed ad certam ſm̄ quantitatē offenſe. Dubitatur quar
to an ſtatim offendens teneatur reconciliare offenſum: Re
ſponſio:aut offenſus eſt abſens /aut preſens. Si abſens ſuf
ficit offendenti propoſitū ſatiſfaciendi ſine mora cum pote
rit:ſicut in reſtitutionibus. nec oportet ꝙ vadat in hoc ca=
ſu pedibus:ſed ſufficit animo. Si vero eſt preſens :aut fuit
leuis offenſa ita ꝙ nō creditur offenſus grauiter turbatus:
vel grauis.Si leuis: pōt differri ſatiſfactio vſqꝫ ad tempꝰ
modicū.Si vero grauis:dȝ ſine mora ſatiſfieri tū rōne debi
ti qđ omni die debet. Tū etiā rōne charitatis fraterne:de=
bet eñ operā dare ne ira creſcat in odiū : ⁊ trabē faciat de
feſtuca:et animā faciat homicidā .vt Auguſti . vbi priꝰ di=
cit. ¶Dubitatur quinto vtrum leſus in caſibus predictis
K teneatur dimittere offendenti īpenitenti / nec ſatiſfacienti:
cū deus cuius miſericordia humanā excedit in infinitum :
nūꝗ dimittat impenitenti: Reſpondetur ꝙ ſic quātum ad

remiſſionẽ intrinſecã cordis quo ad rancorẽ/vł irã nõ ratio
ne illius qꝛ impenitẽs eſt : ſed ratiõe ſui ipſius ne peccet.
Nõ eſt aũt ſimile de deo cuiꝰ ira nõ eſt pctm̃: impenitẽti tñ
peccãti in nos: nõ tenemur dimittere dimiſſione exteriori.
Vñ luce.xvij. Si ſepties in die peccauerit in te frater tuus:
et ſepties in die ad te cõuerſus fuerit dicẽs/penitet me: di-
mitte illi: dicit gloſa. Nõ iubemur paſſim pctã dimittere: ſꝫ
penitẽti: q̃ intelligẽda ſunt ꝙ impenitenti peccanti in nos:
nõ tenemur peccata dimittere dimiſſione exteriori: vł ꝙ nõ
L tenemur in foro penitẽtiali impenitẽti dimittere. ¶ Dubita
tur ſexto quid ſit illa dimiſſio exterior quã dimittit offẽſus
offendenti. nõ eſt peccatum qꝛ hoc tm̃ deus dimittit: nec ſa
tiſfactio/qꝛ illa ſoluitur tũc. Rñ. ꝙ eſt acceptio ſatiſfactio-
nis /vel indicatio recõciliationis/ verbo vel facto expreſſa:
vt cũ offenſus offendentẽ flectentẽ genua eleuat: vel dicit:
dominus parcat tibi/vel parco/ vel ſatiſfactũ eſt mihi / vel
ſimilia. ¶ Dubitat̃ ſeptimo an poſt huiuſmodi ſatiſfactio-
M nem /vel etiã ante facta dimiſſione intrinſeca: licet ſigna
rancoris retinere? Rñ. ſignorũ huiuſmodi q̃dam ſunt ꝓpin-
qua: quedã remota. Propinqua que ingerũt ꝓbabilẽ ſuſpi-
tionem de rancore: vt cũ aliquis nũq̃ꝫ vult alteri loqui: et
toruo vultu ſemꝑ eũ reſpicit / ⁊ſimilia. et iſta nulli licet reti
nere: qꝛ ab omni ſpecie mala abſtinendũ eſt: ſm̃ aplm̃. Et
ſicut eleazarus abſtinuit a carnibꝰ q̃ ſimiles erãt porcinis:
ne ſcandalizaret: ita nemo debet illa ſigna facere: ꝑ que ꝓ-
babiliter crederetur eſſe in odio. Remota ſunt que non in-
gerunt argumentum de odio: licet odium ſubſequatur: vt
ſunt ſubtractio familiaritatis/ et ſeruitiorum aliquorum:
et ſimilia. Et iſta licet retinere omnibus: dũmodo non fiat
malo animo: immo poteſt eſſe interdum meritorium: cuꝫ ſit
propter bonum alterius. Qđ autẽ interdum dicitur: quia
hoc non debent facere perfecti: ſi intelligatur ꝙ nõ eſt ꝑfe-
ctionis: verũ eſt: aliter nõ videt̃ eſſe verũ. Dubitatur. viij.
vtrũ iniuriatus teneatur querere recõciliationem iniuriã-
tis ipſo non petente. Rñ. ꝙ nõ tenetur ex hoc ſolo: ſed ratio
ne fraterne charitatis poſſet teneri in caſu/ ſcilicet ſi crede
retur ꝓbabiliter ꝙ per hoc liberaret animam eius ab odio
mortali: ⁊ non eſſet occaſio mali in eo/vel in alijs huiuſmo
di excellens humiliatio. ꝙ autem dauid iniuriatus queſi-
uit reconciliationem a ſaule non penitente et ſimilia ope-
ra ſanctorum: non oportet ꝙ imitemur: quia magne perfe-
N ctionis opera fuerunt. ¶ Dubitatur nono: eſto ꝙ aliquis
offendat alium verbo in ſecreto: et petat offenſus ſatiſfa-
ctionẽ in publico: nũquid tenet̃ ad huiuſmodi ſatiſfactio-
nem offendens? Vel econuerſo offendat aliquis aliquem in



publico: vult ſatiſfacere tantum in ſecreto: nunquid ſuffi-
cit? Rñ. ad primum ꝙ non tenetur: niſi forte qđ factũ fuit
in ſecreto publicum fuiſſet. Sicut fur qđ latẽter accipit: nõ
tenetur publice ſatiſfacere. Ad ſcđm dicendum ꝙ non ſuffi
cit. Argumentum eſt ad hoc Act.xvj. de paulo cui publice
condemnato ad carcerem: non ſuffecit occulte liberari: ſed
publice. Dubitatur decimo ponatur ꝙ aliquis impoſuerit
alteri culpam: et leſus non vult accipere ſatiſfactionem a
ledente: niſi dicat ſe mentitum fuiſſe: nunquid tenetur ad
hoc ledẽs? Rñ. ſi ledẽs ſcit ſe dixiſſe verũ nullo modo dꝫ di-
cere contrarium: nec hoc debet ab eo requiri. Si autem
ſcit/vel credit ſe dixiſſe falſum/ vel dubium: ſm̃ ꝙ habet in
conſcientia ſua: ſic dicere debet: ſicut reſtituerẽ tenetur qs
rem ablatam cũ damno ſue rei. Poteſt tamen addicere ali
qua alleuiantia culpam ſuam: videlicet ꝙ ex animi turba-
tione illud dixit /vel ꝙ ita audierat: vel credebat tunc: licet
modo reputet falſum. Ad hoc autem ꝙ dicat ſe mentitum
fuiſſe non tenet̃: quia per hoc reuelaret ſecretum mentis
ſue peccatum: qđ ſibi multum noceret/ ⁊ alijs nõ prodeſſet.
quia ita reſtaurat̃ fama alteri per hoc ꝙ cognoſcit falſum
ſe dixiſſe: ſicut ſi diceret ſe mentitum fuiſſe. Hec omnia hũ-
bertus. ¶ Dubitatur vndecimo Quid facere debeat offen-
dens qui petit veniam a leſo: ſed leſus non vult dimittere? O
Reſpõdit augu. in quodam ſermone ſic. Si fratri tuo per te
offenſo in corde in vera humilitate / et charitate non ficta
dicis/dimitte mihi: et ille noluerit tibi dimittere: noli eſſe
ſollicitus. Serui eſtis ambo: vnum dominum habetis. Cõ
ſeruo tuo debes: euꝫ rogaſti: noluit tibi dimittere: interpel
la dominum amborum / et qđ tibi dimiſit dominus: ſi põt
exigat ſeruus. Vult auguſti. ꝙ petendo veniam a ſeruo ta-
li: et poſt vel ante a deo liber eſt: licet ſi intulit damnum:
ꝓ illo ſatiſfacere debet leſo. Et leſus grauiter peccat. cuiꝰ
(vt dicit auguſt.) oratio nõ exaudit̃: munꝰ nõ accipit̃ nec di
mittitur peccatũ ¶ Dubitatur vndecimo vtrum prelatus P
aut alius ſuperior ratione iſtiꝰ p̄cepti de recõciliatione fra
tris teneatur veniam petere / ſm̃ modum dictum a ſubdi-
to ſuo qui eum iniuſte leſit: aut in corrigendo modicum le
ſit? Reſpondet Auguſt. in predicto ſermone dicẽs. Sunt ꝑ-
ſone humiles per ordinem ſeculi huius: a quibus ſi peti-
mus veniam: extolluntur in ſuperbiam. Et ſubdit. durum
videtur vt iubeam ꝙ ſi homo dominus peccat in ſeruum
ſuum iniuſte litigando / iniuſte cedendo / et ſimilia: ꝙ di-
cat ille iſti. Ignoſce /da mihi veniam: non quia non debet
facere/ſed ne ille incipiat ſupbire: quid ergo faciet dominꝰ?
Ante oculos dei peniteat eũ. Et ſi non põt dicere ſeruo ſuo

(quia nõ oportet)da michi veniam/blande tamẽ illum allo
quatur: bl anda eñ appellatio venie eſt poſtulatio. Et in re
gula dicit Augu. Qñ neceſſitas diſcipline vos dicere dura
verba cõpellit:ſi etiam vosipſi exceſſiſſe modũ ſentitis:non
a vobis ſubditis veniã poſtuletis/ ne apud eos quos opor
tet eſſe ſubiectos dũ nimium ſeruatur humi litas, regendi
Q frangatur auctoritas. ℂ Quo ad ſecundum principale ſciẽ
dum ꝙ xp̄s alio modo iubet ore benefacere: videlicet ini=
micis benedicendo/eis non detrahendo. Unde Roma. xij.
Nemini malũ ꝓ malo reddentes:ſed benefacite pſequenti
bus vos:benedicite/ꝛ nolite maledicere. Et idẽ xp̄s iubet.
Math. v. dicens. Orate pro pſequentibus / videlicet ꝑ ope=
ra/ꝛ calũniantibus vos, ſcꝫ per verba. Calũniari etenĩ eſt
niti defectum in aliquo inuenire/vel crimen ſibi imponere
Et eſt duplex calũniator. Unus eſt qui falſum crimen/aut
defectum alteri imponere nititur. Aut ſi verũ/tamen occul
tum:imponit publice nõ ſeruato ordine diuini iuris. Et fa
cit hoc tantum in malũ alteri⁹:vt inde puniatꝰ/vel diffame
tur. Aliter eſt qui etiam benefacta ab alio conatur oſtende
re mala/aut ficte facta:vt eum per hoc hypocritã oſtendat
aut vt ad penam/vel malam famam apud alios trahat.
R ℂ Sed dubitatur Utrũ aliquis peccet infamiã non repellẽ=
do? Reſpondet Thomas quotlibeto. ix. q. vj. articu. ij. Utrũ
ſcꝫ cõtemptus fame/ꝛ appetitus poteſt eſſe laudabilis ꝛ vi
tioſus. Fama eñ non eſt neceſſaria homini ꝓpter ſeipſuꝫ:
ſed propter proximũ edificãdũ. Appetere ergo famã ꝓpter
ꝓximum/charitatis eſt. Appetere vero ꝓpter ſeipſum/ ad
inanem gloriã ſpectat. Et ecõtrario contemptus fame ra=
tione ſuĳpſius:humilitatis eſt. Ratiõe vero ꝓximi:eſt igna
uie/ꝛ crudelitatis. ℂ Illi ergo quibus incũbit ex officio vel
S ex ſtatu pfectionis alioꝝ ſaluti ꝓuidere peccant:niſi infa=
miam propriam iuxta poſſe repellãt. Alĳ vero quib⁹ ma=
gis cuſtodia ſue ſalutis imminet:poſſunt ſue humilitati ꝓ
uidẽtes/famã vel infamiã cõtẽnere. Sed cũ infamia dupli=
citer repellatꝰ/ſcꝫ occaſionem ſubtrahẽdo: ꝛ linguas detra
hentium compeſcendo. Primo modo omnes tenentur infa
miam vitare:alias ſine ſcandalo actiuo fieri nõ poſſet: qḋ
ſemꝑ eſt peccatũ. Sed ſecũdo modo non tenetꝰ niſi quantuꝫ
debet aliqs ſaluti ꝓximi ꝓuidere, vñ Greg. omel. ix. ſuper
Eze. dicit. Linguas detrahentiũ/ſicut nõ debemus noſtro
ſtudio excitare/ne ipſi pereant:ita per ſuam malitiã exci=
tatas debemus equanimiter tolerare:vt nobis meritũ cre
ſcat. Aliquando etiam compeſcere/ne dum de nobis mala
diſſeminant: eoꝝ qui nos ad bona audire poterant corda
innocentium corrumpant:ꝛ infra. Hi etenim quorum vita



in exemplum imitationis eſt poſita:debent ſi poſſunt detra
hentium ſibi verba compeſcere: ne eorum predicatio=
nem non audiant / qui audire poterant:et in prauis mo=
ribus remanentes/bene viuere contemnant. Hec de Tho.
Poſſunt tamen ſaluo pfectionis ſtatu perfecti orare deum
vt liberentur a calũniantibus/ne in eoꝝ pſecutione ruant
Unde ps. Redime me a calũnĳs hominũ/vt cuſtodiam mã Ps. cxviij.
data tua. ℂ Quo ad tertium principale iubemur etiã ore T
orare ꝛ corde ꝓ pſequentibus/ꝛ calũniantibus nos:quate
nus conuertantur. Et hec oratio a fidelibus diligẽtiſſime
eſt obſeruanda:qꝛ exaudibiliſſima eſt/ꝛ maxime meritoria
qꝛ ex magna charitate procedit. Cõſummata eñ charitas
facit pro inimicis orare deſiderio magno/ vt cõuertantꝰ ab
errore vie ſue:nec quicꝗ̃(vt dicit Chriſoſto.)ſic ꝓpiciũ eſt
vt inimicos amare/ꝛ pro perſequentibus/ꝛ calũniantibus
orare. Et viceuerſa inter omnes noſtras orationes illa pe
ior eſt ꝛ periculoſior:ꝛ irrationabilior:qua oramus vt nos
deus vindicet de inimicis noſtris. Tales(vt Chriſoſto. di=
cit) ſagittas pernicioſas infigunt ꝛ dignos ſe efficiunt vt
malũ qḋ inimicis imprecantꝰ:eis deus infligat. Et ſm eun
dem. Cũ a proximis moleſtamur non homini cui compati
deberemus/ſed demoni hominem vexãti indignari debere
mus. Si enim ipſe homo naturaliter homini febricitanti
grauiter condolet/ꝛ nõ iraſcitur:cur anime demoniacis in
firmitatibus preſſe qñ iniuriatur non compateremur?

ℂ Capitulum nonum De dilectione inimi=
corum/ꝛ rancore.

De tertio modo diligendi inimicos/videlicet
benefaciendo contra eorum perſecutiones
Ubi tria ſunt dicenda. Primo vtrũ ex prece=
pto teneamur inimicos noſtros diligere ef=
fectiue/ſic ꝙ eis beneficia impẽdamus/ꝛ ex
teriora ſigna dilectionis oſtendamus? Se=
cundo an ſit magis meritoriũ inimico bene
facere ꝗ̃ amico? Tertio ꝗ̃ malum ſit ranco
rem contra proximum tenere? ℂ Quantum ad primum no A
tandum ſm Tho. ij. ij. q. xxv. ꝙ beneficia/ꝛ dilectiõis ſigna
que quis exhibet ꝓximis in cõmuni vel pro toto populo
alicuius ciuitatis /vel pro alicuius monaſterĳ cõmunita=
te:talia beneficia/ꝛ dilectionis ſigna exhibere inimicis/eſt
de neceſſitate precepti:ita ꝙ homo in tali caſu: etiam ini=
micos ſuos propter inimicitiam a generalitate non exci=
piat: ſecundum modũ de interiori dilectione ſupra tactuꝫ
qꝛ effect⁹ ꝛ ſigna charitatis exteriora debẽt proportionari
interiori effectui. Dilectio aũt(vt ſupra tactuꝫ fuit)in con=

muni:etiam ad inimicum eſt preceptum. Et ſi inimicis pre
fati effectus non exhiberentur:pertineret ad vindictam in
iuſtam.contra illud Leuiti. xix. Non queras vltionem:⁊
non eris memor iniurie ciuiū tuoꝝ. Et ſm Richar.in.iij.
ſen.etiam homo tenet inimicis ſuis effectum ſalutationis
conſuete/⁊ cōmunis impēdere/id eſt tenetur eis exhibere
iſtam ſalutationem : que ex cōmuni cōſuetudine illiꝰ loci
ab omnibꝰ ſolet impendi:niſi forte in caſu quo timeret iſtū
ex hoc ꝓuocare:vel ſemetipſuꝫ:vel timeret aliquod aliud
malum ex hoc oriri. Alia ſunt beneficia/aut dilectionis ſi=
gna:que quis exhibet particulariter ſolum aliquibus pſo=
nis forte ſibi magis familiaribus/⁊ amicis.ſiue ſint benefi
cia ſpūs/ſiue corporis propria . Anime vt opa mīe ſpūalia.
vt in verſu iſto continetur. Cōſule.caſtiga.remitte.ſolare.
fer.ora.Siue corporis.vt in verſu . Ueſtio/cibo/poto/ do te
B ctum/viſito/ſoluo/ſepelio/⁊ ſimilia. ¶De his dicendū pri=
mo ꝙ neceſſarie obligationis eſt talia impendere tam ami
cis ꝙ̄ inimicis tempore neceſſitatis . vñ Math. v . propter
hoc xp̄s ait. Bñfacite his q̄ oderūt vos:⁊ orate ꝓ perſequē
tibus/⁊ calūniantibꝰ vos. Item.j.Johan.iij. Qui habuerit
ſubſtātiā huius mundi:⁊ viderit fratrē ſuum neceſſitatem
patiētē ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo:quō charitas dei ma=
net in eo?⁊ Ambro. Paſce fame morientem/ſi nō paviſti:oc
cidiſti.ergo a ſimili ſi nō cōſuluiſti in neceſſitate / vel tunc
a peccato non defendiſti/⁊ huiuſmodi:occidiſti.ſed ſub pce
pto tenemur nō occidere . ergo in neceſſitate ſub precepto
ſubuenire etiam inimicis. Secundo meritoriū eſſe poteſt
ꝙ quis talia beneficia ⁊ dilectionis ſigna exhibeat inimi=
co omni cōgruo tempore ⁊ oportunitate ſe offerente . ſꝫ tñ
extra caſum neceſſitatis non eſt de neceſſitate ſalutis niſi
ſm preparationem animi . Oportet eñ vt homo paratum
animū habeat ꝙ ſi occurreret neceſſitas in illo caſu inimi=
co ſuo talia beneficia dilectionis exhiberet pro poſſe. Et te
netur exhibere talia etiā inimico qñcunq̧ caſus neceſſita=
tis occurrerit et oportunitas adeſt:⁊ plus tenet amico in
neceſſitate. Sed ꝙ aliquis extra caſum neceſſitatis huiuſ=
modi beneficia alicui inimico exhibeat:eſt ſuperogationis
C ⁊ cōſilij. ¶Quo ad ſecundum an ſit magis meritoriū inimi
co ꝙ̄ amico benefacere?Rñ.ꝙ ſic. qñ vicꝫ idem homo eque
intenſis actibus ⁊ ex equali charitate/ ceteris paribus di=
ligit vno tempore amicū:⁊ alio tēpore inimicū. ⁊ vtriq̧ be=
nefacit.vel ſi diligit vnus amicū/⁊ alter diligit inimicū.⁊
cetera ſunt paria/ſcꝫ ꝙ diligūt eque intenſis actibus / ⁊ ex
equali charitate.⁊ ſunt equaliter diſpoſiti:tūc dilectio ini=
mici ⁊ bñficia eius ſunt magis meritoria ꝙ̄ dilectio ⁊ bñfi
cia amici. Uñ Greg. Seruitia quanto ſunt minꝰ debita:tan



to ſunt magis accepta.ſed minus debitum eſt inimicū dili
gere ꝙ̄ amicū Cuius rō eſt.qꝛ ſm Tho.ij.ij.q.xxvij.⁊ ſm do
ctores.in.iij.diſt.xxvij. Quattuor ſunt que augēt in noſtris
bonis actibus meritū. Primum eſt libertas. Quanto enim
homo operatur plus ſecundum rationem ⁊ volūtatē / non
naturaliter mere/nec coacte: tanto ceteris paribus plus
meretur.ſed in dilectione inimici/nec natura/nec beneficia
inimici mouent ad diligendum:immo magis ad odium.
¶Scdm eſt difficultas.qꝛ quāto actꝰ aliquis ex ſe eſt diffi
cilior:tanto ceteris paribus eſt magis meritorius. Et dici D
tur notāter ex ſe.qꝛ duplex eſt difficultas in operādo. Una
ꝓueniēs ex ipſo ope ex ſe . vt ieiunare in pane ⁊ aqua:eſt
difficiliꝰ ꝙ̄ cū vino ⁊ piſcibꝰ. Et pauperē dare denariū de ne
ceſſarijs eſt difficiliꝰ ꝙ̄ diuitē dare denariū de ſupfluis.⁊ hec
difficultas auget meritū. Alia eſt ꝓueniens ex indiſpoſitio
ne operantis ſolū.puta qꝛ ſe neglexit ad bonum diſponere
vel male ſe habituauit.⁊ hec non auget meritū. Unde ptꝫ ꝙ
ſepe plus meret cū modico grauamine ieiunās religioſus
ꝙ̄ male aſſuetus mereat ieiunando cū maiore labore. Sed
certum eſt ꝙ faciliꝰ eſt amicū diligere ꝙ̄ inimicum. Tertiū
eſt charitas. Nam nullus actus eſt meritorius:niſi a radi
ce aliquo mō ꝓcedat charitatis. Et quanto actꝰ ex maiori
charitate ꝓcedit:tāto eſt deo acceptior/ ⁊ magis ꝑ ꝯñs eo
meremur.ſꝫ dilectio inimici ex charitate cauſatur totaliter
⁊ ſolū depēdet ex dilectiōe dei actuali/vel habituali. ⁊ nul
lam aliā cauſam mouenteꝫ hꝫ niſi deū. Amici vero dilectio
multas alias cauſas hꝫ.puta bñficiū/⁊ talia. Quartū eſt co=
natꝰ ad bonū: qꝛ vbi maior conatꝰ eſt ad bonū ibi maiꝰ eſt
meritū. Uñ.j.Cor.iij. Unuſq̄ſq̧ mercedē accipiet ſm ſuū la
borē:ſed certū eſt maiorē conatū exigi in dilectione inimici
ꝙ̄ amici:ergo. ¶Quo ad tertiū de difficulter rancorē dimit E
tentibꝰ notandū ꝙ quidam ſunt tā diſcordes ꝙ raro vel nū
ꝙ̄ remittunt iniurias. Iſti ſunt valde mali ꝓpter tria. Pri
mo qꝛ non ſunt veri xp̄iani: qui inūguntur in baptiſmo ad
habenduꝫ cor pium.⁊ nō molleſcūt ad pietatē:ſꝫ ſunt iudei
dure ceruicis.⁊ incircunciſi cordibus ⁊ auribꝰ/ reſiſtentes
ſemꝑ ſpirituiſancto.vt ait beatus Stephanus Actu . viij.
volunt habere oculū pro oculo:dentē ꝓ dente. Leui.xxiiij.
Scdo ſunt ſicut holofernes gētilis.de quo Judith.iij.dr ꝙ
ferocitatem animi eiꝰ mitigare nō poterāt. Tertio qd peiꝰ
eſt:ſunt ſicut diabolus:de quo dicit Grego.ꝙ nullo pōt pla
cari obſequio. Contra hos eſt quod de Alex.magno legitur
qui dū offenſus a quodā nullatenꝰ ire cedere vellet:ei ait
magiſter ſuus Ariſto.nobiliſſimū tibi adhuc documentum
tradere poſſum. Alexan.aūt dicente/preſto ſum audire:ait

Ariſt.Quis eſt qui regna ſupauit? nonne cor tuum/⁊ poten=
tia.ſed maiorem victoriam acquiris hodie:aīm ꝓprium ſi vi
ceris.ſi aūt neglexeris:alium victorem habebis.Ad q̄ verba
placatus eſt.Vñ ꝓuer.xvj. Qui dñatur aīo fortior ē expugna
tore vrbium. Sic legit̄ de Julio ceſare ꝙ nulliꝰ ſolebat obli=
uiſci:niſi iniuriaꝝ.Certum eſt etiā ſenecam magr̄m neronis
ad eum ſcripſiſſe librum de clementia.q̄ eſt ſm̄ Tullium vir=
tus ꝑ quam animꝰ in odium alicuius concitatus: benignita
te retinetur.Scribunt naturales leonē parcere proſtratis.
nec regem apū aculeum habere: ergo miſanda res eſt xp̄ia
num in rancore manere: vbi monarche mundi placantur.gē
tilis librum ſcribit.⁊ animalia bruta docent. Preterea dicit
apl̄s col.iij.donantes vobiſmetipſis ſi q̄s aduerſus aliquē hꝫ
querelam. Itē math.v. Sanctoꝝ eſt non ſoluꝫ remittere ſed
etiam bñfacere inimicis. Item xp̄s piiſſime orauit ꝓ crucifi=
xoribꝰ Luce.xxiij.Q̄ꝫ longe ergo ſunt ab aplica doctrina a ſan
ctoꝝ vita ⁊ xp̄i exemplo:q̄ remittere nolunt offendentibꝰ eos.
Sunt aūt q̄dā alij diſcutiētes culpas offendentiū.q̄ multā ꝓ
tendunt difficultatem in remittendo.modo q꞉ magne ſunt of
fenſe:modo q꞉ multotiens commiſſe/⁊ remiſſe multotiēs.nō
ſic facit deus:immo magna remittit Johel.ij. preſtabilis ſu=
per malitia.malitia eīn̄ ſonat in culpam grauem.multa etiā
dimittit:q꞉ multꝰ eſt ad ignoſcendum Eſa.lv.Et multotiens
math.xviij.Non dico tibi ſepties ſed vſqꝫ ſeptuagieſſepties.

## Capitulum decimum.de detractione fugienda:⁊ nocumento.

DE detractione que eſt filia inuidie: nunc dicen
da ſunt tria ꝑncipaliter. Primo q̄d ſit/⁊ quādo
pctm̄.Secundo cur ſit fugienda ꝓpter eius ma
A gnum malum. Tertio quō peccent detractores
audientes.Quantū ad ꝑmum ſm̄ Tho.ij.ij.q
lxxiij.⁊ Alex.in ſum.ij. pte ꝙ detractio eſt alie=
ne fame ꝑ occulta v̄ba denigratio . hoc eſt ablatio vel dimi=
nutio fame alterius ꝑ verba q̄ dicūtur abſente alio/vel igno
rante eo cōtra quem dicuntur. Nam detrahere eſt de aliquo
toto ptem tollere.Vñ detrahens aliq̄d de bono ꝓximi trahit
q꞉ imaginem dei v̄tutes/⁊ naturalia de ꝓximo non pōt tra=
B here/ que ſunt bona homīs:ſed famaꝫ eius poteſt diminuere
aut tollere.Fit aūt detractio ſex mōis ſꝫ Tho.directe qua
drupl̄r. Primo cum q̄s ꝑ verba ſua alteri falſum crimē impo
nit/⁊ adinuenit.⁊ eſt peſſima detractio.de q̄ Eccl̄iaſt.xj.Attē
de tibi a peſtifero: fabricat eīn̄ mala. Secundo cum pctm̄ al
terius ſuis v̄bis adauget. vt cum pctm̄ de ꝓximo narratur:
quod forte verum eſt.⁊ alius adauget v̄bis ſuis aggrauando
plus q̄ꝫ ſit in ſe.de quo Eccl̄.xj.a ſcintilla augetur ignis ⁊ a



doloſo augetur ſanguis/id eſt pctm̄.Tertio qñ q̄s occultuꝫ
reuelat:ita ꝙ pctm̄ alterius:lꝫ verum/ ſed occultum mani=
feſtat nō ſeruato ordine charitatis/ ⁊ fraterne correctiōis
a dño in euangelio inſtituto.cōtra illud Eccleſia.xxvij.Qui
denudat archana amici fidem ꝑdit. Quarto qñ illud qď eſt
bonum dicit mala intention e fctm̄.vt cum q̄s ieiunat/orat/
⁊ ſimilia facit de gñe bonoꝝ/alter non potens accuſare opꝰ
accuſat intentionem q̄ in corde eſt:⁊ quā ſcire non pōt. nec
hꝫ ad hoc ſigna ſufficientia. ſicut Luce.xj. Judei dixerunt
xp̄o. In beelzebub ꝑncipe demonioꝝ eijcit demonia.quo cō
tra Eccl̄.xj.dr̄. Bona in mala ꝯuertens inſidiatur:⁊ in ele=
ctis ponit maculam. Indirecte aūt fit detractio dupl̄r. Pri
mo negando bonum alteriꝰ. vt ſi de aliquo vere bona dicū
tur ꝙ ſit doctus/v̄go/nobilis/ v̄tuoſus/⁊ ſil̄ia.ego dicā non
eſt talis.vel ſi a me queritur:vtrū p̄fata bona in ꝓximo ſint
⁊ ego rñdendo negē:cū tñ ſciam ſibi ineſſe.ſicut Joh.ix.Ju
dei negabant ꝑmo miraculum de illuminatione ceci.Scd̄o
bonū alteriꝰ reticendo malicioſe.ſicut ſi de proximo fit ſmō
quō bona fecerit me pñte.vl̄ a me queritur de tali:⁊ ego ma
licioſe taceam ex odio/vel inuidia. Sicut milites tacuerūt
xp̄i reſurrectionē/⁊ iudei Math.xxviij. Secūdo notandū C
ſm̄ tho. ꝙ pctā v̄boꝝ ſunt maxīe ex intentione loq̄ntis diiu
dicanda.Qñ q̄s aliqua dicit de alio illa intentione vt ꝑ hoc
auferat/vel minuat famā eius:tūc vere dicitur ⁊ ꝓprie ei
detrahere.Et huiuſmodi detractio eſt per ſe loquēdo pec=
catū mortale/qď probat̄ primo.q꞉ Roma.j.dicit̄.Detracto=
res deo odibiles:qď ideo addit̄ vt dicit glo.ibidē. ne putet̄
leue eſſe peccatum propter hoc ꝙ cōſiſtit in verbis. Secū=
do ſic probat̄:nā pctā que cōmittūtur cōtra ꝓximū pēſanda
ſunt penes nocumēta que ꝑ ea ꝓximo inferūtur:ſed per de
tractionē maius nocumentū infertur proximo:q̄ꝫ per furtū
aut rapinā:eo ꝙ per detractioneꝫ aufertur hoī fama/ ⁊ per
furtū diuitie.Fama aūt multo p̄cioſior eſt diuitijs. Vñ pro=
uerb.xxij.Melius eſt nomē bonū q̄ꝫ vnguentū p̄cioſum ⁊ di
uitie multe.⁊ Eccl̄i.xlj.Curā habe de bono noīe.hoc enim
magis ꝑmanebit tibi q̄ꝫ mille theſauri magni ⁊ p̄cioſi.Naꝫ
per defectum fame a multis bonis homo impedit̄:tā in ſpi
ritualibus q̄ꝫ in temporalibꝰ. Primo q꞉ infamati doctrina
minus ſapit in proximo.Secūdo infamatus eſt pronior ad
peccādum:q꞉ conſpicit ſe honorē perdidiſſe.Tertio vno in
famato alij multi poſſunt infamari.vt patꝫ in monaſterijs
religioſoꝝ/in domibꝰ ⁊ ciuitatibꝰ.Quarto in tēporalibus ⁊
cōtractibꝰ matrimonij/mercātiarū/⁊ hmōi hoī minꝰ credit̄
ꝓpter q̄ hoīes interdū mori pati ſūt cauſa defendēdi famā
ſicut i duellātibꝰ pꝫ.ergo plꝰ eſt mortale q̄ꝫ furtū/vel rapia

D tpalium. ¶Sunt aūt tres gradꝰ detractoꝝ. Quidaȝ mali q̄
detrahunt ſimplicibꝰ proxis. Alij peiores q̄ detrahūt deuo=
tis/vel religioſis. Vñ. iiij. Reg. ij. Cū pueri male loquerent
de heliſeo ꝓpheta/q̄ vitā duxit ſicut religioſi dicentibꝰ pue
ris. Aſcende calue: ſtatim exiuerūt duo vrſi de ſilua occidē
tes. xlij. pueros. Tertij peſſimi q̄ detrahunt p̄latis/ et pribꝰ
ſpūalibꝰ vel carnalibꝰ deliberata intentione nocendi/ ⁊ ma
E xime in his que ptinent ad eoꝝ officiū vt dicit alexā. ¶Qḋ
ptȝ p̄mo exo. xxij. vbi dr̄. dijs non detrahes: ⁊ p̄ncipē populi
tui non maledices. vbi prelati dij nominant. q2 diuinos ho
mies ſuis ſacramētis ⁊ doctrinis facere pn̄t: ſiue bn̄ ſiue ma
le viuant. Item nume. xiiij. Deꝰ detractionem factā prelato
reputat ſuā dicēs. Uſqquo detrahit mihi pp̄l'us iſte. feriam
igr̄ eos peſtilentia. Itē eccl'. x. In cogitatiōe tua regi ne de
trahas. glo. ſimpl'r monet, ne ira vel leuitate animi maiori=
bꝰ nr̄is maledicamꝰ. Secundo p illud. ij. Reg. vj. vbi oza a
dño pcuſſus eſt: q2 manū ſuam ad archā dei extendit: ſȝ re=
ligioſi vel deuoti/ vl' prelati ſunt archa dei pfectior/ in q̄bus
ꝯtinetur māna dulcis cōſolationis/ v̄ga correctionis/ ⁊ ſcia
diſcretionis. nec immerito talis a dño pcutitur: q̄ irreuerē
ter manu lingue tēplum dei tangit. vñ Greg. Multi duȝ plꝰ
vitā ſacerdotum q̄ ſuā diſcutiūt: in erroris foueā dilabunt
minꝰ ꝯſiderantes q̄ non eos vita ſacerdotum lederet/ ſi hūi
liter bonis ſacerdotuȝ āmonitionibꝰ aurem accōmodaret.
F ¶Tertio ptȝ idem in cham. Geñ. ix. q̄ noe patris ſua veren
da detegens in ſemie ſuo maledictionē ſuſcepit: vbi alij fra
tres bn̄dictionem receperūt. maledictꝰ inq̄t cham puer: ſer
uus ſeruoꝝ erit fratribus ſuis Sūt etam alij gradꝰ inuidie
q2 q̄dam detrahunt verbo. alij ſcripto. alij cantilenis. cū tn̄
aliquis dicit aliqua v̄ba p que minuit̄ alterius fama ⁊ non
intentione nocēdi alteri in fama: ſȝ dicit ex inconſideratio
ne/aut ai leuitate/aut propt̄ aliquaȝ cām ſed nō neceſſariā
tūc manet pctm̄ veniale. niſi v̄bum detractoriū adeo ſit gra
ue q̄ notabilit̄ homis famā ledat. p̄cipue in his que ptinent
ad honeſtatem vite/ ⁊ diſpoſitionē bonā voluntatis. hoc em̄
ex ipo gn̄e verboꝝ hȝ rōnem pcti mortalis. dicit tho. Nā vt
dictū eſt p̄cepto. j. ca. xiij. D. Si q̄s leuit̄ ex paruis ſignis
firmit̄ credit de ꝓxio pctm̄ mortale: ipe in hoc peccat mor=
talit̄. ſȝ alium de tali mortali accuſare etiam ex leuitate/ et
ſine neceſſaria/ ⁊ rationabili cā peius eſt/ ⁊ maiꝰ nocumen=
tū homis ⁊ nō ſolum contra charitatē: ſed etiam cōtra iuſti
tie eq̄tatem. ergo a fortiori eſt pctm̄ mortale. Vñ etiā tenet̄
ad reſtitutionē: ſicut dicet̄ infra p̄cepto. vij. ca. vij. Exemplū
eſt ad ꝓpoſitum. Si em̄ aliq̄s ex leuitate animi in rebꝰ vel
in corpe magnū dānū inferret: grauis culpa etiā a ſclaribꝰ



iudicijs iudicaretur. vt ſi ludendo necaret/ vulneraret/ aut do
mū incineraret. Sic eſt de detractoribꝰ ex leuitate in magnis
rebus. vt dictum eſt. Et alexāder. q̄ aūt mala ea p que minuit̄
proximi fama manifeſtat: nō oibus indifferenter: ſed debitis
circūſtantijs ⁊ propter aliq̄ḋ bonum/ vel neceſſarium ei q̄ po
teſt non obeſſe: ſed prodeſſe. ⁊ hoc facit cauſa correctionis ꝓ
ximi: non cā nocendi ei. talis ſeruato modo corrigendi euā=
gelico: de quo Math. xviij. non peccat: ſed meretur. Vñ augu.
in ſpeculo eccl'ie. Si frater tuus vulnus hȝ in corpore qḋ ve=
lit occultare dum timet ſecari: nōne crudeliter a te ſileretur/
⁊ miſericorditer iudicaretur? Quanto ergo magis debes ma
nifeſtare ne deterius putreſcat in corde. ¶Quantum ad ſe= G
cundum principale nota q̄ detractio eſt valde deteſtabile vi=
tium propter ſeptem. Primo q2 valde cōis eſt ⁊ conſueta ma
licia. Unde ſup illud prouer. xxiiij. detractoribꝰ ne cōmiſcea=
ris. dicit glo. hoc ſpecialiter vicio periclitatur fere totū hūa=
num genꝰ ſm̄ Tho. Tum q2 ſtultoꝝ infinitus eſt nūerus. Tū
q2 pauci ſunt qui p viam ſalutis ambulant. Tū etiam q2 pau
ci aut nulli ſunt/ q̄ nō aliquo ſex modoꝝ poſitoruȝ detrahunt
ꝓximo ſuo aut intentione nocendi/ aut ex leuitate animi/ aut
cauſa non neceſſaria. Propter qḋ Jaco. iij. dr̄. Si q̄s in verbo
nō offendit hic pfectus eſt vir. In omi aūt ira aut inuidia ho
mies promptiſſimi ſunt ad detrahendū aio nocēdi: q2 ira eſt
appetitus vindicte. ⁊ inuidia triſtitia de alieno bono. Siliter
vbi homies cōueniunt ſtatim aliena facta ꝓponunt incaute.
Ideo prouerb. xxiiij. dictum eſt. Cum detractoribꝰ ne commi
ſcearis. Et in pſalm̄. Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc p̄s. c.
pſequebar. Quapropter ſup illo p̄s. pro eo vt me diligerent: p̄s. cviij.
detrahebant mihi. gloſa terribiliter dicit. plus nocent in mē
bris detrahentes xp̄o/ qui aīas crediturorꝝ interficiunt: q̄ q̄
eius carnē mox reſurrecturā pemerunt. Ubi alex. dicit q̄ ſi cō
paratio intelligitur quantum ad motiuū p̄ncipium vera eſt:
auctoritas. q2 detractores ex certa malicia faciunt. nō ſic cru
cifixores xp̄m occiderunt: ſed non debet intelligi cōparatio
in genere. q2 genus peccati chriſtum crucifigentium fuit ma
ius q̄ detractio ſit. Secundo detractio deteſtabile eſt viciuȝ.
quia non ſufficit detractorem penitere de peccato infamie/
ſicut de quibuſdā alijs peccatis: ſed oportet etiam reſtituere
interdum cum cōfuſione. vt patebit in ſeptimo p̄cepto. Ter=
tio quia magne crudelitatis eſt detractor: qui cecum/ id eſt
abſentem. et ſurdum/ id eſt non audientem perſequitur. Con
tra illud Leuitici. xix. Non maledices ſurdo: nec coraȝ ceco
pones offendiculum: ſed timebis dominū deum tuum. Quā=
uis illa ſint ad litteram crudelia/ tamen ſecundum glo. ſurdo
maledicit: qui abſenti detrahit: ſic etiaȝ ceco/ id eſt audienti

detractionem offendiculū ponit credēdo faciliter/⁊ iudicā=
h do temerarie. ⁊ poſtea detrahēdo ꝓximo. ¶Quarto detra=
ctoꝛ multis malis aſſimilatur. Primo porco qui tota die ro
ſtruz tenet in luto vitioꝝ. Unde Matth. v. Demones dixe=
runt: mitte nos in porcos. Serpēti aſſimilat̄ q̄ eſt aīal pro=
ditioſum in ſilētio moꝛdens/⁊ toꝛtuoſe incedēs. Uñ Eccle=
ſiaſt. x. Si moꝛdeat ſerpēs in ſilētio nihil eo minus habet/q̄
occulte detrahit. Eſt etiā beſtia ſil'is vrſe quā vidit Daniel
eiuſdē. vij. tres oꝛdines dentiū hñti in oꝛe: qꝛ necat animā
ꝓpriā. famā proximi: ⁊ inficit audientes detractionē. De
tractoꝛ eñi ſil'is eſt hoī: ⁊ eſt beſtia humanū ſanguinē/id eſt
peccatū ſitiēs: nunc aperta bona diminuēs/nūc occulta re=
uelans/nūc vero falſa imponēs. Eſt ſepulchꝝ patens ſm
ps. lvj. ps. Guttur eius/⁊ lingua eius gladius acut⁹. Sunt eñi de=
tractoꝛes dapiferi diaboli q̄ carnes humanas hoībus co=
medēdas proponunt. Unde ſup illud ꝓuerb. xxiij. Noli eſſe
in cōuiuijs potatoꝝ/nec in comeſſationib⁹ eoꝝ q̄ carnes
ad veſcendū cōferunt. glo. Carnes ad veſcendū conferunt
qui in collocutionibus crimina ꝓximoꝝ viciſſim dicere ſtu
i dent. ¶Quinto detractoꝛes multis nocent. Deo cui⁹ iudi=
cium vſurpāt. Luc. vj. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini.
nolite condēna. ⁊c. Proximo nocēt: quē auditu coꝛrumpūt
⁊ cui detrahūt. ſibi: qꝛ ſufflāt in puluerē alienoꝝ defectuū:
et ſe cecāt. ſm Grego. Nocēt etiā eccleſie: qꝛ detractoꝛes fa
ciūt a bonis interdū ceſſare. Sexto puniūtur grauiter. Nā
Nume. xij. Maria ſoroꝛ Moyſi lepꝛa inficit̄: qꝛ detraxit. Nu
me. xiiij. Detraxerūt filij iſrael terre ꝓmiſſionis in malum
ſuū. Dañ. xiij. Duo ſenes Suſannā infamātes turpiter oc=
ciſi ſunt. ¶Septimo diſſuadēt exēpla ſctoꝝ/⁊ philoſopho=
k rum multipliciter. Legit̄ q̄ beat⁹ Augu. in mēſa cōtra de=
tractoꝛes verſus iſtos ſcriptos habuit. Quiſquis amat di=
ctis abſentū rodere vitaz: hāc menſam vetitā nouerit eſſe
ſibi. Quos etiā delere minat⁹ eſt quibuſdā epīs detrahen=
tibus niſi ceſſarēt. In vitas patrū legit̄. Cū fratres de mul
toꝝ abſentū loquerētur vitijs: abbas magnū ſaccū plenū
arena a tergo/⁊ minoꝛē in pectoꝛe pendēs egrediebatur: a
quo cū cauſaz q̄ſiſſent/ait: ꝓprijs pctīs magnis oblit⁹: alie=
na parua ꝯtracto: oꝛate queſo vt mea mihi dimittant̄. Quo
audito tacuerūt detractoꝛes. Refert btūs Greg. lib. j. dial.
q̄ cū beat⁹ Fortunat⁹ epīs demonē a quodā eiecisset: demō
in ſpecie peregrini ſero clamitabat per plateas ciuitatis: o
virū ſanctū Fortunatū: pegrinū a ſuo eiecit hoſpitio. Tūc q̄
dā pegrinū iſtū hoſpitio recepit. Et cū is q̄ fictū pegrinū ſu
ſceperat pn̄te vxore puulū ꝓpe ignē haberet: demō puulū
inuaſit/⁊ i ignē ꝓiectū cōcremauit. Et dt Greg. q̄ mala ⁊ de



tractoꝛia intētione iſte pegrinū hoſpitauit: ac ſi eps̄ imiſeri
coꝛs fuiſſet. Sic in vitis philoſophoꝝ de Socrate dr̄ q̄ ali
quādo ſerioſe ſuis detractoꝛibus auditū ꝑbuit: cauſaz au
tem ſciſcitātibus reddidit: nā ſi eoꝝ que inſunt dixerit: coꝛ
rigemur. ſi vero nō/nihil ad nos: opoꝛtet inquit ita fieri: vt
ſi bene dicūt/coꝛrigamur: ſi male: nihil ad nos. Sic cū qui=
dā Diogeni diceret de amico ſuo: quō Diogeni maledixiſ=
ſet: Reſpōdit Dioge. an amicus iſta dixerit: nō iudico. ſed
certū eſt te iſta mihi de amico meo retuliſſe. Sic etiā Xeno
crates philoſoph⁹ tm̄ a ſenatu honoꝛat⁹/vt teſtis nunq̄ iu
rare cogeretur: cū in preſentia quoꝝdam detractoꝝ tace
ret: eis cauſam querētibus: reſpōdit. me dixiſſe aliquando
penituit: tacuiſſe vero nunq̄. ¶Quo ad tertium ſciendū q̄
non ſolū peccant detrahētes: ſed alij plures: ⁊ interduz pl⁹ l
q̄ detractoꝛes. ſm Tho. Primo q̄ alium ad detrahendū in=
ducit. Secundo qui detractoꝛē audit: ⁊ ſibi detractio pla=
cet propter odium eius cui detrahit̄: vel propter aliquam
aliā maliciā: vterq̄ illoꝝ peccat/⁊ non minus q̄ detrahen
tes. Unde Roma. j. Nō ſolū q̄ talia agunt/ſupple ſunt moꝛ
te digni: ſed etiā qui facientib⁹ conſentiūt. Itē inducens et
complacens detractoꝛi facit contra charitatem proximi:
quia primus ledit famam: ⁊ ſecundus cōplacet in proximi
malo. Unde Bernar. ij. lib. de conſideratione ad Eugenium
Detrahere aut detrahentem audire/quid hoꝝum damna=
bilius ſit/non facile dixerim. Quandoq̄ autem contingit
q̄ aliquis audit detrahentem/⁊ non placet ſibi detractio:
non tamen repellit detrahentem/nec ei reſiſtit. ⁊ hoc prop
ter humanum timoꝛem. aut propter negligentiam vel vere
cundiam: tunc adhuc peccat. Quia ea ratione qua quis te
netur ſubleuare aſinum alterius iacentē ſub onere. vt pre
cipitur Deutero. xxij. eadem ratione tenemur non pati de
trimentum fame proximi. Et ideo ſi poſſumus iuuare tene
mur. vnde hierony. Si eſſet i nobis diligētia/ne paſſim ob=
trectatoꝛibus crederemus: iam omnes detrahere timerēt.
Et in epl'a ad nepotianuz hierony. dicit. Nemo inuito au=
ditoꝛe libenter detrahit. Sagitta in lapide non figitur: ſed
interdum reſiliēs percutit dirigentē. diſcat detractoꝛ dum
te videt non libenter audire: non facile detrahere. Et dicit
Tho. q̄ talis non reſiſtens ex cauſis iam dictis: peccat ple
rūq̄ venialiter. Quādoq̄ etiā fit peccatū moꝛtale. vt cum
alicui ex officio incūbit detrahentē coꝛrigere. vt foꝛte ſupe=
rioꝛi reſpectu inferioꝝ/vel cum ex tali detractione natum
eſt ſequi magnuz periculum niſi prohibeatur. vel propter
radicem/ſcilicet timoꝛē humanum qui pōt eſſe pctm̄ moꝛ=
tale. ¶Sunt autē reprehēſibiles tribus de cauſis: qui de= m

trahētes audiunt. Primo qꝛ vidēt fratres ſuos a canibus
dilacerari ⁊ non reſiſtūt: ſaltē clamore cū poſſunt: vel lapi=
dibus correctionis. qꝺ ſi nō faciunt: beſtie videntur. Unde
Eccl'ia. xiij. Que cōicatio ſancti hōis ad canē? Secundo nō
reſiſtentes ⁊ placibiliter ſe ad detrahentes habentes: fal=
ſam eis miniſtrant/ qui fratres comedūt. quia detractori=
bus ſine audientiū leto vultu/ comeſtio carniū humanarū
in detractione inſipida foret. Unde hieronī. dicit. Nemo in=
uito auditore libenter narrat. Unde ꝓuerb. xxv. Uent⁹ aqui
lo diſſipat pluuias: ⁊ facies triſtis linguā detrahentē. Ter
tio audiētes detractores libēter iniuſte agūt cōtra legē na
ture/ ſcripture: ⁊ humanā. qꝛ frequēter credunt vni teſti: cū
tamen in ore duorū vel trium ſtet omne verbum. Et quod
peius eſt citius interdum de bono viro credit vni ribaldo
ꝙ̄ decē probis ad contrarium: vbi eſt mera veritas. Prop=
ter hoc Bern. dicit. lingua detractoris eſt vipera ferociſſi=
ma: que letaliter tres īterficit vno flatu/ ſcꝫ detrahentē/ cui
N detrahitur: ⁊ ipſum qui detractionibus delectat̄. ¶ Sed du
bitatur quō homo debeat reſiſtere omni detrahēti cū dica
tur Eccl'ia. iiij. Nō cōtradicas verbo veritatis vllo modo/
quādoqꝫ aūt aliquis detrahit verba veritatis dicēdo. Rn̄o.
ꝙ ſi detractorē ſcio falſum de alio dicere: poſſum ſibi ſic re=
ſiſtere ꝙ eum per verba arguam de falſitate. Si autē ſcio
eum verū dicere de alio: tūc nō debeo eū de falſitate argue
re: ſed debeo verbis arguere: de hoc ꝙ peccat fratri detra=
hendo. vel ſaltē debeo oſtendere ꝙ mihi diſplicet detractio
⁊ hoc debeo principaliter oſtēdere per triſtitiā faciei. q̄ eīn
detractori hilarē oſtēdit faciē: facit eum putare ꝙ placeat
ſibi detractio ſua. ⁊ ſic audacior fit ad detrahendū: qui au=
tem triſtem ſibi exhibet faciē: facit euꝫ citius obmuteſcere
Propter hoc dicitur ꝓuer. xxv. Uentus aquilo diſſipat plu
uias: ⁊ facies triſtis linguā detrahentem. Sed contra pre=
dicta faciunt quidā. Nam qn̄ aliqui detractores corripiun
tur a bone conſcientie viris ſtatim reſpondēt. ego veritatē
dico de iſto. ⁊ ſi preſens eſſet cui detraho ſibi in faciē dicerē
Reſpōdetur ꝙ tales grauiter errāt. qꝛ putant ꝙ in faciē ali
quem cōuiciari leuius peccatū ſit: cum tamē peius ſit viciū
ꝙ̄ detrahere: vt oſtenſum eſt de contumelia: in materia de
ira. Secūdo reſpondendū eſt talibus ꝙ nō ſufficit ad vitā=
dum peccatū dicere veritatē: ſed oportet vt debitis circun=
ſtātijs dicat̄ ſm̄ illud quod iuſtū eſt: iuſte exequaris. Deu=
tero. xvj. Tertio rn̄detur ꝙ rarū eſt apud quoſdā detracto
res illa eos audere in faciē dicere/ que a tergo euomunt.

¶ Cap. xj. De correctione fraterna.



Quia fraterna correctio preſeruat interdum infa
mantem ꝙ non dicitur detractor. ſed poti⁹ ani
me proximi de morte peccati ſuſcitator: ⁊ qꝛ oc=
ciditur frater in eius dimiſſione. vt Augu. dicit
Iccirco nūc tria ſunt dicēda de fraterna corre=
ctione. Primo quantū noceat omiſſio eius: ⁊ ꝓficiat ei⁹ ex=
ercitium debitū. Scd̄o quō fieri debeat. Tertio q̄s ad eam
teneatur. ¶ Quantū ad primū notādum primo ꝙ fraterna A
correctio eſt ſm̄ doctores ammonitio fratris de emēdatio
ne delictorū ex fraterna charitate. Dicitur primo ammoni
tio: qꝛ obiurgatio verbi/ ⁊ caſtigatio verborū pertinet ad p̄
latum: ſed ammonitio p ſolū verbū ptinet ad oēs. Dicitur
etiā de emendatione delictorū. qꝛ ille finis eius eſſe debet.
Dicitur ex charitate ex qua procedere debet. Scd̄o notan=
dū ꝙ valde periculoſe peccāt dimittētes ſine rōnabili cau
ſa fraternā correctionem. qꝺ ptꝫ tripliciter. Primo qꝛ ſicut
loquendo q̄s peccare poteſt: ita tacēdo. Eſt eīn vt dr̄ Eccl'i.
iij. tēpus tacēdi: ⁊ tēpus loquēdi. Unde Eſa. vj. lamentat̄ ſe
tacuiſſe dicēs: ve mihi: qꝛ tacui. glo. qꝛ Oziā ⁊ alios libere
non reprehēdi. Scd̄o qꝛ ſcti de hoc terribiliter ſententiant.
vnde Greg. Qui ꝓximi mala cōſpiciūt: ⁊ ſilētio pretereunt
quaſi cōſpectis vulnerib⁹ vſum medicaminis ſubtrahūt: ⁊
ideo mortis auctores fiūt/ qui vuln⁹ qꝺ curare poterāt no
lūt. ⁊ Aug. Tu vuln⁹ fratris cōtemnis. tu eū perire vides:
⁊ negligis. peior es tacēdo ꝙ̄ ille cōmittendo. Tertio om̄es
doctores cōcorditer tenēt ꝙ reus eſt cuꝫ fure qui ſcit furtū
⁊ nō indicat corrigendū. Et eadē ratio videt̄ de pticipatio=
ne cuiuſlibet delicti. Cū ergo tātus ꝓpheta peniteat ſuper
hmōi: cū ſcti tam graue hoc iudicēt: ⁊ cū ſm̄ oēs magiſtros
hoc reputet̄ cōſenſus in delictis: dicit beat⁹ Augu. Innocē
tes quippe nō eſtis/ ſi veſtros fratres quos indicādo cor=
rigere poteſtis: tacēdo perire pmittitis. ¶ Et vere nō ſunt
tales innocētes triplici de cauſa: qꝛ nocēt ſibi/ peccāti/ ⁊ ſo= B
cijs. Primo nocēt ſibi/ labia pollucēdo delicto alieno vt non
ſint digni deū laudare. Eſa. vj. ve mihi qꝛ tacui. qꝛ vir pol=
lut⁹ labijs ego ſū. ſ. ex iſta taciturnitate. glo. qꝛ oziā ⁊ alios
nō correxi. iō cū āgelis deū laudare nō merui. ne dicat̄ mi=
hi: q̄re tu enarras iuſtitias meas ⁊ aſſumis teſtm̄ meū p os
tuū ⁊c. Scd̄o nocēt ei q̄ ē corrigēd⁹. vn̄ aug. i epl'a ad hiero. ps. xlix.
Obſecro te p māſuetudinē ieſu xp̄i: ſi leſi te dimittas mihi:
nec me viciſſiꝫ ledēdo reddas malū ꝓ malo. ledes āt ſi tacu
eꝛ mihi errorē meū: quē i fctis meis vl' i dict' īueneris. In
terp̄tatiue ḡ tot occidim⁹: q̄t ad mortē ire tepidi ⁊ tacētes vi
dem⁹. Tertio nocēt ſocijs/ q̄ eoꝝ exēplo tacētes: idem pctm̄
taciturnitatꝭ īcurrūt. ſicut ēt eꝫ peſtilēte caſtigato: ſtult⁹ ſapiē

tioꝛ erit.ſi autem coꝛripueris ſapientem:intelliget diſcipli
nam .Prouerb.xix. ¶ Poꝛro ex fraterna coꝛrectione ſextu=
plex poteſt ſequi fructus. Prim⁹ eſt anime liberatio. Si in=
quit xp̄s te audierit:lucratus eſt animam fratris tui. Ma=
thei.xviij.ſi aūt te non audierit ſaltē lucratus es aīam tu=
am.vnde Eze.iij.Tu vero animam tuam liberaſti/ ſcʒ poſt
ꝙ̄ dixiſti impio impietatē ſuā:ꝛ noluit cauere. Secund⁹ eſt
diaboli fugatio.fugit em̄ ſicut lupus:dum exclamatur.quo
cōtra dicit Bern̄. Securus accedit temptatoꝛ:vbi nullus ti
metur reprehenſoꝛ. Tertius eſt peccati cognitio.frequen=
ter em̄ committens culpā non aduertit quod fecit.aut ſi ad
uertit:nō cogitat ſe malum feciſſe.aut ſi malū: non multuʒ
male.Quartus eſt cautela de futuris.Quintus eſt purita=
tis augmentatio.Uas em̄ aureum vel argenteū ꝙ̄to plus
confricatur:tanto magis purificaꝩ. Ita boni viri ꝛ religio
ſi.ꝛ ideo intelligentes hoc non ferunt grauiter . Eccleſi. x.
Uir prudens ꝛ diſciplinatus non murmurabit coꝛrectus.
Exemplū de Aug.qui dixit . Ego ſenex ꝛ epiſcop⁹ paratus
ſum ab omnibus coꝛrigi ꝛ emēdari. ꝛ illum amicum meuʒ
eſtimo:cuius lingue beneficio ante diem extreme iudicij
anime mee maculas tergo. Sextus eſt amicitie acquiſitio
ꝙ̄uis em̄ religioſus coꝛrectus interdū ferat moleſte in prin
cipio:ad coꝛ tn̄ reuertens/amicū intelligit.vnde Prouerb.
xxviij.Qui coꝛripit hominē : inueniet gratiā poſtea apud il
lum magis ꝙ̄ ille qui ꝑ lingue blandimēta decipit. ¶ Pro=
D pter iſta beatus Augu.quemlʒ hoꝛtatur ad coꝛrectionē fra
ternam.omel.xiiij.ſup Joh.ſic dicēs. Quis comeditur zelo
domus dei:niſi q̄ omnia que ibi videt ꝑuerſa ſatagit coꝛri=
gere/et cupit emendare: Si emēdare non poteſt:tolerat et
gemit. Nō eſt maioꝛ domus tua ꝙ̄ domus vbi habes ſalutē
eternā. Si ergo in domo tua ne ꝑuerſum aliquid fiat/ſata=
gis:in domo dei vbi ſalus propoſita eſt/ꝛ requies ſine fine/
non debes pati quantū in te eſt : ſi quid foꝛte ibi ꝑuerſum
videris eſſe .Uerbi gr̄a.Uides fratrem tuū currere ad thea
trum : ꝓhibe/mone/ cōteſtare:ſi zelus domus dei comedit
te. Uides alios currere et inebriari velle/ aut alia q̄ non li=
cent perpetrare/ ꝓhibe quos potes.tene quos potes. terre
quos vales.quib⁹ nō potes blandire:noli tn̄ quieſcere : fac
quicquid potes. Ueniat in mentē ſeruus ille q̄ abſcondit ta
mat.xxv. lentum:et noluit ſuꝑ erogare: Nūquid accuſatus fuit ꝙ ꝑ=
didit :et non potius quia ſine lucro ſeruauit . ſic ergo fra=
tres mei nō quieſcatis. Nolite quieſcere lucrari xp̄o:qꝛ lu=
E crati eſtiꝫ a xp̄o. hec augu . ¶ Sʒ q̄reres qn̄ coꝛrectionis fra
terne omiſſio ſit pctm̄/ꝛqn̄ nō: R̄n̄.ſʒ tho.ij.ſcd̄e.q.xxxiij . ꝙ
aliqn̄ eſt meritoꝛia : aliqn̄ peccatū moꝛtale/aliqn̄ veniale.



Nam tripliciter cōtingit coꝛrectionem omitti fraternam.
Uno modo meritoꝛie . vt cū quis differt coꝛrectionem vſq̄
ad opoꝛtunum tempus.vel ideo omittit:qꝛ non ſperat eoꝝ
emendationē ſed veriſimiliter eſtimat ꝙ ex hoc propter im
patientiam ipſi coꝛrigendi deterioꝛes fiant.aut ꝙ aliquod
aliud malū ex hoc ſequatur peius ꝙ̄ coꝛrectio ſit bona. aut
ex aliqua alia cauſa rationabili/ſi tunc omittit ex charita
te:tunc omiſſio eſt meritoꝛia . Unde aug. primo de ciuitate
dei. Si ꝓpterea quiſq̄ obiurgādis et coꝛripiēdis male agē=
tibus parcit vt opoꝛtunius tempus inquiratur /vel eiſdē
ipſis metuit ne deterioꝛes ex hoc efficiantur vel ad bonā
vitam /et piam erudiēdos impediant alios infirmos /ꝛ pri
uent ac auertāt a fide. nō videtur eſſe cupiditatis occaſio/
ſed cōſiliū charitatis. Et dicitur notāter qn̄ nō ſperat emē=
dationem fratris:ſed veriſimiliter putat deterioꝛationem .
vt quia foꝛte percuteret me.vel cōciperet graue odiū cōtra
me.aut aliud peccatū cōmitteret/per quod peioꝛ fieret ꝙ̄ ꝑ
primū peccatū . Tunc enim non ſolū laudabile : ſed etiam
debitum eſſet ceſſare a coꝛrectione .quia oꝛdinatur ad bo=
num fratris/et non ad malū. Ei illud vult ſcriptura ꝓuer.
ix.ꝛ Grego.ſuꝑ eodem vt poſtea ponetur. Niſi enim ex coꝛ
rectione veriſimiliter meli⁹ proueniret ( quia precauentur
maioꝛa mala:ꝙ̄ odiū illius ſit malū) tunc eſſet odiū quoꝛū=
dam aliqn̄ timendū.ꝛ cū meli⁹ bonū ex coꝛrectiōe ſequitur
ꝙ̄ ſit odiū maloꝛū:tūc odiū maloꝛū eſt cōtemnēdū . In quo
caſu Johannes Herodē coꝛrexit propter edificationē alio=
rum vt vult Chriſoſto. et ſic interdū etiā ſancti coꝛrexerūt
tirannos ſuper perſecutione chriſtianoꝛū. cum tamen ſci=
uerunt ex hoc odia magna generari in eos.ꝛ aliquando cō
ſequenter in martyres et inſequi propriam moꝛtem. ¶ Se= F
cundo contingit coꝛrectionem fraternam omitti cum pec=
cato moꝛtali.vt cum quis delinquens occurrit:ꝛ eſt opoꝛtu
num tempus coꝛripiendi :et ſperatur eius emendatio : nec
timetur aliqd̄ aliud malum peius inde prouenire.ꝛ non eſt
alius preſens cui ex officio incumbat coꝛrigere . vel ſi eſt
preſens:negligens tamen apparet : ſi tūc homo huiuſmodi
delinquentem omittit coꝛrigere : foꝛte propter timoꝛem
humanum /vel mundanum.vt quia ſicut dicit Augu.vbi ſ.
Judicium timet vulgi.aut carnis excruciationem/vel etiā
peremptionem. vel aliud tale minus malū ꝙ̄ peccatum il=
lius pro quo coꝛrigi deberet :tūc videꝩ peccare moꝛtaliter:
qꝛ ex quo ſperat emēdationē fratris:ꝛ omittit coꝛrigere ꝓ=
pter timoꝛē: tūc contēnit diuinū preceptū: ꝛ videdur hm̄oi
quoꝛū amiſſionē timet charitati fratne ꝛ ſaluti ꝓximi ꝑpo=
nere:cū tn̄ ſʒ oꝛdinē charitatis aīa ꝓximi pl⁹ ſit diligēda ꝙ̄

ꝓprium corpus. Exemplū de elemoſina corporali. Uideo hominem fameſcentē: qui nō habet/ nec ex ſe habere poteſt vnde paſcatur. nec apparet alius illud faciēs nec potēs facere. ego teneor talē ſꝫ meā poſſibilitatē nutrire. quod ſi negligo/ pecco mortaliter: ⁊ eius occiſor reputor. Sic ſi video proximū tendentē ad peccatū mortale/ ꝑ qđ moreretur in anima: et ſpero ipm̄ poſſe corrigi ꝑ ammonitionē meā. ⁊ nō eſt veriſimile ꝙ ſequantur alia peiora. nec eſt alius qui eū corrigat: teneor ex precepto multo plꝰ ſubuenire aīe ne pereat: ꝙ̄ corpori in caſu precedenti. Uñ greg. in omel. ſup: cū audiſſet iohānes in vinculis ⁊c. plus eſt aīam in eternū victuram pabulo ṽbi reficere: ꝙ̄ ventrē carnis moriture terre nō pane ſatiare. vel ſi ſcirē aliquem eſſe in peccato mortali: et haberē ſpē ꝙ emēdaretur ad correctionē meā. nec timerē aliud peius ſecuturū. ⁊ non eſt veriſimile mihi ꝙ per aliū corrigat: aut ꝙ ꝑ ſeipſum emēdetur: ſꝫ ꝙ veriſimiliter in iſto peccato moriatur: tūc ex p̄cepto teneor eū corrigere: ne anima moriatur eternaliter.

G ¶ Tertio huiuſmodi correctionis omiſſio eſt peccatū veniale: vicꝫ qñ timor et cupiditas aliquē tardiorē faciūt ad corrigendū delicta fratris: nō tñ ita ꝙ ſi ei conſtaret ꝙ fratrē poſſet a peccato retrahere: propter timorē vel cupiditatē dimitteret. quibus in aīo ſuo preponit charitatem fraternā. Et hoc modo aliqñ etiā viri ſancti negligūt corrigere delinquētes. Et dicitur in p̄dictis notanter ſi ſperatur emendatio fratris ꝓcurari per hmōi correctionem. quia finis fraterne correctionis eſt emendatio fratris. ⁊ iſta intentione fieri debet. vbi vero ꝓbabiliter timetur ꝙ āmonitionē ipſe frater nō recipiet: ſed ad peiora laberetur. nec aliud bonū inde ꝓueniret. vt aliorū edificatio qui ſcādaliſati ſunt: aut ſcādaliſantur veriſimiliter tūc eſſet ab hmōi correctione deſiſtendū. qꝛ que ordinātur ad finē habēt rationē boni ex ordine ad finē. Uñ ꝓuer. ix. Noli arguere deriſorē ne oderit te. vbi dicit glo. ⁊ eſt gre. non eſt timendum/ ne is qui arguitur contumelias tibi inferat. ſed hoc potius prouidendum ne tractus ad odium inde peior fiat. Et dicit tho. vbi prius diligenter prouidendum eſt ne ex correctione ſequatur odium ex noſtra culpa/ propter indiſcretam correctionem. Si autē ſine noſtra culpa ad odiū prouocetur/ ex illo ex quo deberet ad dilectionem incitari: nō eſt curādū. p̄cipue qñ eiꝰ peccatū in dānū aliorū vergit/ vel etiā dānū ſequēs/ vl' pctm̄ ipm̄ eſt grauiꝰ odio qđ i nos excitamꝰ. vl' qñ ſperamꝰ ꝙ odiū paulatim tepeſcet: ⁊ tñ correctio ſequat̄. qꝛ ſicut dicit Grego. meliꝰ eſt odiū ꝓpt deū ꝙ̄ amicitia q̄ eſt p̄ter ipm̄. Cū eñ ꝓpt ipſum amamur: debitores dei ſumꝰ Cū odio ꝓpt ipm̄ habemur: debitorē eū nobis facimꝰ. hec ſentētialiter Tho. Cācellarius pariſieñ. magr̄ Johēs gerſon tradit rl'as tres in de floribꝰ regularum moralium. Prima. pene ſunt reſtringende ſic ꝙ abſqꝫ vtilitate reipublice vel eius cui infligitur: neqꝫ inſtitui/ neqꝫ inſtitute exequi deberent: et peccant oppoſituꝫ facientes/ vel eas cū inſtituerint non tollentes. Scđa. in omni republica tolerari poſſunt/ aut debent vicia que abſqꝫ deteriori periculo: neqꝫ corrigi/ neqꝫ extirpari valēt. qñ aūt illđ eſt ⁊ qñ nō difficile eſt/ ⁊ ſepe impoſſibile generaliter diffinire: niſi ꝓut circunſtātijs particularibꝰ īſpectis p̄lati ſuperiores/ ⁊ ſapientes determinabūt. Exēplū eſt de meretricibꝰ/ vſuris ⁊ ſimilibꝰ q̄ qñqꝫ ꝑmittūtur. Et ita de cōcubinarijs ſacerdotibꝰ ꝓ loco ⁊ tēpore ſtaret forte eſſe faciendū. Tertia. oīs error facit ius ad hūc ſenſum vl' intellectū ⁊ ſimiles: ꝙ p̄lati ⁊ principes ſepe aliqua faciūt/ aut ꝑmittūt iuſtiſſime ob errorem ſubditorū cōmunē: q̄ al's ſi fierēt aut ꝑmitterētur: ad culpā eoſdē obligarēt.

H ¶ Sꝫ cū teneamur corrigere ꝓrimū ꝓ mortalibꝰ: dubitatur etiā an de venialibꝰ peccatis. Rñ. hūbertꝰ in expoſitione regule beati aug. Uenialia ſunt diſpoſitio ad mortale. Sꝫ quedā ſunt diſpoſitio remota. quedā ꝓpinqua/ vel ratione multitudinis. ſicut ille q̄ aſſidue hmōi ſine numero cōmittit/ vel ratione magnitudinis. ſicut ſunt aliqua mendacia: ⁊ aliqua detractiones ⁊ ſimilia. vl' ratione cōnexionis cū mortali. ſicut ſunt colloquia/ ⁊ impudicus viſus/ et huiuſmodi circa mulierē. Sicut ergo videns aliquē aliū incedentē ꝑ viā ꝑ quā credit ꝙ ſtatim incurreret periculuꝫ mortis: peccaret niſi retraheret eū: ita pōt aliquis peccare mortaliter/ niſi corrigat fratrē de hmōi venialibꝰ/ que ſunt diſpoſitio ad mortale. ⁊ de talibꝰ eſt petulātia oculorū. Tenemur ergo interdū ad correctionē de venialibꝰ nō īquātū venialia: ſꝫ īquātū ad mortale ductiua. hec ille.

I ¶ Quo ad ſecūdū p̄cipale/ ſcꝫ quō fieri debeat fraterna correctio. Notandū ꝙ ſex ſunt i modo attēdēda cū maxia diligētia. Nā ibi agit̄ de cura aīe nobiliſſime: q̄ ſi nō fit vt optꝫ: ꝓijcit̄ aīa in ꝑpetuā dānationē. ⁊ īfiniti boni dei miniſter occidit̄. Agit̄ etiā crebro ibi de bono fame q̄ eſt īter bona tp̄alia bonū maximū. Uñ p̄io đꝫ fieri cū lenitate. qꝛ deliquētes ſūt quaſi infirmi ad Gala. vi. Inſtruite huiuſmōi in ſpiritu lenitatis. Scđo cū humilitate. Supbus eñ eſt animꝰ. et ideo cū quis ei ſupbe loquit̄ ſequūtur iurgia nō fructꝰ. Iuxta illđ ꝓuer. xiij. Inter ſupbos ſemꝑ ſunt iurgia. Tertio cū cōpaſſiōe. nō eñ eſt vere iuſtitie īdignari pctōribꝰ ſꝫ cōpati. ⁊ ex paſſiōe eos corrigēdo dirigere. pſ. Corripiet me iuſtꝰ i miā/ ſcꝫ cōpaſſiōis. pſ. ciiij. Quarto cū diſcretiōe. qꝛ aliter ſunt corrigendi maiores/ aliter pares: aliter minores/ aliter grauiora peccata/

aliter leuia/aliter occulta/aliter manifeſta: In omnibꝰ obſeruandus eſt locus/⁊ tempus/⁊ oportunitas: que non obſeruantes quidā emulationem dei quidem habēt ſm aplm ſed nō ſecūdū ſcientiā. Ro.x. vnde Ber. zelum tuū refrenet ſcientia/ſcꝫ diſcretionis. Quinto cū moderamine. non em̄ de feſtucis proximoꝝ ſunt trabes faciende. ſicut faciunt illi qui docti ſunt in culpis alioꝝ aggrauādis. ij. Thimo. ij. Seruū dei cū modeſtia corripiētem: id eſt cuꝫ debito modo Eſt aūt modus debitus vt potius ſemꝑ culpe alleuiētur ꝗ̄ aggrauentur. ꝯtra qđ quidā faciūt: ouū frangere cupiētes ſecuri. ⁊ ad extinguēdū muſcā querūt gladiū. Sexto fieri debet cū trāquillitate. Correctio em̄ que fit cū turbatꝰ eſt animus frequenter eſt quedam impatientie effuſio mentiens ſe correctionem. Exēplū patet in platone q̄ dixit ſeruo dn̄m offendēti. niſi eſſem iratus te verberarē. Modos p̄fatos innuūt verba beati Aug. in ſermone dn̄i in monte. lib. j. Cū inquit neceſſitas nos cogit aliquem reprehendere: p̄mo cogitemus vtrū tale vnꝗ̄ viciū habuimus: ⁊ ſi nūꝗ̄ habuimꝰ cogitemus nos habere potuiſſe. hoīes em̄ ſumus. Si vero habuimus: tangit memoriā cōis infirmitas vt reprehēſionē illam nō odiū ſed mīa precedat. ꝙ ſi nos idē vicium habemus in quo eſt ille quem reprehendere volumꝰ nō rep̄hendamus illum: ſed ingemiſcamus: ⁊ nō illū ad obtēperandū
k nobis ſed ad pariter conandū inuitemus. hec ille. ¶ Sed dubium eſt: que ſit cauſa ꝙ tam caute eſt in correctiōe fraterna ꝓcedendum. R̄n. ſm Tho. vbi prius. Cū quis peccat illud nocet aīe. ⁊ ſi publicatur: etiam nocet fame. Et qꝛ prudēs medicus nititur ſanare vnū mēbrum ſine leſione alterius. ideo ſic debemus per fraternā correctionē conari ad hoc: vt ſanemus fratris aīam ſine leſione fame quantū fieri poteſt. ⁊ ſi non poteſt omnino ſine leſione fieri: tūc fiat cū minori leſione qua fieri poteſt. verum quia anima p̄cioſior eſt fama: ideo ſi aliter non poteſt frater ſanari: tūc oportet eum potiꝰ in tota fama dānificari per publicā denūciationem: vt aīa ſalua fiat. Eſt aūt tribus de cauſis ſumme cauendum in correctione: ne indebite ledatur fama peccantis. Primo qꝛ meliꝰ eſt nomen bonum ꝗ̄ diuitie multe. ꝓuerb. xxij. Ex quo ptꝫ ꝙ qui aufert famā/plus nocet ꝗ̄ qui tollit diuitias. Secūdo diuitie ablate poſſunt reſtitui: ſed vix fama. qꝛ forte poſt diffamationem excuſanti non crederetur. Vn̄ bene dicitur in glo. ſuꝑ Luc. ꝙ fama eſt res lubrica. Sicut em̄ lubricū elapſum: vix rehaberi poteſt: ita fama. Tertio qui infamat non ſolum reū infamat: ſed etiā ledit oēs audientes. ſicut qui lutū mouet: non ſolum ſe/ſed oēs aſtātes inficit. vnde Ambro. Tolerabiliores ſunt fures/qui veſtes



⁊ alia bona rapiunt: ꝗ̄ qui famā. Tum qꝛ magis recipiūt. Tum qꝛ nūꝗ̄ reſtituunt. Tum etiā qꝛ nō vni/ſed multis nocent. Unde ſuꝑ illud Luc. j. ad virginem deſponſatam dicit glo. Maluit dn̄s aliquos de ſuo ortu ꝗ̄ de virginis pudore dubitare. Ecce q̄ntum xp̄s curauit de fama aliena.

¶ Capitulum. xij. De ordine fraterne correctionis.

De ordine ergo corrigēdi dicendum eſt modo vbi tria ſunt videnda. Primo quotuplex eſt correctio. Secundo quis ordo ſit debitꝰ ꝓcedendi in correctione fraterna. Tertio quis ad correctionem fraternā tenetur. ¶ Quantū A igitur ad primū notādū ſm Tho. vbi prius q. xxxiij. ⁊ in. iiij. di. xix. ꝙ duplex eſt correctio. Quedam eſt poteſtatiua qua non ſolū intenditur emendatio fratris: ſed etiam intenditur ꝓcuratio boni cōis: ⁊ illa nō fit ſolum per ſimplicē ammonitionē ſed etiam qn̄qꝫ per penaꝝ inflictionē: vt ipſe frater/vel alij timeant: ⁊ a peccato deſiſtant. ⁊ hec correctio ſolum ꝑtinet ad prelatos ⁊ ſuperiores ⁊ iudices reſpectu inferioꝝ ſuoꝝ ⁊ nunꝗ̄ ad inferiores reſpectu ſuperioꝝ: ⁊ de hac nichil dicemus hic: ⁊ aliquid dictum eſt in primo capitulo. Alia eſt fraterna correctio/⁊ eſt ſimplex ammonitio fratris de emēdatione delictoꝝ. Et iſta correctio ꝓprie ordinatur in emēdationeꝫ fratris delinquentis: ⁊ eſt actus charitatis q̄ maximum malū ꝓximi/id eſt pctm̄ ꝑ correctionis limā tollit. Et ꝑtinet correctio hec ad quēlibet adultū in charitate exiſtentem in caſu: ſiue ſit ſuperior/ſiue inferior: ⁊ etiam reſpectu ſuperioꝝ ⁊ inferioꝝ. ¶ Secundo notandū ꝙ ordineꝫ B corripiendi ponit xp̄s Math. xviij. dicens. Si frater tuus peccauerit in te: ⁊ ſm doctores p̄notatos ⁊ alios cōiter intelligitur ſic: pctm̄ ꝓximi tui/aut eſt occultū/aut manifeſtum Si eſt publicū: ſic ꝙ non peccat in me ſolum/id eſt me ſolo ſciente: ſed etiam alijs ſcientibꝰ: tunc illud pctm̄ eſt coram eis coram q̄bus factū eſt: ⁊ ad quoꝝ notitiam venit publice arguendū. vnde. j. Thimo. v. peccantem coram oībus argue: vt ceteri timorem habeant: qđ intelligitur de peccatis publicis ſm Augu. in ſermone dn̄i in monte. Ratio dicti eſt qꝛ correctio talis famā nō minuit rei corā eis coram q̄bus fit/cum prius ſciant: ⁊ etiam ꝓuidetur eoꝝ ſcandalo. Si aūt peccatum ſit occultū tm̄: tunc qꝛ etiam in peccatis occultis poteſt parari offenſa ꝓximorum: ad hoc dicendū eſt: qꝛ aut eſt in nocumentum communitatis ſeu multoꝝ/aut paucorum. Si in multoꝝ/ſeu cōmunitatis: corporale vel ſp̄ūale: puta cū q̄s occulte tractat cū aliq̄bus qualiter ciuitas ſit tradēda hoſtibꝰ: vel ſi hereticus ꝑuate hoīes a fide auerte

ret : tunc non eſt expectanda ſecreta ammonitio : ſed ſta=
tim aut alteri qui prodeſſe poteſt / ⁊ prelato: vel alteri ſu=
periori / q̄ tale periculū p̄cauere pōt / eſt denūciandū ꝯſeruā
do famā illi⁹ q̄tum pōt cū ſalute reipu. ⁊ non aliter: vt ſi il=
le cui rector ciuitatis plus confidit: cui claues tradidit: eſ=
ſet illa nocte eam traditurus hoſtibus / vel aliquod hmōi: ⁊
nullo modo vult deſiſtere: nec poteſt iſti periculo aliter ꝓ
uideri / tūc eſſet iſti noīatim dicēdū. Caueatis ne claues illi
hac nocte tradatis: q̄ꝛ proditurus eſt ciuitatē. Ratio dicti
eſt: q̄ꝛ bonū cōītatis p̄ferēdū eſt bono priuato. Sic cū fama
ſit de maximis bonis religioſoꝝ: vnde ſi vn⁹ religioſus ſcā=
daliſat alios: ⁊ ſecreta āmonitio nō iuuat: prelato dicēduꝫ
eſt vt ꝓuideat fame cōītatis. Sic etiā intellige de heretico
niſi aliquis firmiter eſtimaret ꝙ ſtatim ꝑ ſecretam āmoni
tionem poſſent hmōi mala impediri: ⁊ idē iudicium eſt ha=
bendū de ſimilibus caſibus. Unde hiero. Que mīa eſt par=
cere vni / ⁊ multos in diſcrimē adducere: polluitur popul⁹
ex vno peccatore ſicut ex vna oue vniuerſus grex. Semper
C igiṫ bonū multoꝝ debet preferri bono vni⁹. ¶ Si aūt pctm̄
ꝓximi occultum eſt in nocumentū vni⁹ vel paucoꝝ: tunc ſi
eſt nocumentū tam paruū ꝙ meli⁹ ſit illud parū pati / q̄ꝫ ali
um diffamari: q̄ꝛ ſi forte modo non corrigiṫ poſtea forte cor
rigeṫ: vt ſi eſſet ei facturus damnum modicum / ⁊ in modi=
co valore: tunc debet corrigere ſi conuenienter poteſt / ſꝫ nō
debet reuelare. Si aūt eſt notabile nocumentū vt q̄ꝛ vult oc
cidere nocte / vel hominē ſpoliare cū iaceat in camera / vel
vult decipere filiam vel vxorem abducere / aut domū cōbu=
rere / vel huiuſmodi ſimilia facere / ⁊ non ſperaṫ ꝙ per ſecre
tā ammonitionem poſſit huiuſmodi damnū impediri: nec ꝑ
aliquem aliū modū: tūc melius eſt innocentē ſeruare indē
nem / q̄ꝫ iſti cōſeruare famā. Illud tn̄ ſic dicendū eſt in ſecre
to / ⁊ ſub ſigillo ſecreti: ꝙ non poſſit agere ad illius infamiā
reuelādo: nec ad penam ip̄m denūciando: ſed ſolūmodo ad
D ſui cautelam. ¶ Si aūt peccatū fratris ſit occultū ita ꝙ nō
eſt infamatus de illo / nec poteſt ſufficienter ꝓbari corā iu=
dicio illius q̄ hꝫ corrigere: ⁊ ſi eſt ſolū in nocumētū peccan=
tis / ⁊ forte eius in quem peccat: q̄ꝛ ab eo lediṫ / vel per ſolaꝫ
noticiam: tūc ad hoc ſolū tendēdum eſt: vt fratri ſubuenia
tur / ⁊ emēdeṫ. Et ideo ſi ſperatur ꝙ ꝑ correctionē corrigaṫ /
vt eſt p̄miſſum: tūc p̄mo corripiēdus eſt ſecrete vt innocen=
tiam recuperet / ⁊ famam non perdat. Et hoc voluit do=
minus cum dixit. Corripe eum inter te ⁊ ip̄m ſolum: nō ſo=
lum ſemel: ſed pluries ⁊ ſemꝑ ſecrete: ⁊ q̄diu ꝓbabiliter
ſpes habeṫ / ꝙ ꝑ eā corrigaṫ. Qn̄ aūt ꝓbabiliter eſtimaṫ ꝙ
ſecreta ammonitio non ꝓficiat: nec eſt veriſimile ꝙ ex te=



ſtiū inductione aliquod peius ſequaṫ / ſed veriſimiliter pro
ficit ad fratris correctionē: tunc eſt vlteri⁹ ꝓcedēdū. vt pri
mo paucis / vni / vel duobus monſtretur pctm̄ fratris: q̄ pn̄t
ꝓdeſſe / ⁊ de quib⁹ nō crediṫ ꝙ obſint diffamādo vt ſic ſaltē
ſine multitudinis īfamia emendeṫ. ¶ Et iſti teſtes adhibē E
tur principaliter. Primo vt fratrem ammoneant: ⁊ corri=
gant. Secūdo vt ammonitionis fratris ſint teſtes. Tertio
vt negantē coram ſupiore conuincant de actu: ſi act⁹ itere
tur. Sunt eñ teſtes inducendi: vt actū iteratū videant ſm̄
Auguſt. Si aūt iteratio oſtendi teſtibus nō poſſit: debent
tamen adhiberi: vt coram ip̄is recognoſcat: vel ſaltē vt ipſi
eū āmoneāt ⁊ vt obiurgatio plurimoꝝ ip̄m corrigat. ⁊ has
duas cauſas tāgit glo. ſupꝑ v̄bo / adhibe tecū vnū / vel duos
teſtes. Si aūt ad taliū teſtiū īductionē nō corrigiṫ: tūc q̄ꝛ cō
ſciētia p̄ferenda eſt fame: dꝫ in publico denūciari ſuperiori
vt ſic tamē cū diſpendio fame a peccato liberetur. Et hoc
voluit xp̄s cum dixit: dic eccleſie / id eſt prelato / vel alteri ſu
periori per publicā denūciationem / ⁊ ille poteſt peccatum
eius publicare: vt alij ſciant ſe ab eo cuſtodire: ne infician=
tur. Et poteſt eum punire in rebus / vel in corpore / vel per
excōmunicationem: vt reſipiſcat a peccato: ⁊ ꝓpter cōmu=
nem iuſticiā: vt alij videntes penam illius caueāt ſibi etiā
timore pene a ſimilibus peccatis / q̄ꝛ pene ſunt medicina=
les. Uñ ſm̄ Augu. in regula. Si quis oculi petulantiā in ali
quo aduerterit: primo ſtatim debet ammonere fratrē: ne ce
pta progrediātur. Scd̄o ſi non emēdat: prelato tanq̄ꝫ patri
ſi haberetur indicandum eſt: vt ſecretius correctus non in
noteſcat ceteris. ¶ Tertio ſi non iuuat: teſtes debent adhi
beri. Quarto in publicū produci conuincendus eſt ſi nega=
uerit: ſed duo media dn̄s in vno cōprehendit. Sed Thom̄.
in tractatu de fraterna correctione ſic procedere docet. Et
preceptum de correctione fraterna / ſecundum ꝙ pertinet
ad omnes ſic debet ſecundum eūdem doctorem quis exeq̄
Cum dicitur. Si peccauerit in te / id eſt contra te / tunc eſt
preceptum de dimittendo: vel in te / id eſt ſciente te. Et hoc
poteſt fieri dupliciter: vel te ſolo ſciente: tunc corripe eum
inter te / ⁊ eum ſolum. Si te audierit: lucratus es animam
fratris tui. Si te non audierit: non debes vltra procedere:
non enim potes addere vnum / vel duos: cum nullus alius
ſciat: tamen potes ei dicere qui poteſt prodeſſe non obeſſe.
Si autem contingat ꝙ alij poſtea ſciant: ⁊ ſit adhuc in il=
lo peccato: tunc debes vnum vel duos adhibere ad eum
corripiendum: ⁊ ſic eſt procedendum ſi peccatum eſt oc=
cultum. Si autem ſit manifeſtum ita ꝙ plures ſciant: tunc
ſic eſt procedendum. Si peccauerit in te / id eſt te ſcien=

te:non tamē ſolo:corripe eum ante te/ ⁊ remaneat.Si te au
dierit:lucratus eſt animam fr̄is tui.Si aūt te non audierit
adhibe tibi vnum/vel duos/ſcȝ de illis q̄ ſciunt/non ſcȝ ꝑ au
ditum:ſed ꝑviſum.vt dicit glo. vt qui ad vni⁹ monitionem
corrigi noluit multoꝝ obiurgatione reſipiſcat.Si te nō au=
dierit:dic eccl'ie id eſt prelato:tunc potes ea dicere denun=
ciando:⁊ tunc vn⁹ adhibendus eſt.q: in denunciatione vt q̄
dam dicunt ſufficit vnus teſtis.Sed ſi ſic/videtur ꝙ publi=
cet pctm̄ occultum.Rn̄.ꝙ pctm̄ dr̄ occultum tripliciter.Pri
mo ſi homo vt ſolus de⁹ ſcit/⁊ non alio mō:vel vt homo lo=
co dei:ſicut ille q̄ ex ſola ſacramentali confeſſione ſcit.tunc
non poteſt corripere/vel aliq̄d facere:ſed tacere ſicut q̄ ne=
ſcit.Secundo mō ſi ſcit pctm̄ vn⁹ ſolus homo vt homo:tūc
dȝ eum corripere inter ſe ⁊ ipm̄ ſolum:nec dȝ vltra ꝓcedere
vt dictum eſt.Tertio mō dr̄ occultum ſi pauci ſciant:⁊ tunc
occultum et manifeſtum non ꝯtradicunt.Si tunc te audie=
rit:non eſt procedendū.ſi non:tunc adhibendus eſt vn⁹ vel
tres.ſi nec vnum nec tres audierit/ ⁊ plures neſciant quo=
mō tunc:dicet eccl'ie:q: ſic videtur alteri⁹ pctm̄ publicare.
Dicendū ꝙ eccl'ia non dr̄ hic congregatio ſiue multitudo fi
delium:ſed dicit̄ eccl'ia prelat⁹ cui poteſt dici eo ꝙ poteſt ꝓ
deſſe non obeſſe.Un̄ non eſt publicatio crimīs.hec de tho.
B vbi pri⁹. Aliter aūt eſſet ꝓcedendū qn̄ correctio eſſet pote=
ſtatiua/prelati vcȝ vt ibidem dicit ¶Quo ad tertiū p̄ncipa
le q̄s corripere teneatur.Rn̄detūr ſm̄ tho.Fraterna corre=
ctio pertinet ad quemlibet adultuȝ regulariter/q̄ charitatē
habet:ſiue ſit prelatus/ ſiue ſit ſubditus. Propt̄ qđ dicitur
xxiiij.q.iij.Tam ſacerdos q̄ꝫ reliqui oēs fideles ſummaȝ
debent habere curam de his q̄ pereunt:quaten⁹ eoꝝ redar
gutione aut corrigant̄ a pctīs:aut ſi incorrigibiles appare
ant ab eccl'ia ſeparentur:immo ſic inferior debet corripere
p̄latum ſuū/aut alium ſupiorem:q: eſt op⁹ mīe:qđ maxime
p̄lato debetur.Un̄ eccl'ia.xvij.Unicuiqꝫ mandauit de⁹ de ꝓ=
ximo ſuo Tn̄ cum modeſtia dȝ fieri ad prelatos:ſm̄ illud.j.
thi.iiij.Seniorem ne increpaueris:ſed obſecra vt p̄rem.Di
ctum eſt aūt notanter ꝙ correctio ꝑtinet regularit̄ ad quē=
libet:q: in caſu nō ꝑtinet ad quoſdā.Un̄ gor.ſup math.xviij.
dicit ꝙ in q̄nqꝫ caſibus quis abſoluit̄ a p̄cepto fraterne cor
rectionis.Prim⁹ cum non eſt aliqua ſpes correctionis.Un̄
hiero.fruſtra niti/⁊ nihil aliud q̄ꝫ odium querere:extreme
dementie eſt.Et puer.ix.Noli corrigere deriſorē ne oderit
te.Secund⁹ cum timet̄ defect⁹ ꝓbationis/⁊ criminalit̄ agit̄:
vbi ſcȝ obligatur actor ad talionē ſi in probatiōe defecerit/
vel deficiat.Tertius cum prelato tanq̄ꝫ iudici notum eſt fa
ctum:q: ille notori⁹ vel conuictus eſt.Quart⁹ cum meliori



operi/ vel ad min⁹ eque bono vacat:ſicut monachi qui non
obligantur in diſpendium animaꝝ ſuaꝝ extra monaſteriū
vagari.Quint⁹ cum multitudo/vel poteſtas eſt in culpa vbi
correctio plus noceret eccl'ie q̄ꝫ prodeſſet Unde verſ⁹.Non
ſpes:non teſtis:plebs preſul ſcit:monachus ſum.

¶Capitulum decimumtertium de ſcandalo:
⁊ que ſint propter ſcandalum vitanda.

E Xpedita materia correctionis fraterne qua
q̄s intendit alium emendare/⁊ in anima viui
ficare tractandū eſt de ſcandalo qđ directe cō
trariatur correctioni fraterne:q: ꝑ ſcandaluȝ
q̄s vere/vel interpretatiue intendit alium in
morali vita corrumpe. De quo ſcandalo tria
ſunt p̄ncipaliter dicēda.Primo q̄d ſit/quantū/⁊ quotuplex.
Secundo qn̄ ſit pctm̄ mortale/veniale/vel nullū. Tertio q̄
ſunt propt̄ ſcandalū vitanda/vel facienda.¶De p̄mo notā A
dum ſm̄ tho.ſecunda.ij.q.xliij.Et in.iiij.diſ.xxxviij.ꝙ ſcan
dalum ſm̄ hiero.ſup Math.xv.eſt dictum vel fctm̄/vel omiſ
ſum min⁹ rectum/p̄bens occaſionem ruine.Dicitur p̄mo di
ctum nō cogitatum:q: cogitatio non opponit̄ alicui vt offen
diculū.Dicitur ſcđo dictum vel fctm̄/vel omiſſum:q: iſtis
modis poteſt ꝓxim⁹ ruinā pati a nobis.Dicitur tertio mi
nus rectū:non ꝙ ab aliquo ſuperat̄ in rectitudine:ſed ꝙ hȝ
aliquē rectitudinis defectū:vel q: eſt ſm̄ ſe malū ſicut pec
cata:vel q: hȝ ſpeciē mali:licet de ſe nō ſit malū:p̄bet tn̄ oc
caſionē ruine:vt pȝ de inclināte ſe idolo nō ꝑuerſa intētio
ne.Un̄ apl's.j.Theſſal'.v.Ab oī ſpecie mala abſtinete vos.
Dicit̄ quarto:prebēs occaſionē ruine:nihil eīn pōt eſſe hoī
ſufficiēs cauſa pcti qđ eſt ſpecialis ruina/niſi ꝓpria volun
tas:ideo dicta vel facta alteri⁹ pn̄t eſſe cauſa impfecta/ et
occaſio peccādi.Uocat̄ aūt ſcādalū grece:latine offenſio/im
pulſio/vel ruina:q: ſicut cōtingit ꝙ aliquis obex ponit̄ ali=
cui in via corpali/cui impingēs diſponit̄ ad ruinā/⁊ talis
obex dr̄ ſcandalū:ſic ſil'r in ꝓceſſu vie ſpūalis cōtingit ali=
quē diſponi ad ruinā ſpūalē/ꝑ dictū vel factū vel omiſſuȝ al
terius:inquātū.ſ.aliquis ſua ammonitione/vel inductiōe:
aut exēplo aliū trahit ad peccādū.⁊ hoc ꝓprie dr̄ ſcādaluȝ.
¶Eſt aūt ſcandalum valde deteſtabile pctm̄:vt oñdit xp̄s B
quintupl'r Math.xviij.vbi dicit.Qui ſcādalizauerit vnum
ergo plus peccat q̄ multos.de puſillis iſtis.i.īfirmis.Hie=
ro.ibi dicit ꝙ recte dr̄ puſillus:q: qui magn⁹ eſt.i.robuſtus
in fide/⁊ charitate moueri nō pōt.prouerb.xij.Nō cōtriſta=
bit iuſtū q̄cquid ei acciderit.Qui in me credūt:q: magis fi
deliū ſcādalū eſt cauendū.Ecce iā pctm̄ ſcādali poſituȝ eſt
Nūc ſequitur primo pena.Expedit ei.i.min⁹ malū ei foret:

vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius: ꝛ demergatur in
ꝓfundum maris. Et ſm hiero. loquiť ſm ritum paleſtine/ vbi
ꝓ maioꝛibus criminib⁹ ligato ſaxo ad collum ſolebat homo
in mare proijci. Mola aſinaria/ id eſt q̇cunq; grauis lapis: vt
eſt aſinus: vel q̇ onerat aſinum: et dr̃ mola quā voluunt aſini/
vel equi cum rota in molendinis. Scḋo alia pena innuiť: ve
mundo a ſcandalis. Nam tot aīaꝝ mors procurať quot ſcan
dala fiunt. vt exponit bern̄. illud Eſa. xxxviij. In pace amari
tudo mea amariſſima. amara in nece martyꝝ ꝑ tyrānos: ama
rioꝛ in ꝑſecutione hereticoꝝ: ſed amariſſima in ſcandaliſanti
bus falſis xp̄ianis. Tertio ponit ſpeciale malum pcti moꝛta
lis: ibi. ve homi ꝑ quem ſcandalū venit. Quarto oſtendit ma
lum ſcandali in multiplici pena: ꝛ ſpecialiť ignis eterni. Un̄
ſequiť. Melius eſt tibi ꝛc. q̄ꝫ mitti in ignem eternuꝫ. Quinto
alia pena additur de verme. Math. ix. vbi de materia iſtius ſcā
dali dr̃: vbi ſcꝫ in gehenna ꝟmis cōſciētie/ ſcꝫ eoꝝ nō morieť:
ſed potuiſſet q̇s a xp̄o queſiſſe: ſi ita malum eſt alios ſcandali
ſare: cur ꝑmittis ſcandala euenire. Ideo r̄ndit xp̄s: neceſſe ē
id eſt expediens ad alioꝝ probationem: vel neceſſe ſi mund⁹
vult male viuere. ¶ Secūdo potuiſſet q̇s iteꝝ queſiſſe. Si eſt
C neceſſe: ergo ſcandaliſantes nō ſunt puniēdi. R̄n̄. ꝙ immo: q2
ve homi illi ꝑ quē ſcandalū venit. Et oīa iſta dicta ſunt de ſcā
dalo actiuo ſeu dato: q2 illud eſt aliqn̄ ſpeciale pctm̄. Eſt aūt
duplex ſcandalum. Unū actiuum ſeu datū/ qḋ diffinituꝫ eſt: ꝛ
iſto diciť q̇s ſcandaliſare. Aliud eſt ſcādalum paſſiuū ſeu ac-
ceptum in eo q̇ ex dicto vel facto alteri⁹ ruit: et illud non eſt
ſpeciale pctm̄/ ſed gn̄ale: ꝛ ipo dr̃ q̇s ſcandaliſari. Item notā
dum ꝙ dictum vel fctm̄ alicui⁹ poteſt alteri eſſe occaſio pec-
candi dupliciter Uno modo per ſe: alio modo per accidens.
Per ſe quando q̇s intendit ſuo malo exemplo/ ꝟbo vel facto
alium ad pctm̄ inducere: vel etiā ſi ipe hoc nō intendit: ipm
fctm̄ eſt tale ꝙ de ſui natura rōnem habet vt ſit inductiuum
ad peccandum: vtpote cum aliq̇s publice facit pctm̄: vel ali
quid qḋ habet ſimilitudinem peccati: et tunc iſte q̇ hoc facit
proprie dat alteri occaſionē ruine: potiſſime qn̄ hoc intendit
ꝛ vocatur ſcandalum actiuum. Per accidens vero ꝟbum vel
factum vni⁹ eſt alteri cauſa peccandi: qn̄ preter operantis in
tentionem: ꝛ preter conditionē opis/ aliquis malus male di-
ſpoſit⁹ induciť ad peccandum: puta cū q̇s inuidet bonis alio-
rum. ꝛ tunc ille q̇ fecit talem actum rectū: nō dat alteri occa-
caſionem peccandi: ſed ali⁹ ſumit: ꝛ ideo eſt ſcandalū paſſiuū
ſine actiuo: q2 iſte q̇ recte agit: nō dat occaſionem ruine quā
alter patitur. Et de paſſiuo ſcandalo loquitur xp̄s vbi prius
Math. xviij. Si ocul⁹ tuus ſcādaliſat te: ſi pes: ſi manus. ꝛc.
Contingit ergo qn̄q; ꝙ ſimul ſit ſcandalum actiuū in vno/ et
paſſiuuꝫ in altero. puta cū ad inductionem vni⁹ alter peccat.



Qn̄q; eſt actiuum ſine paſſiuo: puta cum q̇s inducit alium ꝟ
bo/ vel facto ad peccandum: ꝛ iſte non conſentit. Qn̄q; ꝟo
eſt paſſiuuꝫ ſine actiuo: vt prius dictum eſt de dicto/ vel fctō
ꝑ accidens in malicioſo. ¶ Quantū ad ſm p̄ncipale/ qn̄ ſcā
dalū ſit pctm̄ veniale/ ꝛ qn̄ moꝛtale: ꝛ quot modis fiat pctm̄
eſt hec concluſio ſm thomā ꝛ alios: ꝙ ſcandalū actiuū/ ſeu
ꝑ ſe nunq̄ꝫ eſt ſine culpa ſcādaliſantis. Et ſcandalū paſſiuū
nunq̄ꝫ eſt ſine culpa ſcandaliſati. Actiuū tn̄ eſt bene ſine cul
pa ſcandaliſati: ꝛ paſſiuū eſt ſine culpa ſcandaliſantis. Pri
ma pars ptꝫ q2 om̄e ſcandalum actiuuꝫ: vel eſt pctm̄: vel hꝫ
ſpeciem peccati. ſi eſt pctm̄ patꝫ propoſitum. ſi vero nō ſit de
ſe pctm̄: ſed habeat ſpeciem pcti/ vt comedere idolaticū co
ram infirmis: dꝫ dimitti ex charitate ad tollendū leſionem
proximi: ꝛ q̇ non dimittit contra charitatē agit. Sicut dicit
apl̄s ro. xiiij. Si propť cibum frater tu⁹ contriſtať: iam non
ſm charitatē ambulas. Item pꝫ math. vbi. ſ. Alie tres par
tes patent in vltimo notabili pretacto precedenti articulo.
¶ An aūt ſcandaluꝫ ſit ſpeciale pctm̄/ vel gn̄ale? R̄n̄. tho. ꝙ E
ſcandalum actiuum ꝑ ſe: qn̄ vcꝫ procedit ex intentione agē
tis: vt cum aliq̇s ſuo dicto/ vel facto intendit alium trahere
ad peccatum: tunc eſt ſpeciale peccatum. Tum q2 ibi ex in
tentiōe ſpecialis finis ſoꝛtitur rōnem ſpecialis peccati: eo
ꝙ finis dat ſpēm in moꝛalib⁹. Tum etiam q2 ſpeciali ꝟtuti
opponitur/ videlicet charitati: ꝑut imperat coꝛrectionem
fraternā: q2 ſcandaliſans intēdit aliū coꝛrūpere: vbi frater
naliter coꝛrigēs intēdit aliū emēdare. Scandalū vero acti
uum: qḋ fit preter intentionē agentis: puta cū aliquis ſuo
facto/ vel ꝟbo nō intēdit alteri dare occaſionē ruine: ſꝫ ſolū
ſatiſfacere ſue volūtati: ꝛ ſic nō eſt ſpeciale pctm̄: q2 qḋ eſt
per accidēs: nō cōſtituit ſpeciē: ſed eſt tūc circūſtātia aggra
uans/ ſcꝫ cū in publico fit. Scādalum aūt paſſiuū nō poteſt
eſſe ſpeciale pctm̄: q2 ex dicto vel facto alteri⁹ contingit ali
quem ruere ſm quodcūq; genus pcti. ¶ Sed qn̄ ſcandaluꝫ F
eſt pctm̄ moꝛtale/ vel veniale? R̄n̄. Tho. ſcādalū actiuū ꝑ ſe
ſit moꝛtale pctm̄. Primo qn̄ q̇s intēdit alium inducere ad
peccādum moꝛtaliter. Secūdo qn̄ quis intendit inducere
aliū ad peccandū venialiter per actū pcti moꝛtalis. Ter-
tio autē eſt veniale quādo quis intēdit aliuꝫ inducere ad
peccandū venialiter per actū peccati venialis. Scandalū
vero actiuū ꝑ accidēs qn̄ quis ſcꝫ non intēdit aliū trahere
ad pctm̄: primo eſt pctm̄ moꝛtale qn̄ aliquis actū pcti moꝛ-
talis committit. Secundo quando quis actu ſuo cōtemnit
ſalutem proximi: vt cum pro ea conſeruanda non preter-
mittit aliquis facere qḋ ſibi libuerit. Unde in ſcripto etiam
dicit Thomas ꝙ quando quis cōmittit actū in quo nō in-

tendit proximi nocumentū:qui actus alias eſt veniale/vel
indifferens:habēs tamē ſimilitudinē peccati mortalis: tūc
ſcandalū actiuū eſſet peccatū mortale ex aliquibus circū=
ſtantijs cōcurrētibus:ex quibus eſtimari ꝓbabiliter poſſet
ꝙ infirmi aſpiciētes peccarēt mortaliter. Ueniale aūt poſ=
ſet eſſe dupliciter. Primo quādo quis actū cōmittit pcti ve
nialis. Scđo quādo qs actū cōmittit:qui nō eſt ſm̄ ſe pec=
catū ſed habet aliquā ſpeciem mali cū aliqua leui indiſcre
G tione. ¶ Quādo aūt paſſiuū ſcādalū ſit mortale vel veniale
notandū ꝙ cum ſcādalum importat impactionē quandā ꝑ
quam aliquis diſponitur ad ruinā:ideo ſcādalum paſſiuū
quādoqꝫ eſt peccatū veniale quādo habet impactionē tm̄:
puta cū aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius com
mouet̄ motu venialis pcti. Quādoqꝫ vero eſt mortale qua=
ſi cū impactione habēs ruinam:puta cū aliquis ex inordi=
nato dicto vel facto alterius procedit vſqꝫ ad peccatū mor
H tale. Hec de Tho. ¶ Quo ad tertium principale que bona
ſint dimittenda vel non dimittēda propter ſcandalū videlꝫ
paſſiuū/id eſt ne alius ſcādaliſetur. Notandū primo ꝙ tri=
plicia ſunt bona. Primo quedā ſpiritualia que ſunt de ne=
ceſſitate ſalutis. Secūdo quedā ſpiritualia que nō ſunt de
neceſſitate ſalutis. Tertio quedā temporalia. Secūdo no=
tandū ꝙ tria ſunt genera hominū in quib⁹ ſcādalum oriri
poteſt. Primo quidā ex malitia propria ſcandaliſant̄:puta
cum aliqui volunt impedire bona ſpiritualia primo vel ſe=
cūdo modo dicta. Et illud dr̄ ſcandalū phariſeorū. Alij ſcā
daliſantur interdū ex ignorātia:puta qꝛ ignorāt opa que=
dam eſſe licita que tamē ſūt licita. Et tertio alij ex infirmi=
tate ſcādaliſantur:nō vt primi ex malicia ꝓpria:⁊ taliū vi
I delicet ſcđoꝝ tertio modo/dr̄ ſcandalū puſillorū. ¶ Quādo
ergo queritur que bōa ſūt dimittēda ne quis ſcādaliſetur
Rñ. ſm̄ Tho. Prima bona que videlicet ſunt de neceſſitate
ſalutis:puta que nō poſſunt ꝑ̄termitti ſine peccato mortali
talia null⁹ debet dimittere:ne alius ſcādaliſetur. etiā qui=
cunqꝫ. Ratio eſt qꝛ q̄libet tenetur diligere ſe prius ⁊ plus
q̄ꝫ alterū:ergo ea q̄ ſunt de neceſſitate ſalutis nō debent di
mitti ꝓpter ſcandalū alteri⁹ vitandū. Unde patet ꝙ quan
do cōſiliorū obſeruatio/⁊ impletio operū mīe temporaliū
vel ſpiritualiū eſt de neceſſitate ſalutis:tunc talia nō ſunt
propter ſcandalū alicuius dimittēda:vt patet in his q̄ ali=
qua cōſilia vouerūt:⁊ in his quib⁹ imminet ex debito defe
ctibus aliorū ſubuenire tēporalib⁹:vt paſcēdo eſurientem:
vel ſpiritualibus:vt docendo ignorantem:ſiue huiuſmodi
fiant debita ꝓpter iniunctum officiū vt patet in prelatis:ſi
ue propter neceſſitatē indigētis:quia de talib⁹ eadē ratio



eſt ſicut de neceſſarijs ad ſalutē. Nō ſolū aūt pctm̄ mortale
vnq̄ꝫ ē faciendū propter vitandū ſcādalū cuiuſcūqꝫ:ſꝫ etiā
nec veniale peccatū eſt vnq̄ꝫ cōmittendū vt vitetur ſcādalū
alteri⁹:licet aliquis actus qui al's eſſet peccatū veniale:vt
verbū ocioſuꝫ/aut ſimile:fieri poſſet nullū peccatū propter
vtilitatē alterius. Dicit etiā beat⁹ hieroñ. ꝙ dimittēdū eſt
ſcandalū omne qđ poteſt pretermitti ſalua triplici verita=
te/ſcꝫ vite/iuſtitie/⁊ doctrine. Que declarās ſanctus Tho.
in. iiij. vbi ſupra. ſic dicit:nullo modo aliquis peccare debet
vt peccatū alterius vitet. Quicūqꝫ aūt veritatē relinq̄t pec
cat. Ueritas em̄ de qua loquimur cōſiſtit in hoc ꝙ homo in
dictis/⁊ factis ſuis/rectitudini diuine/ſiue diuine legis re
gule ſe conformet. Cui quidē homo cōformari dꝫ:⁊ in his q̄
ad cognitionē pertinēt/⁊ hoc ꝑtinet ad veritatem doctrine
Et in his que ad actionē ſpectant:ſiue ea debeat aliquis ꝑ
ſeipm̄ agere qđ pertinet ad veritatē vite:ſiue ea debeat ab
alijs obſeruanda ꝓmulgare:qđ pertinet ad veritatē iuſti=
tie:que conſiſtit in rectitudine iudicij. Nō tn̄ quicūqꝫ pre=
termittit aliquid ī quo ſe diuine legi cōformare pōt/verita
tem dimittit:qꝛ illo remoto veritas adhuc remāere poteſt
Sed tūc dicitur aliquis veritatē dimittere:qñ omittit vel
facit aliquid:quo omiſſo vel facto veritas non manet:qđ
ſine peccato eſſe nō poteſt. Et ideo veritas nullo modo pro
pter ſcandalū paſſiuū alterius dimittenda eſt. Hec Thom̄.
Vñ Ray. dicit. Doctor vel predicator:nō debet falſum doce
re pro aliquo ſcādalo. tacere tn̄ poteſt/⁊ debet ſi oēs obſti=
nati ſunt:ita ꝙ deteriores efficiātur. Unde extra lib. v. vti=
lius naſci ſcandalū ꝑmittitur q̄ꝫ veritas relinquatur. Ueri
tas ſcꝫ doctrine/vite/⁊ iuſtitie. Scđa vero ſunt bona ſpiri=
tualia:que nō ſunt de neceſſitate ſalutis. vt ſunt cōſilia. Un
de primo dico ꝙ iſta nō ſunt dimittēda:nec ad tempus/nec
ad ſemper:ꝓpter eos q̄ ſcandaliſant̄ ex malicia. Dico ſcđo
ꝙ vbi periculū nō imminet:bene ſunt differēda vel occultā
da ꝓpter eos qui inde ſcandaliſarent̄ ꝓbabiliter/nō ex ma
licia:ſed ex ignorātia/vel infirmitate. Tādiu aūt propter
tales opera q̄ nō ſunt de neceſſitate ſalutis:vbi periculuꝫ
nō imminet:ſunt occultāda vel differēda:quouſqꝫ reddita
ratione inſtruant̄ alij/ꝙ alij nō debēt ex talib⁹ ſcādaliſari:
ſed poti⁹ edificari. Et ſi poſt redditā rationē hmōi ſcādalū
duret:iā videt̄ ſcandalū eſſe ex malicia nō ex ignorātia/vel
infirmitate. Vñ in ſcripto dicit Tho. ꝙ ꝓpter tale ſcādalū
paſſiuū cōſilia ſunt ad tēpus ītermittēda/vl' occulte agēda
nō āt oīno dimittēda. qꝛ hō plus ſibi q̄ꝫ primis ſpiritualib⁹
ꝓuidere debꝫ. Et ignorātia ſi diu duret:ī maliciā per obſti
nationem cōputatur. Tamē attēdenda eſt quantitas ſcan

dali ꝛ boni quod cõtingit ex cõſilio ſeruato. ꝛ ſm hoc aliq̃
cõſilia ſunt intermittẽda propter ſcandalũ puſillorũ. vl' ſcã
k dalum contẽnenduȝ ꝓpter cõſilia. hec Tho. ¶ Sed quid de
operibus alijs a cõſilijs ſeu ſuperogationis operibus/ que
vocantur indifferẽtia ex genere. vt comedere carnes/ bibe
re vinũ/ tẽporalia modo licito acquirere/ acquiſita cuſtodi
re: debita repetere. ꝛ ſic de alijs. nũquid ſunt ꝓpter ſcanda
lum dimittẽda? Sũt enĩ triplicia opa. Quedã neceſſaria ad
ſalutẽ. Alia ſupererogatiõis ꝛ cõſilij. Alia vero indifferẽtia
ex genere. Rñ. Richar. in. iiij. diſt. xxxviij. Opera indifferen
tia ex genere quorũ omiſſio nulli alij p̃iudicat niſi operãti:
ꝛ etiã in tẽporalibus tñ: omittẽda ſunt ad vitandũ ſcãdalũ
proximi ꝓueniẽs ex infirmitate vel ignorantia qñ ꝓbabili=
ter apparet ꝙ niſi tale opus omittatur ꝓximus ſcãdaliſa=
bitur. Et ſi ꝓbabile eſt ꝙ ſcandaliſet mortaliter: tũc omiſ=
ſio illius opis eſt in p̃cepto. Si aũt ꝓbabile eſt ꝙ nõ ſcãda=
liſetur niſi venialiter: tunc omiſſio illi⁹ opis eſt in conſilio.
Poſtq̃ tñ ꝓximo eſt oſtenſuȝ ꝙ ex tali opere ſcãdaliſari nõ
debet. ꝛ debito modo ſuaſuȝ vt nõ ſcãdaliſet: ſic non tenet
omittere iſtud opus ꝓpter ꝓximi ſcãdalũ vitãduȝ. qꝛ ſcan=
dalũ poſt talia hortamẽta proueniẽs proprie eſſet ex mali=
cia. Unde ꝓpter illud nõ eſt dimittẽdum. hec Richar. Et di
cit Durã. in. iiij. diſt. xxxviij. q̃ ſunt indifferẽtia: ſicut come=
dere carnes/ vel abſtinere ab eiſdẽ: omnia dimittenda ſunt
q̃diu durat ſcandalũ puſillorũ. hec ille. Et ꝓbat ꝑ Augu.
in ſermone dñi in monte. dandum eſt ꝛc. vt poſtea patebit.
Et dicit notãter q̃diu durat ſcãdalũ puſillorũ ꝓpter eos q̃
informati in ſcandalũ phariſeorũ incidũt ex malicia. vt in
volẽtibus impedire bona ſepe apparet. Itẽ vt ſtatim dice=
tur ſm Tho. ꝛ oẽs cõiter: tẽporalia nõ ſunt dimittẽda pro
pter ſcandalũ ortum ex malicia. ergo multo minus abſtinẽ
tie ꝛ huiuſmodi quedã/ plus ſeruiẽtia virtuti q̃ tẽporalia.
l ¶ Et dicit Guill'. ſup Ray. ꝙ nõ debet q̃s facilis eſſe ad cre
dendum ꝙ alij ſcãdaliſent de bono opere qđ facit. nec de=
bet quis facile propter metuȝ ſcandali ceſſare a bono ope.
Qꝛ debet p̃ſumere de alijs poti⁹ ꝙ ſint boni q̃ ꝙ mali ſint.
ſemper enĩ iudicandũ eſt in indifferẽtibus in partẽ meliorẽ
Tamẽ durãte cõſcientia ꝙ alij ſcãdaliſent: debet dimitte=
re/ vel opus occultare: Ratio primi dicti videlicet ꝙ ꝓpter
ſcãdalum ortum ex malicia nõ debeat q̃s dimittere opera
bona cõſilij: Qꝛ ſi propter maliciã taliuȝ bona deberẽt ſem=
per omitti: mali bona frequẽter impedirẽt/ ꝛ occaſio daret
malis malignandi. Unde hoc eſt ſcandalũ phariſeorum qđ
etiam xp̃s docuit non curare. Unde poſtq̃ chriſtus Math.
xv. preſentibus ſcribis ꝛ phariſeis predicaſſet: chriſto diſci



puli dixerunt. Scis qꝛ phariſei audito hoc ṽbo ſcãdaliſati
ſunt? At ille rñdens ait. Oĩs plãtatio quã non plãtauit pa=
ter meus celeſtis eradicabitur. Sinite illos: ceci ſunt/ ꝛ du
ces cecorũ. Cecus aũt ſi ceco ꝛc. Ratio ſcđi/ videlicet ꝙ vbi
periculũ nõ imminet: opa ſuperogationis ſunt differenda/
vel occultanda ꝓpter ſcãdaluȝ ꝓueniens ex ignorãtia/ vel
infirmitate ꝓueniẽs quouſqȝ tales informent/ ꝛ aliquo mo
do cõfortẽtur. Ratio inq̃ eſt iſta. qꝛ ex occultatione operis
ſuperogationis/ vel ex dilatione ꝛ ꝓximi malum vitat/ qui
informabitur: ꝛ ꝓpriuȝ bonũ nõ minuit. Unde dicit Richar.
ſup. iiij. diſt. xxxviij. ꝙ tunc quis merito proprio nõ preiudi
cat. qꝛ ſic opus ſuperogationis intermittere meret equale
premiũ/ premio debito operi ſuperogationis qđ omittit vel
maius. Unde talis omiſſio nihil minuit de perfectione cha
ritatis: ſed magis ad eius augmentũ diſponit. Uñ xp̃s hoc
ſcandalũ puſillorũ Math. viij. vitare iubet/ vt patuit ſupra
Et Math. xvij. ne ſcãdalizaret didragma petẽtes: illud per
ſoluit. ꝛ idẽ ſupra patuit de apl'o Ro. xiiij. Ex predictis ptȝ
ꝙ frequẽter amici qui ſcãdaliſantur de ingreſſu alicui⁹ in
religionẽ: ſcandalũ habẽt phariſeorũ. Propter qđ hieroñ.
in epl'a ad heliodorum dicit. Licet in limine iaceat pater:
ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. ſolũ genus pietatis
eſt in hac re eſſe crudelẽ. ¶ Tertio modo bona temporalia m
quãdo ſint dimittẽda ne alius ſcãdaliſetur: diſtinguenduȝ
eſt. Nã bona tẽporalia ſm Tho. aut non ſunt noſtra: ſȝ no=
bis pre alijs cõmiſſa ad cõſeruandum ꝛ diſponendum pro
communitate. ſicut bona eccleſie cõmittũtur prelatis/ ꝛ re=
ctoribus reipublice cõmittuntur bona cõmunia reipubli=
ce: talia nõ ſunt propter ſcandalũ dimittenda. Quia taliũ
conſeruatio/ ſicut ꝛ depoſitorũ imminet his quibus ſunt cõ
miſſa ex neceſſitate precepti tuenda. Et ideo non ſunt pro=
pter ſcãdalũ dimittẽda: ſicut nec alia bona prima que ſunt
de neceſſitate ſalutis. vñ beatus Tho. cantuarieñ. repetijt
res eccleſie cũ ſcãdalo regis. Aut bona tpalia ſunt noſtra
quorũ nos ſum⁹ dñi. Tunc iterũ diſtinguendũ eſt/ qꝛ cuȝ ea
dare nõ volum⁹/ vl' apud aliũ detẽta repetere volum⁹. aut
ſcandalum oritur ex malicia alicui⁹ alienũ volẽtis vſurpa
re/ vel detinere qđ eſt ſcandalũ phariſeorũ. Et illud ſcãda=
lum nõ eſt curãdũ. ꝛ bona tẽporalia tũc ſunt repetẽda. Tũ
quia noceret bono ꝯmuni. daretur eniȝ illis occaſio rapiẽ
di aliena. tum etiã qꝛ noceret rapiẽtibus/ q̃ iniuſta rapien
do: vel retinẽdo alienũ: peccarent. vnde dicit Greg. in mo=
ra. loquens de raptorib⁹ alienorũ: Quedã ſeruata equita=
te prohibenda ſunt/ non ſola cura ne noſtra ſubtrahantur:
ſed ne rapientes non ſua ſemetipſos perdant. Aut ſcanda=

lum oꝛitur ex ignoꝛantia vel infirmitate alioꝝ. quod dicit
ſcandalum puſilloꝛũ. Tunc propter illud dimittenda ſunt
temporalia ad tempus/quouſ{q3} ſedetur ſcandalũ ꝑ ammo
nitionẽ/vel per aliquem alium modũ. Vñ beatus Auguſti.
in ſermone dñi in mõte. Mãdũ eſt qđ nec tibi/nec alteri no
ceat: quantũ ab homine credi poteſt. ⁊ cũ negaueris quod
petit: indicanda eſt ei iuſtitia: ⁊ melius ei aliquid dabis: cũ
petentem iniuſte correxeris. Si aũt poſt ſufficientẽ ãmoni
tionem ⁊ ſufficientem inſtructionem ſcandalũ nõ ſedaret:
perfectionis eſt ſua dimittere: ſed nõ eſt neceſſitatis. vnde
Math. v. Si q̃s vult tecum in iudicio contendere/⁊ tunicã
tuam tollere: dimitte ei ⁊ palliũ. ⁊ loquitur de conſilio. Et ſi
ſit preceptuꝫ intelligendum eſt/vt dicit Augu. ſm̃ ꝑparatio
nem animi/ſcꝫ vt homo paratus ſit talia facere: ſi hoc im-
N pediat promotionem fidei ⁊ bonoꝝ moꝝ. ¶ Sed dubium
eſt: quomodo predicatoꝛ predicando/vel princeps/vel p̃la
tus/⁊ eis ſimiles ſe debent habere circa malos/⁊ ſcanda-
lizatores bonoꝝ: preſertim quãdo multitudo eſt in cauſa?
Reſpondet ꝙ mali aliquando tolerandi ſunt: aliquando
puniendi. Unde vlri. libro. vj. tracta. iij. queſtione. viij.
aſſignat quattuoꝛ cauſas diſſimulationis circa peccata ini
quoꝝ propter quas non poteſt/vel nõ expedit zizania euel
li. Una eſt cum mali ſunt occulti nec poſſunt diſcerni a bo-
nis. Alia cauſa eſt: ſi multitudo tanta eſt in cauſa ꝙ nõ poſ
ſit extirpari ſine ſciſmate eccleſie. in quo etiã boni inuolue
rentur: ⁊ ſic etiam eradicaretur ⁊ triticũ. Unde auguſt. nos
ad doctrinã ſacram pertinere arbitramur: vt ⁊ canes in ec
cleſia propter pacem eccleſie toleremus: vel ſi vnus ſolus
eſt. vel pauci: ſed hoc non poteſt fieri ſine ſcandalo bonoꝝ
eo ꝙ eos latet crimen nocentis. Sicut dñs nocentem iudã
vſ{q3} ad dignum exitum tolerauit. Quando tamen multitu
do eſt in culpa: poſſunt aliq̃ magis rei ex eis puniri ad ter-
rorem multitudinis. vel turba iniquoꝝ cum facultas eſt in
O populis promendi ſermonẽ: generali obiurgatione feriẽda
eſt. vt dicit Aug. cõtra parmenianum. ¶ Tertia cauſa eſt:
qñ probabiliter preſumitur de eoꝝ correctione. eo ꝙ peccãt
ex infirmitate vel ignoꝛantia/⁊ nõ obſtinata malicia. Si em̃
tales exterminarentur ſepe eradicaretur triticum: id eſt ip
ſi qui poſtmodum conuerſi fuerunt triticum factum. Sicut
patet de Paulo. Unde beatus Dominicus ſpũ prophetico
inter hereticos igni tradendos vnũ fecit reſeruari qui poſt
multos annos ꝯuerſus fuit. Quarta cauſa. ſi exercitando
bonos proſunt eccleſie/⁊ nõ obſunt. Tunc em̃ tolerari poſ-
ſunt: ne boni ocio torpeant in charitate ⁊ ſic eradicetur tri-
Ps. lviij. ticum. Unde ps. Dñs oſtendit michi ſuꝑ inimicos meos: ne



occidas eos/nequando obliuiſcantur populi mei. Qđ ſm̃
Bernar. ad literam hodie de iudeis poteſt itelligi. Vñ etiã
iudicũ. ij. Non delebo gentes quas dimiſit ioſue/vt in ipſis
experiar iſrahel. hec de Ulri. Raymun. addit: ꝙ ſi peccatũ
quod faciunt auctoꝛitate defendũt ꝙ non ſit peccatũ: tunc
non debet cõtra tales doꝛmire ſeueritas diſcipline. Nam
tales etiã heretici poſſunt dici. de peni. di. vj. cap. primo in
fine. Et ſm̃ eundẽ idẽ videt̃ ſeruandũ circa publice delin-
quentem multitudinẽ/vel principẽ predicatione: qđ dictuꝫ
eſt de correctiõe vel excõmunicatione facienda vel diſſimu
landa. Satis cõcoꝛdare videtur Tho. ij. ſcđe. q. cviij. ¶ De P
materia ſcandali tradit Cãcellarius quattuoꝛ regulas de
floꝛibus regularũ moꝛaliũ. Prima: nullus agens bene ſm̃
omnes circũſtantias: dici debet dare ſcandalũ alteri quã-
tumcũ{q3} ſcandaliſetur alius. quia ſcandalum eſt dictũ/vel
factum minus rectum prebẽs alteri occaſionem ruine. Nã
in via omnino recta/ſi q̃s ceciderit: non ex ſcandalo vie: ſed
ex proprio defectu proueniet. Scđa. ſolus ille ſcandaliſat
actiue: qui aduertens aut aduertere debens alios pronio-
res eſſe ad peccandum ex modo ſuo agendi/qui ſibi non eſt
in precepto: nihilominus ipſe operari nõ deſiſtit. Secus in
caſibus hic excluſis: vbi malicia proprie eſt ſcandalum gra
tis acceptum. Ubi preterea non eſt aduertentia/nec eſſe de
bet de ſcandalo alterius: et vbi quis ad illud operandum
teneretur. Tertia regula Ille dicitur ex materia ſua pec-
care/et ſcandalum accipere non ex actu alterius qui in-
foꝛmatus ſufficienter de bonitate huiuiſmodi actus nihilo
minus cadit in ruinam. vt ſi ex voto religionis omiſſo pa-
rentes poſt ſufficientem de religionis perfectione infoꝛma
tionem ſe ſcandaliſari conquerantur. Scandalum eſt hoc
non iam puſilloꝛum: ſed phariſeoꝛum acceptum ſed nõ da
tum. Quarta regula. Quilibet ab omni actu cui nõ eſt aſtri
ctus aliunde tenetur deſiſtere: qui aut timet/aut timere de
bet ſm̃ vehementem cõiecturam ſcandalum puſilloꝛũ quo-
uſ{q3} de illo compeſcendo diligentiam compleuerit/niſi foꝛ-
te pro communi vtilitate vnctio ſpirituſſancti doceat illud
tũc agendũ. vt chriſtꝰ fecit ĩ publicatiõe veritatꝫ ſacramẽti.

¶ Capitulum. xiiij. De irriſione.

PReterea cum deriſoꝛes/ſeu irriſoꝛes magna ma
la faciant in eccleſia occidentes conceptus ſpi-
rituales bonoꝛum operũ: de irriſionis vicio tria
principaliter vidẽda ſunt. Primo quale vicium
ſit et quid ſit irriſio. Secũdo ꝙ̃ delectabile ſit. Tertio vtrũ
riſus ſit licitꝰ. ¶ Quãtũ ad p̃mũ notat Tho. ij. ſcđe. q. lxxij. A

et ſequentibus :ꝙ iniuria/ et iniuſtitia fit verbo per quinq̃
vicia. Sunt eñ quintuplicia bona hoīs quantū ad ꝓpoſitū
ſufficit/ viꝫ fama/ honor/ amicitia/ gloria ſeu teſtimoniū cō
ſcientie/ et bona nature et fortune. Detractor famā auferre
nititur. Contumelioſus ſeu cōuiciator honorē. Suſurro
amicitiam inter aliquos vult tollere. Deriſor ad cōfuſionē
conatur proximi/ et eripere vult gloriā bonorū anime. Ma
ledicens vero penā imprecatur. ⁊ ſi peccatum alicui optat:
tamen illud facit in penā ꝓximo. Et quattuor prima vicia
eo ordine quo ponūtur: ſe excedunt in malicia. Quia detra
ctor eſt mal⁹. peior cōtumeliā inferēs. quē excedit ſuſurro:
qui amicū eripere geſtit. Et adhuc peior eſt deriſor: intelli
ge ſemꝑ ceteris paribus. Sed etiā interdū peſſimi ſunt ma
B ledici. ¶ Quale autē peccatū ſit irriſio ⁊ ab aliīs diſtinctū.
Notandū ſecūdo ſm̄ Tho. vbi prius. q. lxxv. ꝙ pctā verbo
rum ſunt precipue penſanda ſm̄ intentionē ꝓferentis. Et
ideo ſm̄ diuerſa q̄ quis intendit cōtra aliū loquēs huiuſmo
di pctā diſtinguūtur. Sicut eñ aliquis cōuiciando intendit
cōuiciati honorē deprimere/ ⁊ detrahendo diminuere famā.
et ſuſurrādo tollere amicitiā. ita etiam irridendo aliquis
intendit ꝙ ille qui irridetur erubeſcat. Nā de opere virtuo
ſo aliquis apud alios et reuerentiam meretur / et famā. et
apud ſeipm̄ bone cōſcientie gloriam. Et ſm̄ illud. ij. cor. j.
Gloria noſtra hec eſt/ teſtimonium cōſcientie noſtre. Unde
ecōtrario de actu turpi et vicioſo apud alios quidem tolli
tur hominis honor/ et fama/ et ad hoc contumelioſus/ et de
tractor de alio dicūt. Apud ſeipm̄ ꝑ turpia q̄ hic dicunť ali
quis ꝑdit cōſcie gloriā ꝑ quandā cōfuſionē ⁊ erubeſcentiā.
et ad hec turpia deiicit deriſor. Et q꞉ hic eſt finis diſtinct⁹
ab aliīs: iō etiā pctm̄ irriſionis diſtinguitur ab aliīs pctīs.
Securitas eñ cōſcientie et quies illius magnū eſt bonum
ſm̄ illud ꝓuer. xv. Secura mens q̄ſi iuge cōuiuiū. Et iō qui
cōſciam alicui⁹ inquietat cōfundēdo ſeipm̄ aliqͦd ſpeciale
C nocumentū ei infert. ¶ Qñ vero ſit pctm̄ mortale. Rñdet ibi
dem ſic. Irriſio non fit niſi de aliquo omnino malo vel de
fectu. Malū aūt ſi ſit magnū: non pro ludo accipitur: ſed ſe
rioſe. Uñ ſi ī ludū/ vľ riſuꝫ vertať: ex quo irriſiōis vľ illuſiōis
nomē ſumiť/ hoc eſt q꞉ accipitur vt paruū. Pōt autē accipi
aliquod malū vt paruum dupľr. Uno mō ſm̄ ſe. alio mō ra
tione ꝑſone. Cū aūt alterius ꝑſone malū vel defectū in lu
dum vel riſum ponit qͦd ſm̄ ſe paruū malum eſt: veniale eſt
et paruū pctm̄ ſm̄ genus ſuum. Cū aūt accipiť quaſi paruū
ratione ꝑſone: ſicut defectus puerorū et ſtultorū parū pon
derare ſolem⁹: ſic aliquē illudere vľ irridere eſt eū oīno par
uipēdere ⁊ eū tā vilē eſtimare: vt de ei⁹ malo nō ſit curādū:



ſed ſit quaſi ꝓ ludo habendus. Et ſic deriſio eſt pctm̄ mor
tale/ graui⁹ ꝗ̄ cōtumelia: q̄ ſimiliter eſt in manifeſto. q꞉ cō
tumelioſus videtur ꝑcipere malū alterius ſerioſe. Irriſor
autē illudit. ⁊ ita videtur eſſe maior cōtemptus et dehono
ratio. et ſꝫ hoc illuſio eſt graue pctm̄: et tanto grauius quā
to maior reuerētia debetur ꝑſone que illuditur. ¶ Uñ gra
uiſſimū eſt irridere deum: ⁊ ea que dei ſunt. ſm̄ illud Eſa. D
xxxvij. Cui exprobraſti ⁊ quē blaſphemaſti: ⁊ ſuꝑ quē exal
taſti vocem tuā? Et poſt ſubditur ad ſanctū iſrahel. Dein
de ſecundū locū tenet irriſio parentū. Unde ꝓuerbiorū. xxx.
Oculum qui ſubſannat patrē: et deſpicit partū matris ſue/
effodiant eū corui de torrentibus/ ⁊ comedāt eū filiī aquile.
Deinde iuſtorū deriſio grauis eſt: q꞉ honor eſt virtutiſ pre
miū. Et cōtra hoc dicit Iob. xij. deridetur iuſti ſimplicitas:
quequidē deriſio valde nociua eſt: quia ꝑ hoc homines a be
ne agendo impediuntur: ſm̄ illud grego. Qui in aliorū acti
bus bona exoriri cōſpiciunt: mox ea manu peſtifere expro
brationis euellūt. Et quāuis ludus nō importet aliquid cō
trarium charitati reſpectu eius cū quo luditur: inter ami
cos eñ īterdū luditur/ pōt tamē importare aliquid ꝯtrariū
charitati reſpectu eius de quo luditur propter cōtemptū:
vt dictū ē. hec thomas. ¶ Quo ad ſcđm principale deriſio
eſt valde delectabile viciū triplici de cauſa. Primo q꞉ per E
irriſiones diabolus occidit/ necat/ et ſuffocat ꝑuulos eccľie
cum bonū inchoatum ꝓpter eos dimittitur: ⁊ interdū plus
nocent ꝗ̄ heretici. Uñ ſunt ſicut pharao: qui ſubmerſione
paruulorum ppľm iſrľ delere voluit. Exo. j. Sunt ſicut he
rodes q̄ xp̄m paruulū occidere voluit: et paruulos poſtea
occidit innocentes. Math. ij. Secundo irriſores malis ani
malibus aſſimilantur/ ⁊ peiores eis ſunt. Dracho eñ ſtetit
apoca. xij. ante mulierem que erat paritura: vt cum pepe
riſſet deuoraret filium eius. Sed irriſores partum matris
non expectant videlicet eccleſie fructum quē ꝓpoſitio bo
no conceperunt eius fideles. Sunt vulpecule vineam do
mini demoliētes. Cantic. ij. Capite nobis vulpeculas par
uulas: que demoliunt vineas. Sunt etiam buffones: que nō
poſſunt odorem ⁊ florem bone vite ſuſtinere. Tertio irriſo
res nocēt multis: ⁊ impiī ſunt in omnes. in deum: quia rur
ſus crucifigunt filium dei. heb. vj. Et ſm̄ pſ. Super dolorē
vulnerum eius addunt: dum animas pro quibus mortem pſ. lxviij.
ſuſtinuit ei auferunt. Sunt deriſores impiī in proximum:
dum vulnus eius ſpirituale iam ꝑ penitentiam ſanatum/
iterū reuocant/ ⁊ concidunt. Iob. xvj. Concidit me vulnere
ſuꝑ vulnus. Sunt impiī in matrē eorū eccľiam/ tam in mili
tantē/ ꝗ̄ triūphantē: dū defraudāt eā gaudio qͦd habere de

buit de ꝯuerſione pctōꝝ. Magna reuera crudelitas ne-
care iniuſte filium quem mater propria genuiſſet doloribꝰ
magnis. Sic in ꝓpoſito magna eſt crudelitas penitentem
magnis fletibus eccleſie ꝯuerſum peruertere irriſionibus
Nam Johānis.xvj. Mulier cum parit triſtitiā habet. Sunt
⁊ impij in ſe/ quia cū in mari mundi ſcilicet naufragentur
propter eorum peccata: tamē penitentie tabulam ſecundā
F post naufragiū ꝯtēnunt vel vilipendūt. ¶ Uñ ſacra ſcriptu-
tura ꝯtra irridentes graues penas fulminatas ꝯmemorat
Nam primo regū.xxv. Nabal verba nūciorum dauid deri-
dēs ait. Quis eſt filius iſai. hodie increuerūt ſerui q̄ fugiūt
dños ſuos. Uñ poſt pauca miſere mortuꝰ eſt: deo eū necante
Priꝰ aūt Dauid iurauerat eū ⁊ domū ſuā totā īterficere. Sic
ij. Regum.vj. Poſtꝗ̄ dauid luſerat ante archam dñi/ ⁊ sal-
tauerat: egreſſa eſt in occurſum dauid michol eius vxor / ⁊
deridendo ei ait: ꝗ̄ glorioſus fuit rex iſrael hodie diſcoope
riens ſe ante ancillas ſeruoꝝ ſuorum: ⁊ nudatus eſt/ quaſi
ſi nudetur vnus de ſcurris. Igitur michol filie ſaul: non eſt
natus filius vſq̄ ad diem mortis ſue. Et.iiij. Regum.ij. Cū
deſcenderet heliſeus per viam: pueri parui egreſſi ſunt de
ciuitate: ⁊ illudebant ei dicentes: aſcende calue/ aſcēde cal
ue. Egreſſiq̄ ſunt duo vrſi de ſaltu / ⁊ lacerauerunt ex eis
xlij. pueros. Luce.xvj. Poſtꝗ̄ xp̄s predicauit: nemo poteſt
duobꝰ dñis ſeruire: non poteſtis deo ſeruire ⁊ mammone.
ſequitur: audiebant autē hec omnia phariſei qui erant aua
ri/ ⁊ deridebant eū. Et ait illis ieſus. Uos eſtis qui iuſtifica
tis vos coram hominibus: deus autem nouit corda veſtra
Unde Actuū.ij. diſcipulis deuotiſſime ſpm̄ ſanctum accipiē
tibus/ alij eos irridebant dicentes: quia muſto pleni ſunt.
G Ideo ſpiritu ſancto ceci manentes caruerūt. ¶ Quo ad ter
tium eſt dubium vtrū ridere ſit peccatum? Reſpondeo ſecū
dum Alexan. de halis. parte.ij. Quidam eſt riſus qui cau-
ſatur ex iocunditate ſpūali: ⁊ iſte nō eſt pctm̄: ſed eſt meri-
toriꝰ/ vel effectus meritorie complacentie. Eſt em̄ fructꝰ ſpi
ritus. de quo apl's ad Gal'.v. loquitur vbi enumerat etiam
gaudiū/ benignitatē/ ⁊ alia. Et philip.iiij. Gaudete in dño
ſemꝑ iterū dico gaudēte. De quo riſu etiā dicit̄ de muliere
forti. Prouer.xxxj. Ridebit in die nouiſſimo: hic riſus nō eſt
cum cachino. Uñ beatus benedictus tertium gaudium hu-
militatis ponit non eſſe promptū ad riſum. Sic etiam mo-
deſtus riſus in eutrapelia meritorie fieret. Unde albert. ſu
per Luc.vj. Ue vobis qui ridetis dicit: bonus homo nō ca-
chinis: ſed moderate vir ridet. Et ſene. Scito ꝙ verum gau
dium ſeuera res eſt. ſecūdū illud Eccl'ia.xxj. Fatuus in ri-
ſu exaltat vocem ſuam: ſapiens aūt vir tacite ridebit. Se-



cundus eſt qui cauſatur ex manſuetudine nature: ⁊ eſt paſ
ſionis humane ꝓprius effectꝰ: ⁊ poteſt fieri ſine peccato/ et
merito: vt in dormientibus/ in pueris/ ⁊ in quibuſdam tam
ſubito vt ratio preuenire nequeat ſicut alie quedam paſſio
nes. Tertius eſt qui ꝓuenit ex cordis laſciuia/ ſeu ex inor-
dinata dilectione: ⁊ ſi tunc homo delectatur in creatura ꝓ
pter ſe/ ⁊ ibi conſtituitur vltimus finis hominis: ſicut di-
ctum fuit ſupra precepto primo. cap̄.v.B. tunc eſt mortale
peccatū. Similiter ſi moroſe delectationis conſenſum habꝫ
in actu peccati mortalis: vt dicetur in penultimo p̄cepto.
Similiter ſi complacet deliberate in cogitationibus / ver-
bis/ vel operibus/ que alias ſunt peccata mortalia. De iſto
riſu dicit xp̄s Luce.vj. Ue vobis qui nunc ridetis: q2 flebi-
tis: ve aūt dicit peccatum mortale. Si aūt quis ex ſurre-
ptione rideret: vel ſine conſenſu in mortale: ſed tm̄ ex qua-
dam leuitate animi: veniale fieri poſſet: ſicut ſara Geneſ.
xviij. De priori riſu qui eſt peccatū mortale/ ſuper illo Lu.
vj. Ue vobis qui nunc ridetis/ dicunt expoſitores cōmuni-
ter: qui ridetis/ ſcꝫ per ineptam letitiam ad peccatum mor
tale declinantem. ſecūdū illud Prouer.ij. Qui letantur cuꝫ
male fecerint/ ⁊ exultāt in rebus peſſimis. Ordine ergo cō-
trario faciamus: modo lugendo vt cōſolemur. Nam in ma
lis. (Prouer.xiiij.) riſꝰ dolore miſcebitur: ⁊ extrema gaudij
luctus occupat. Sed in deuotis Math.v. beati q̄ flētis quo
niam ridebitis. Et p̄s. ait. Euntes ibant ⁊ flebant mitten- Ps.cxxv.
tes ſemina ſua. Uenientes aūt ve.⁊c. Lu.xxiiij. Nōne opor
tuit ſic xp̄m pati: ⁊ ita intrare in gloriam ſuam.

¶ Capitulum primū ſexti precepti De me-
chia ⁊ luxuria.

HUnc de ſexto precepto occurrit dicenduꝫ: in
quo dicitur non mechaberis. Mechia auteꝫ
ꝓprie dicitur adulterium viri. ¶ Adulteriū A
vero eſt omnis inordinatus concubitus ma
ris ⁊ femine/ quo ꝯiugalis thorus violatur
In hoc ergo ſexto mandato dominꝰ volens
prohibere omnem inordinatū concubitum
non dixit generaliter / non adulterabis: ſed
ſpecialiter nō mechaberis. Eſt em̄ proprie mechia adulte-
rium viri. Quod deus poſuit propter duo. Primo ad ſignifi
candū ꝙ adulterium viri/ aut alter eius illicitus concubi-
tus eſt primo ⁊ principaliter prohibitus tanꝗ̄ illud quod
de per ſe eſt maius peccatū ꝗ̄ mulieris adulterium vel for
nicatio. Uir enim ſecundū Auguſti. de adulterinis cōiugijs
eſt fortior ad reſiſtendum concupiſcentie. habet rationem
maiorem: ⁊ mulier eſt ſibi ad regendum cōmiſſa. Ideo pec

cat directe ⁊ per ſe grauius fornicando q̄ mulier:lʒ vtrū
qʒ ſit mortale videlʒ viri ⁊ femine fornicatio. Dicitur autē
notanter directe ⁊ per ſe:quia per accidens illicita mulie-
ris fornicatio. Dicitur aūt notanter directe ⁊ per ſe:q2 per
accidens illicita mulieris fornicatio ⁊ maxime adulteriuʒ
ſit grauior ꝓpter ea q̄ nata ſunt ex ea ſequi: vt prolis occi-
ſio:impeditio conceptus: exheredatio filioꝝ legitimorum
generis ignobilitatio:ꝓcuratio aborſuum/ ⁊ cetera huiuſ-
modi:propter que in maledictione relinquit memoriā eius
⁊ dedecus illius non delebitur. Eccl'iaſt.xxiij. Secundo di-
xit in ſpeciali/non mechaberis.ad excludendum humane
peruerſitatis opinionē:qua viri nonunq̄ putant nō inde-
cens vel turpe ſi fornicentur/immo de incontinentia glori
antur.⁊ per oppoſitū mulierē velut infameʒ perſequuntur
vñ Augu. de deceʒ cordis dicit. Ad hoc dilapſa eſt humana
peruerſitas:vt vir habeatur qui victus eſt a libidine: ⁊ nō
B habeatur pro viro qui eſt libidinis victor. ¶ hoc ergo mā
dato nō mechaberis:ſm Auguſt. Exo.xx. prohibetur etiaʒ
omnis illicitus concubitus/ ⁊ etiā omnis genitaliū mem-
brorū/ſiue fiat ꝑ concubitum/ſiue illicitus ⁊ inordinatus/ſi
ue etiam innaturalis vſus vel contactus qui fit ad ꝓcura-
tionē libidinis / ⁊ cauſa experiende veneree delectationis
De hoc etiā luxurie vicio tria principaliter iam ſunt viden
da. Primo q̄ deteſtabile illud viciū ſit. Scd̄o de remedijs
contra luxuriā. Tertio de falſis excuſationibus quorūdam
C dicentium ſe non poſſe continere. ¶ Quantum ad primum
notandū q̄ hoc vicium in ſe eſt abhominabile propter quin
qʒ. Eſt em̄ nociuū q̄ntupliciter. Et eſt ꝓpter triplices ei9 effe
ct9 miſerabile. Abhoīnabile eſt prio:q2 eſt anxiatiuū ⁊ peni
tentiam inducēs. hiero. Appetitus fornicationis anxietas
eſt:ſatietas vero penitentia. Unde precedētia ſunt anxie-
tates multe:quas dñs ſpinas vocat Oſee.ij.di. Sepiā viā
tuam ſpinis. Spine ſunt vigilie/timores/expenſe ⁊ ſollici-
tudines. Secūdo eſt erubeſcibile vicium. vnde Job.xxiiij.
oculus adulteri obſeruat caliginem. Illud natura procla-
mat.⁊ Seneca ↄtra diogenem:qui caninus dicitur. vt Au-
guſt. dicit in de ciuita.dei. Tertio eſt fetidū. vñ Johel.j. Iu
menta cōputruerūt in ſtercoribus ſuis. vbi ſm Greg. Ster
cus luxuria/⁊ computreſcere eſt mori. Nam etiam ad litte
ram dicit Guil'.de vicijs. Uiri ſpirituales fetorē hui9 pc̄ti in
terdū ſentiūt. vt ſcolaris/ qui preſentiam ſcorti in ſua do-
mo ſentiebat per fetorem. Et archidiaconus quidā in ſer-
no ſentiebat qñ fornicatus fuerat. Quarto eſt fedum ſeu
maculoſuʒ. Unde ſuper illud.j. Corinth.vj. Omne pcm̄ qd̄-
cunq̄ fecerit homo extra corpus eſt. qui aūt fornicatur in



corpus ſuum:peccat. dicit glo'. Cetera pctā tm̄ aīam ma-
culant:fornicatio vero non tantum animā/ſed ⁊ corpus cō
taminat.⁊ Seneca. in voluptate nihil eſt magnificū niſi qd̄
naturam deo ꝓximā doceat. q2 mēbroꝝ vilium ac turpiuʒ
miniſterio vehemēs delectatio exitū fedat. Quinto eſt infa
me. Uñ Eccl'iaſt.xlvij. Inclinaſti femora tua mulieribus.⁊
poſtea maculā dediſti in gloria tua. Eſt igitur luxurioſus
iam quaſi quidam infernus habens ignem cōcupiſcētie/fe
torem immūdicie/⁊ vermem ↄſciētie. ¶ Secūdo luxuria eſt D
quinq̄ generibus nociua vel diſplicibilis. Primo deo/cui9
templum violat ⁊ polluit. Uñ.j. Corinth.iij.⁊.vj. Neſcitis
quia templum dei eſtis vos: ⁊ ſpiritus dñi habitat in vo-
bis/ Si quis autē templum dei violauerit: diſperdet illum
deus. Et ſequitur. empti eſtis ꝑcio magno/glorificate ⁊ por
tate deum in corpore veſtro. Super quo vltimo v̄bo dicit
glo. Si non parcis tibi propter te: ſaltem parce tibi ꝓpter
deum/qui ſibi fecit te domū. Secūdo diſplicet angelis om-
nibus. quia homo relicta ſpirituali natura:partē iumenti
nā ſociat ſibi ⁊ eidem ſe copulat. Unde in vita ſpatrum. An
gelus ad aſpectum fornicatoris nares obturauit:nō auteʒ
ad fetorem cadaueris. Diſplicet aūt valde proprio angelo
quia ſm ps. Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te Ps.xc.
Multum em̄ diſpliceret iuueni:cui tradidiſſet in cuſtodiaʒ
rex filiam ſuam ſi cuſtodis negligentia violaretur. Dicit er
go Bernar. in quouis angulo:in quouis diuerſorio reuerē-
tiam exhibe angelo tuo ⁊ ne audeas illo preſente:quod me
vidente non auderes. ¶ Tertio luxuria iniuriatur multuʒ E
proximo. quia rapit ei non ſua:ſed ſeipſum. Ideo Prouerb.
vj. Non grandis eſt culpa cum quis furat9 fuerit. furatur
enim vt eſurientem impleat aīam:deprehenſus quoq̄ red
det ſeptuplum. Qui aūt adulter eſt ꝓpter cordis inopiam
perdet aīam ſuam. Inops em̄ eſt adulter corde:quia inſi-
piens carens dei ſapientia. Inops etiam quia nulli fidem
ſeruat alteri:vt patet in Dauid.ij. Regū.xij. Qui fidelē mi-
litem ꝓcurauit occidi:factus adulter. Quarto nocet luxu-
ria proprio ſubiecto in reb9. vt ptʒ Luce.xv. in filio ꝓdigo
qui ↄſumpſit luxuria omnē ſubſtantiā ſuā. Nocet in corpe
quia ſeneſcere facit. vitam adimit. vires eneruat. Ideo in
terdum etiam multi propter vnius luxuriam interficiun-
tur. vt patʒ de Sichem filio emor. Gene.xxxiiij. Nocet eti
am in fama. Unde Gene.penulti. Ruben propter luxuriaʒ
per Jacob priuatus eſt primogenitura. Ruben inquit p̄mo
genitus meus.⁊ poſt:prior in donis/maior in imperio/ſup
ple eſſe debueras. Sed ſequitur. non creſcas. Quinto lu-

xuria eſt diſplicibilis:q2 valde placet diabolo. vt patet in de-
monibus incubis/ ⁊ ſuccubis. vñ Job. xl. legitur Behemoth
in locis humidis dormire Nam in luxurie pctõ demon ſem-
per binos homines lucratur. ⁊ emit pro viliſſimo p̃cio/ fede
⁊ momentanee delectationis. Tertio luxuria eſt abhomina-
bilis propter triplices eius effectus. Prim⁹ eſt q2 luxuria eſt
multum efficax ad capiendũ hominem. Vñ Nume. xxiij. Ba-
laam eam elegit ad vincendum iſrael:quem alias vincere ne
quiuit. ſapientiſſimos cecauit/ vt Salomonem ⁊ Dauid. For-
tiſſimos deiecit. vt Sanſonem. Secũdus eſt ꝙ luxuria eſt po
tens ad retinendũ in malo. Unde prouerb. xxij. fouea profun
da os aliene (ſupple vulue) cui iratus eſt dñs incidet in eam
Qui em̃ hoc vicio laborat: vix poteſt capere ea que dei ſũt. j.
Corinth. ij. Animalis homo non capit ea que ſunt dei. ⁊ Da
nie. xiij. in ſenibus: de q̃bus dicitur. Declinauerunt oculos
ſuos vt non viderent celum nec recordarent̃ iudiciorum iu-
ſtorum. Vñ ⁊ qui vxorem duxit/ non ſe excuſauit. cũ alij ſe ex-
cuſarent de veniendo ad conuiuium. vt patz Luce. xiiij. Ter
tius effectus eſt ꝙ duriſſime ſeruituti ſubijcit. Animã em̃ no
biliſſimaz facit ſeruire corpori/ ⁊ eius turpiſſimo membro to
tum corp⁹ ſiue hominem facit ſeruire mulieri. Vñ Tullius.
Ego nullum liberũ dico/ cui mulier imperat. leges imponit.
vocat/ veniendum eſt. abijcit/ abeũdum eſt. hunc ergo nõ mõ
F ſeruum ſed nequiſſimum ſuum iudico. ¶ Malitia etiam hu-
ius vicij patet ex ſeptem filiab⁹ quas enumerat Grego. xxxj.
mora. q̃ ſunt cecitas mentis. incõſideratio. p̃cipitatio. amor
ſui. odium dei. affectus p̃ntis ſeculi. horror ⁊ deſperatio futu
ri. Quarum ꝓprietates oñdit ſanct⁹ Tho. ſecunda. ij. q. cliij.
dicens. Qñ inferiores potentie vehementer afficiunt̃ ad obie
cta ſua: conſeq̃ns eſt ꝙ ſupiores vires deordinent̃ ⁊ impediã
tur in ſuis actibus. ꝑ vicium aũt luxurie appetit⁹ inferior/ ſcʒ
concupiſcibilis vehementer intendit obiecto ſuo ſcʒ delecta
bili propt̃ vehementiam delectationis. ⁊ ideo conſeq̃ns eſt ꝙ
ꝑ luxuriam maxime ſupiores vires deordinent̃ ſcʒ ratio/ ⁊ vo
luntas. Sunt autẽ rõnis quattuor actus. Prim⁹ quidem ſim-
plex intelligentia q̃ cõprehendit aliquẽ finem vt bonum. Et
hic actus impeditur ꝑ luxuriam ſm illud Dañ. xiij. Species
decepit te: ⁊ cõcupiſcentia ſubuertit cor tuum. Et quãtuʒ ad
hoc ponitur cecitas mentis. Secund⁹ actus eſt cõſiliũ de his
q̃ ſunt agenda propt̃ finem. ⁊ hic etiam impedit̃ ꝑ cõcupiſcẽ-
tiam luxurie. Et quantum ad hoc ponit̃ precipitatio que im
portat ſubtractionem conſiliũ. Tertius eſt iudicium de agen
dis. vnde Dañ. xiij. Senes auerterunt ſenſum ſuum: vt nõ re
cordarentur iudiciorum iuſtorum. Et quantum ad hoc poni-
tur inconſideratio. Quartus eſt preceptum rationis de agen



dis. qđ etiam impeditur ꝑ luxuriaʒ/ ne exequatur quod de
creuit eſſe faciendum. ex parte aũt voluntatis conſequitur
duplex actus inordinatus quorũ vn⁹ eſt appetitus finis. Et
quantũ ad hoc ponitur amor ſui quantum ſcʒ ad delectatio
nem quam inordinate appetit. Et ꝑ oppoſitũ odium dei in-
quantum deus ꝓhibet delectationem concupitã. Alius eſt
aũt appetitus eorũ que ſunt ad fineʒ. ⁊ quantũ ad hoc poni-
tur affectus preſentis ſeculi/ inquantum ſcʒ in eo vult frui
voluptate. Et ꝑ oppoſituʒ ponitur deſperatio futuri ſeculi
q2 dum nimis detinetur carnalibus delectationib⁹. non cu
rat peruenire ad ſpirituales: ſed eas faſtidit. ¶ Quo ad ſe-
cundum principale notandum eſt ꝙ cõtra luxuriam ſepteʒ G
ſunt remedia. Naʒ cum luxuria ſit ignis q̃dam/ ollam ſemi
nalium vaſorum calefaciens: oportet vt q̃s vel aquã frigi-
dam in ignem ꝓijciat/ ⁊ ligna ſubtrahat/ vel ollam ab igne
ſemoueat. Unde p̃mum remedium eſt contra luxuriam: vt
ad aquam recurrat frigidam ad litteram ſe infrigidando:
vel lachrymis ſe riget: vt aliquã aquam tribulationis ſibi
intentet: vt diſciplinam bonã q̃s ſibi det: vel flagellet ſe for
titer vel capillis ſe trahat barbe/ vel capitis/ vel tribulatio
nem inferni/ vel alterius ſalteʒ imaginetur. Ideo eccl'iaſt.
xj. Malitia vnius hore obliuionem facit luxurie multe. Sic
in vitaſpatrum. Pater q̃ mulierem hoſpitans temptabatur
candela accenſa omnes digitos combuſſit dicens. Si hunc
ignẽ ſufferre nequis quomõ ſuſtineres infernalẽ? Unde nõ
mirum ſi quorũdaʒ anime domus luxurie ignis cõcremat:
qui aquã tribulationis aſſumere tardãt. Secũdũ remediuʒ
vt tẽptatus materiã luxurie (vt ſunt cibi ⁊ pot⁹ nociui) per
abſtinentiã ſubtrahat. Et ſicut deridend⁹ foret qui diceret
ſibi diſplicere domũ ſuaʒ incinerari: qui accenſe domui cõ-
tinue faſciculos flammigeros inijceret. ſic qui luxuria ar-
det/ ⁊ carnes/ vinum/ ⁊ cetera ſuperflua non vitat. Nam ſe
cũdum ligna ſilue exardeſcit ignis. Et ſm virtutẽ hominis
ſic iracundia illius erit. dicitur Eccl'i. xxviij. Tertium reme
diũ vt quis ſe elonget ab igne luxurie/ viſu/ auditu/ tactu ⁊
cohabitatione mulierũ quantũ valet: qđ iubet apl's prima
Cor. vj. dicens. Fugite fornicationẽ. vbi Ambro. Cuʒ alijs
nempe vitijs poteſt expectari cõflictus. hanc fugite: ne ap-
proximetis. q2 nõ poteſt aliter melius vinci. In cui⁹ exem-
plũ Joſeph fugiẽs: palliũ in manu mulieris reliquit Geñ.
xxxix. ⁊ ſaluabit̃ aĩa eius. ¶ Quartũ remediũ. Cũ luxuria H
non ſit qualiſcunq3 ignis/ ſed infernalis: oratione opus eſt.
Et ſicut patientes tũc igneʒ qui infernalis dicitur/ vel ſan
cti Antonij nõ recedũt de eccl'ia ſ'cti Antonij niſi liberent̃:
ſic tales niſi iuuentur/ ab oratiõe nõ ceſſent. ⁊ adiutus debe-

ret quis ſancto gratias quotidie agere qui eum iuuit. Hoc re
medium docetur ſapien. viij. Sciui ꝙ non poſſum aliter eſſe
continens/niſi deus det. et hoc ipm̄ erat ſapientie ſcire: cuiꝰ
eſſet hoc donum. adij dominū: ⁊ depcatus ſum illum. Specia
liter aūt virgini virginum hic ſeruiendū eſt: ſed a votis ſtul
I tis ⁊ indiſcretis cauendum. ¶ Quintum remedium eſt occu
patio ſeu labor. Sunt eñ tria in homine occupanda. videlʒ
mens pricipaliſſime. ſenſualitas/ ⁊ corpus/ne ociū habeant:
alias ꝑ has tres partes velut ꝑ rimas temptatio intrat. Vñ
in vitaſpatrum patres dixerunt occupatum vno: ocioſum ve
ro pluribꝰ demonibus temptari. Et bernar. oim̄ temptationū
⁊ malarum cogitationuʒ ſentina eſt iners ocium. ⁊ Hierony.
ad ruſticum. Semꝑ aliquid opis facito/ vt te diabolus inue-
niat occupatū. Mens eñ occupanda eſt meditatione ſcriptu
rarum. vñ Hiero. ad ruſticum. Ama ſcripturaꝝ ſtudia: ⁊ car-
nis vicia non amabis. Senſualitas aliquo triſtabili caſtigan
da eſt/ vt in p̄mo membro dictum eſt: ne laſciuiat. Corpꝰ etiā
corporali labore grauandū eſt interdum Unde in vitaſpatrū.
pater cum eſſet arte figulus/ ⁊ nimis impugnaretur a forni
catione figurauit de luto vxorem. corporiq; dixit. Ecce nunc
ꝓ te ⁊ vxore laborare oportet. ⁊ poſt paucos dies cū tēptatio
nō ceſſaſſet: figurauit de luto filiam dicens. Ecce nunc ⁊ filiā
nutrire oportet. Cumq; labore nimium vexaretur: dixit corpi
proprio. Si hunc laborem ferre nō vales: noli fornicari. quā
diligentiam videns deus: ab eo temptationem fugauit. Se-
xtum remediuʒ eſt elemoſina. Vñ. j. thimo. iiij. Pietas ad om
nia vtilis eſt. vbi glo. Ambro. Si q̄s miſericordiam ſequitur:
ſi lubricum carnis patiatur: vapulabit quidem: ſed non peri
bit. Sanctus tho. in. iiij. di. xlvij. dicit nō peribit/ id eſt diſpo
k netur per talia opa mie ad non pereundum. ¶ Septimuʒ re-
medium eſt attenta cuſtodia memorie cum inuocatione diui
ne gratie: ne inimicus menti cogitatiōes luxurioſas inſerat
Et ſi immiſerit: ſtatim expellamus conatu ⁊ oratiōe. Sic eñ
Ps. cxxxvi. caput ſerpentis conterimus. Sic ſm̄ Ps. Beatus q̄ tenebit ⁊
allidet puulos ſuos ad petraʒ. Hinc Oui. de remedio amoris
Principijs obſta: ſero medicina paratur. Sicut eñ faciliter
corui in orto tuo nidificantes expelluntur ſi prohibentur cū
ſola ligna ſiue ſtipulas cōportare inceperit: difficilius ſi oua
genuerint: ſed difficillime cū opere pullos habuerit: ſic etiā
faciliter cogitationi reſiſtit quis/ difficilius delectationi: ſed
difficillime conſenſui ſeu operi. Optimuʒ eſt ergo gratia ſta
L bilire cor. Hebre. xiij. ¶ Quo ad tertium principale notandū
ꝙ multi luxurioſi ſunt q̄ dicunt ſe non poſſe continere. quod
non eſt verum ſi ad prefata remedia tenderent. Probatur tri
pliciter. Primo auctoritatibus ſcripture. Nam gene. iiij. ad



Cain deus dixit. Sub te erit appetitus tuus: ⁊ tu domina-
beris illius Item Eccl'iaſt. xv. deus dixit homini. Appoſui
tibi ignem ⁊ aquam: ad quod volueris pone manum. Ante
hominem vita ⁊ mors/ bonū ⁊ malum: quod placuerit dabi
tur illi. Et apoſtolꝰ. j. Corinth. x. Fidelis deus qui non per
mittit vos temptari ſupra id qđ poteſtis. Et chriſtꝰ Math.
xi. Iugum eñ meum ſuaue eſt: ⁊ onus meum leue. Et quo-
modo leue ſi importabile. Et prima Iohā. v. hec eſt chari-
tas dei: vt mādata eius cuſtodiamus ⁊ mandata eius gra
uia non ſunt. Et hiero. Maledictus qui dicit deum p̄cepiſſe
impoſſibile. ⁊ Aug. Nemo peccat in eo quod vitare non po
teſt. qꝛ ſm̄ eundem peccatum eſt adeo voluntarium: ꝙ ſi nō
eſſet voluntarium non eſſet peccatum. Et nedum iſta theo
logi/ ſed etiam tradunt phi. Nam vt dicit phs. iij. ethi. Su-
mꝰ domini omniū noſtrarum opationum a pncipio vſq; in fi
neʒ. Et ſeneca. Omitte excuſationes nemo peccat inuitus. M
¶ Secundo idem oſtendit experientia humanoꝝ actuum.
Nam ab actu luxurie facit ceſſare verecūdia deriſione pau
corum hominū. Cur ergo non attente imaginata a tempta
to viſio dei ⁊ omnium angeloꝝ ⁊ ſanctorum: Ideo Boetius
in fine. v. de conſolatione philoſophie. Magna vobis ſi diſſi
mulare non vultis indicta eſt neceſſitas probitatis: cuʒ an
te oculos iudicis agitis cuncta cernētis. Item ab actu for
nicationis ceſſare facit timor mutilationis vel mortis cor-
poralis/ intenſe imaginatus. vt ptʒ in iſtis q̄ fugiunt mortē
ad loca vbi nulla eſt mulier. Cur ergo nō idē faceret timor
mortis eterne/ ⁊ vtriuſq; homīs: Vñ prouer. xx. Dolor vulne
ris abſterget mala. Item ab actu luxurie cōpeſceret amor
pecunie: vt ſi ex continentia lucrari deberet quis caſtrum
vel mille marcas. Cur ergo non contineremꝰ ꝓpter regnū
celorum/ propter qđ q̄dam ſe caſtrauerunt. Math. xix. ideo
Bernar. dixit. Ignoſce domine excuſamꝰ: tergiuerſamur.
vix eſt aliquis qui in eis que ad te ſunt: velit experiri quid
poſſit etiam qđ promptiſſime pōt ſm̄ carnem/ vel ſm̄ ſecu-
luʒ ſiue timor impulerit/ ſiue cupiditas traxerit. Tertio pa
tet idem a ſimili in irrationabilibus. Naʒ piſcis ſe tempe-
rare poteſt ab eſca ſi hamum ſuſpicatur. Auis a cibo rhe-
tis ſi dolum ſuſpicatur. animalia a laqueo cauent abſcon-
dito Cur ergo homo ſe non temparet a veneno luxurie/ a
cibo delectationis/ et a laqueo demonis: cum talia vere co
gnoſcat: Unde eccleſiaſtici ſeptimo. Inueni mulierem ama
riorem morte. mulierem/ id eſt voluptatem que corpus ne-
cat et animam.

¶ Capitulum ſecunduʒ. De ſpeciebus
luxurie. ſcʒ cantu/ ⁊ oſculis.

IAm de ſpeciebus luxurie ⁊ eius fomẽtis tria
ſunt videnda. Primo que ſint ſpecies luxu=
rie. Secũdo que ſint occaſiones graues luxu
rie. vt cantus/tact⁹/oſcula: ⁊ qñ ſint pctã cho
ree/⁊ hmõi. Tertio qualia pctã ſint tactus/
oſcula/⁊ hmõi quo ad gradus. ¶Quantũ ad
A primã notãdũ ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. cliiij. ꝙ plures ſunt dif=
ferentie ſeu ſpecies luxurie que ponũtur. xxxv. q. j. ca. Lex
illa. Et ſ excedũt ſe in malitia ſm ꝙ gradus hic annumeran
tur. Prima eſt ſimplex fornicatio. Scđa eſt ſtuprũ. Tertia
peior/adulterium. Quarta inceſtus: ⁊ vtrãq; aggrauat ra=
ptus. Quinta ſacrilegiũ. Sexta viciũ contra naturã. Oibus
iſtis peccat cõtra ſextũ p̃ceptum. Prima eſt ſimplex forni=
catio que eſt cõcubitus ſoluti cũ ſoluta prius corrupta: qđ
dicitur ꝓpter ſtuprũ qđ nõ eſt ſimplex fornicatio. Intelli=
gitur ſm Alexã. de hal. in ſuo tertio. Solutus ⁊ ſoluta a vin
culo matrimonij/ conſanguinitatis/ordinis/religionis/ et
voti continentie. Unde fornicatio ꝓprie dicitur luxurioſus
vſus viduarum/meretricũ/ ⁊ cõcubinarũ/⁊ iam corruptarũ
aliarũ. Hec ſimplex fornicatio ſemꝑ eſt mortale pctm̃. Qđ
patet primo Thobie iiij. Ubi Thobias ait filio ſuo. Atten=
de tibi ab omni fornicatione: ⁊ p̃ter vxorẽ tuam non patia=
ris crimen ſcire. Crimen autẽ importat pctm̃ mortale. Itẽ
Gal. v. premiſſa fornicatione/⁊ alijs quibuſdã vitijs dicitur
qui talia agũt/regnũ dei nõ poſſidebũt. Et. j. Cor. vj. Noli=
te errare neq; fornicari/neq; idolis ſuiẽtes: neq; adultera=
ri ⁊c. plura ibi ponit. Et ſequit: nõ ſcꝫ tales regnũ dei poſſi=
debunt. Ephe. v. Scitote qm̃ ois fornicator/aut immũdus/
aut auarus qđ eſt idolorũ ſeruitus: nõ habet hereditatẽ in
domo dei. vnde Nume. xxv. legit ꝙ cũ fornicatus eſſet po=
pulus iſrael cũ filiabus Moab: iuſſit cũctos principes po=
puli ſuſpẽdi in patibulis cõtra ſolẽ: ⁊ occiſi ſunt de populo
xxiiij. milia. Ex quo ptꝫ ꝙ oẽs ſequẽtes ſpẽs luxurie ſunt
ſemꝑ pctã mortalia: qꝛ quelibet ſpecierũ ſequẽtium eſt ma
B ior q̃ ſit ſimplex fornicatio. ¶Scđa ſpecies eſt ſtuprũ q̃ eſt
illegitimus cõcubitus quo virginalis integritas corrũpit
nulla pactiõe/ſcꝫ cõiugali precedẽte. Et eſt grauior q̃ ſim=
plex fornicatio. Nã valde multa mala ex ſtupro ſequuntur
Primo qꝛ iniuriatur virgini ſi eã opprimit: vel ſi eã non op
primit viũ eam ſeducit: ꝓpter qđ ſi eã vĩ opprimit vel ſe=
ducit: tenetur in foro cõſcientie vt eã ducat/ aut ei ſatiſfa=
ciat/ vel ſecum componat. Unde Exodi. xxij. Si ſeduxerit
quis virginẽ nondum deſpõſatam/ dormieritq; cũ ea: dota=
bit ⁊ habebit eam in vxorẽ. Si autẽ pater virginis dare no
luerit: reddet pecuniã iuxta modum dotis/ quã virgines re
cipere cõſueuerunt. Et ſi quis virginẽ rapuerit/⁊ ſtupraue
rit: adhuc eſt grauius pctm̃. Et ſimiliter ſi vi opprimat. Se
cũdo infamiã põt corrupta incurrere. Tertio virgo per ſtu
prum ſepe impeditur a legitimo matrimonio ꝯtrahẽdo: qꝛ
propter infamiã eã nullus ducet faciliter. Quarto ponitur
in via meretricãdi: qꝛ fama ꝑdita ⁊ virginitate: ꝓnior fit ad
malum. Quinto in corpore ⁊ anima deſtruit. Sexto ſequit
nõnunq̃ volũtaria impeditio ꝓlis per venena ſterilitatis
⁊ concubitus indebitus pcti contra naturam. Septimo vo
luntaria ꝓcuratio aborſuum/⁊ occiſio prolis nondum ba=
ptizate interdũ. Octauo ſtuprans ſic deteriorat terrã virgi
nis/ꝙ iſta que poterat reddere fructũ centeſimũ/ſolũ red
dit ſexageſimũ/vel triceſimũ. Nono eripitur theſaurus ir=
recuperabilis virginitatis cũ quo nõ diſpẽſatur: qꝛ a nemi
ne reparatur. Huius peccati magnitudinẽ oſtẽdit ſcriptu=
ra Gene. xxxiiij. di. ꝙ Sichem filius Emor q̃ Dinam filiam
Jacob deflorauit/ideo interfectus eſt cũ patre ſuo/ ⁊ toto C
populo vrbis ſue. ¶Tertia ſpecies luxurie eſt adulterium
Eſt autẽ adulterium illicitus cõcubitus quo ꝯiugalis tho
rus violatur. Et dicitur adulteriũ quaſi acceſſus ad alterũ
thorum. Et ſemper eſt mortale peccatũ. Et ſi vtraq; perſo=
na eſt in matrimonio conſtituta: eſt grauius q̃ ſi ſolũ alte
ra. Aggrauatur etiã ꝑ violentiã: vt ſi alicui⁹ vxor vi rapia
tur de domo mariti. Et eterũ fit graui⁹ ſi vxor rapta vi per
violentiam opprimatur. Iterũ etiam aggrauatur peccatũ
per alias circũſtantias: videlicet ſi vna perſonarum fuerit
religioſa/⁊ alia in matrimonio ꝯſtituta: aut vna fuerit in
ſacris ordinibus ⁊ alia in matrimonio: aut ſi fuerint adin=
uicem ꝯſanguinee. Uiri etiam vt ſupra patuit ceteris pari=
bus plus peccant q̃ mulieres/quarũ deberẽt eſſe rectores.
¶Quantũ autem malũ ſit adulteriũ patet ex ſeptem. Prio D
quia aſſimilatur homicidio quodãmodo: ⁊ eſt maius omni
pecunie furto: ⁊ ſic fit iniuria/aut cõiugi ꝓprie/aut aliene.
Cum eñ vir ⁊ mulier ſint vna caro: qui aufert vxorem ſuã
alicui/idẽ eſt ac ſi ei ſeipſum auferret. Unde adulteriũ exu
perat omne furtũ. Qꝛ qđ aufertur/ videlicet creatura ra=
tionalis: melius eſt q̃ quecũq; terrena ſubſtãtia. Idcirco ꝓ
hibitio adulterij immediate ponit in decalogo poſt ꝓhibi=
tionẽ homicidij/⁊ ante prohibitionẽ furti. Uñ Clemens pa
pa dicit. quid in oibus pctis adulterio grauius: ſecundum
in penis tenet locũ. Sed fur ſuſpendit pro parua re: ⁊ adul
ter quaſi nihil patitur. Etiam adulter qui peccat cum ſolu
ta: ſe furatur vxori legitime. Secũdo fit per adulteriũ iniu=
ria magna deo/cuius ſacramentum violatur ⁊ maculatur
quod in paradiſo inſtituit: incarnat⁹ approbauit/ ⁊ paſſus

ſanctificauit. Cōtra illud Coll'.iij. Uiri diligite vxores ve-
ſtras: ſicut ⁊ xp̄s eccl'iam ſuā dilexit: pro qua videlicet ſan-
guinem fudit: ⁊ de cuius xp̄i latere ſacramēta omnia fluxe
rūt. Adulter enī quod de⁹ cōiunxit ſeparat. Tertio ex adul
terio ſequūtur homicidia ſepe. Un̄. ij. Reg. xj. Statī poſtꝗ̄
Dauid adulterium cōmiſit: ꝓcurauit occidi fidelē Uriā mi
litem ſuū. Quarto tales īfortunati ſunt ſepe in trāſitorijs
rebus vt patet in eodem Dauid cui .ij. Regum .xij. de⁹ poſt
adulterium dixit. Nō recedet de domo tua gladius vſqꝫ in
ſempiternū: eo ꝙ deſpereris me: ⁊ tuleris vxorē Urie ethei
Quinto interdū ex adulterio ſequitur exheredatio filiorū
legitimorū/in magnum malū temporale eorū: ⁊ in malum
anime adultere: que tenetur reſtituere. Unde Eccl'ia .xxiij.
Mulier omnis relinquēs virū ſuū peccabit: ſtatuēs heredi
tatem ex alieno matrimonio. Propter hoc omī lege ꝓhibe
tur adulteriū: ⁊ grauibus penis punitur. Ideo ſexto adul-
ter contra omnē legē peccat. Primo cōtra legē nature: que
dicit: quod tibi nō vis fieri: alteri ne feceris. Nullus autē
eſt qui vellet vel velle deberet ꝙ alius cū ſua vxore vel fi-
lia luxuriaret. Ideo Gen̄ .xxvj. Abimelech ſtatuit qui non
fuit de lege circunciſorū: vt quicūqꝫ vxorē Abrahe tangeret
occideret. Et lex romanorū fuit vſqꝫ ad Theodoſij chriſtia
ni tēpora/adulterā perpetuo antro clauſam manere. Et. ff.
no. lib. x. cap. iiij. Lex humana punit adulterum pena capi
tis: qḋ hodie ſeruatur in quibuſdam xp̄ianorū terris. Lex
etiam vetus diuina ſic dicit Leuiti .xx. Si mechatus fuerit
quis cū vxore alterius/⁊ adulterium perpetrauerit cū vxo
re proximi ſui: morte moriat̄. Et Nume .v. per iudiciū zelo
tipie adultere dicitur. Si declinaſti a viro tuo/atqꝫ polluta
es ⁊ concubuiſti cū altero viro: his maledictionibus ſubia
cebis: det te deus in maledictionem exemplūqꝫ cunctorum
in populo: putreſcereqꝫ faciat femur tuū: ⁊ tumēs vter⁹ tu⁹
dirumpat̄. Septimo quodāmodo infames efficiunt̄ adulte
ri ⁊ adultere. Un̄ vt ſupra apud romanos vſqꝫ ad tp̄a Theo
doſij. Adultera perpetuo clauſa antro tenebat̄: ⁊ ea vt ſcor
to lenones vti poterāt: ſed Theodoſi⁹ imperator hāc penā
in aliam cōmutauit. ❡ Quarta ſpecies luxurie eſt inceſt⁹:
E qui eſt illicitus cōcubit⁹ cōſanguineorū adinuicē in gradu
ꝓhibito: ſiue ſit inter cōſanguineos: ſiue ſit inter affines. Et
peccatū hoc tāto eſt grauius: ꝗ̄to gradus cōſanguinitatis
eſt propinquior. Quantū autē peccatū iſtud ſit deteſtabile
patet p ap'm .j. Cor .v. qui tradidit ſathane illū fornicatorē
qui cū nouerca ſua fornicat⁹ fuerat. Et .ij. Regū .xiij. Aman
qui ſororem ſuam corruperat a fratre ſuo Abſalon interfe
F ctus eſt. ❡ Quinta ſpecies eſt ſacrilegium quod eſt illicit⁹



concubitus quo cōtinentia deo ſacrata leditur ſiue violat̄
Et dicit Alexā. de hal'. ꝙ cōtinentia deo ſacrata dicitur cō-
tinentia de religioſis ꝓfeſſis ſiue mulieribus: ⁊ in his q̄ ſu
ſceperunt ſacros ordines: ⁊ qui votum cōtinentie emiſerūt
Omniū ergo taliū cōcubitus ſacrilegiū eſt. Dicit̄ enī ſacri-
legium violatio ſiue leſio vel irreuerētia illicita ve vſurpa
tio ſacre rei inuito dn̄o. Et dicit̄ ſacrilegium quaſi ſacrile-
dium/id eſt ſacrū ledens. Quelibet aūt dictarū cōtinentia-
rum eſt res ſacra/quia deo oblata. Et eſt actus religionis
ipſa obſeruatio caſtitatis. Quia ad diuinū cultū eſt ordina
ta ⁊ per cōcubitū violatur inuito dn̄o/ſcꝫ deo cui oblata eſt
Eſt autē hoc pc̄tm̄ valde grāde ⁊ graue ꝓpter quinqꝫ. Pri-
mo q̄ꝛ fit ſemper cū circūſtantia voti fractionis. Et ſecūdū
ap'm primā fidē tales irritā faciunt. Sc̄do q̄ꝛ ibi ſemper cō
mittitur furtū vel rapina: quia deo ſacratum eo inuito au-
fertur: qḋ tanto peius eſt: ꝗ̄to ſubtractū donum eſt incom-
parabilius. Unde Eccl'ia .xxvj. omnis pōderatio non digna
eſt aīe continentis. Tertio quia vaſe deo ſacrato immūde
quis abutitur. Sicut enī in loco ſacro quis luxurians/vel
peccans aliter/plus peccat ꝗ̄ extra talē ſimilia faciēs: ſic
etiā plus peccat qui cū perſona deo ſacrata peccat/ quam
maculat contra illud Eſa .lij. Mundamini qui fertis vaſa
dn̄i. Un̄ ſicut qui calicē in lutū proijceret: ſic ⁊ iſti corp⁹ deo
ſacratū in lutum peccati proijciūt. Quarto de angelo domi
ni qui deo ſeruire deberet: faciunt demonem ſpurciſſimū
Unde Malachie ſecundo. Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſciē-
tiam/et legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini
exercituum eſt. Quinto de diuino facit hominē beſtialē: deo
enim ſacrata perſona vocatur deus. Unde Exo .xxij. Dijs
non detrahes. Poteſt enim ſacerdos conficiēdo quod null⁹ G
valet angelus: ⁊ ſimiliter dimittēdo peccata. ❡ Sexta ſpe-
cies luxurie eſt peccatum contra naturam: per quam intel
ligitur omnis inordinata effuſio ſeminis extra vas ſibi de-
bitum in ordine ad generationem. Predicando autem de
hoc vitio publice/debet quilibet cautus eſſe: ⁊ tantū in ge
nere de ipſo loqui: taliter tamen ꝙ qui rei ſunt: ex hoc va
leant cognoſcere culpam ſuam. Sed ſpecies ⁊ modos hu-
ius turpitudinis non expedit corā populo particulariter
explicare: ne pure aures maculentur: et ne quis facere di-
ſcat qḋ ignorabat. Quilibet tn̄ diſtincte in cōfeſſione/ ſi re⁹
eſt ſe debꝫ accuſare: ⁊ cōfeſſor prudēs de hoc caute vbi opꝫ
rimari. Sunt autē huius nefandiſſimi peccati multi modi
ſm̄ Tho. vbi prius. Primus vocatur immūdicies ſiue mol
licies: puta quādo ſine cōcubitu volūtarie procurat̄ pollu-

tio cauſa delectationis veneree. Et fit per cōtactum ꝓprij
genitalis ſiue alieni: ⁊ per quoſcūq; alios modos illicitos:
quibus huiuſmodi pollutio ꝓcuratur volūtarie ꝓpter ex=
periri delectationem veneream. Secūdus modus ⁊ peior
fit: qñ non ſeruatur naturalis modus cōcūbendi. Et hoc fit
quantum ad inſtrumentū: vel quia nō ad debitū vas/ ſcʒ qḋ
a natura ad generandū deputatū eſt: aut quātum ad alios
concūbendi modos beſtiales/ aut monſtruoſos. Terti⁹ eſt
peior ſecundo: ⁊ ꝓprie vocatur ſodomiticū peccatū: quod
fit per concubitum ad nō debituʒ ſexū: puta cum maſculus
cōcūbit cū maſculo: aut femina cum femina. De hoc pecca
to loq̄tur apoſtolus Ro. j. Quartus eſt peſſimus / qui dicit̄
beſtialis: ⁊ fit per cōcubitum rei non eiuſdem ſpeciei: vt cū
quis cōcūbit cum beſtia. Hoc peccatum ſexte ſpeciei videlʒ
vitiū contra naturā eſt grauiſſimū inter omnia pctā carnis
ſm̄ Augu. de adulterinis coniugijs. Et patet hoc triplici=
ter. Primo q: grauiſſime hoc deus puniuit: q: cauſa diluuij
fuit: ſm̄ methodiū. Unde gene. vj. Omnis caro corruperat
viam ſuam ſuper terram. omnis caro/ id eſt homo. ⁊ Geñ.
xix. dominus pluit ſup̄ ſodomam ⁊ gomorram ignem ⁊ ſul
phur de celo. Et geñ. xxxviij. Onā fundebat ſemē ſup̄ terrā
idcirco percuſſit eum dn̄s. Secūdo leges pena mortis hoc
plectunt. Unde Leuit. xx. Qui dormierit cuʒ maſculo coitu
femineo/ moriatur. Tertio infra beſtiam hominem mergit.
Nulla enim beſtia ſimilia facit. Non ergo mirum ſi vt ſan
cti dicunt ⁊ Hierony. preſertim in nocte natiuitatis xp̄i oēs
ſodomite occiſi ſunt ⁊ fere incarnari deus ꝓpter hoc vitiū
b deſijt. ¶ Secundo principaliter videndū eſt de fomentis et
nutrimentis ſpecierum luxurie. Et ſunt plura que vix ſine
peccato luxurie fieri pn̄t: vt viſus mulieris incautus: audi
tus: cantus: locutio de venereis: ⁊ tactus: oſcula: amplex⁹:
⁊ huiuſmodi. Non ſolum aūt fornicatio ⁊ ſpecies luxurie
ſunt pctā mortalia: ſed etiam prefata impudica actum car
nalis copule p̄cedētia: ⁊ ad eū alliciētia ſunt pctā mortalia
qñ fiūt libidinoſe cū aliena muliere: vt quādo q̄s cū nō ſua
facit talia/ illa intentione vt per hoc in ſe vel muliere exci
tet concupiſcentiam eius aut ipſam inclinet ad ſui cōcupi
ſcentiam: quod ptʒ. Quia Math. v. dr̄ Qui viderit mulierē
ad concupiſcendum eam. ideſt eo animo vt concupiſcat. Il
lud em̄ non eſt iam titillari ſolum: ſed plene conſentire li=
bidini: ⁊ ſequitur/ mechatus eſt eam in corde ſuo. Sup̄ quo
dicit chriſoſto. quod viris dn̄s hic loquit̄: hoc etiam de fe=
minis dicit. Ergo multo magis oſculum libidinoſum / ta=
ctus / ⁊ ſimilia ſunt mortalia ⁊ contra preceptum: non me=
chaberis. Ideo ciprianus in de virginitate dicit. Certe ip=



ſe concubitus/ ipſe amplexus/ ipſa cōfabulatio/ et oſcula=
tio/ et feda dormitatio: crimē eſt. Itē non ſolum deliberat⁹
cōſenſus in actū peccati mortalis eſt mortale: ſed etiam cō
ſenſus deliberatus in delectationem peccati mortalis in
venereis/ eſt ſpeciale mortale peccatuʒ: vt patebit in nono
precepto. Ergo plus prefati tactus/ et viſus/ et huiuſmodi:
Dicit tn̄ tho. ſecūda ſecunde. q. cliiij. peccatum mortale di=
citur aliquid dupliciter. Uno modo ſm̄ ſpēm ſuam: et hoc
modo oſculum/ amplexus/ vel tactus ſm̄ ſuam ſpēm nō no
minant peccatum mortale. Poſſunt enim hec abſq; libidi=
ne fieri: vel propter conſuetudinem patrie/ vel propter ali=
quam neceſſitatem aut rationabilem cauſam. Alio modo
dicitur aliquid eſſe peccatum mortale ex ſua cauſa: ſicut
ille qui dat elemoſinam vt aliquem inducat ad hereſim. Et
iſto modo tactus/ et huiuſmodi (vt dictum fuit prius) ſunt
mortalia peccata: quia fiunt propter delectationem moro=
ſam in venereis. Tertio principaliter notādum ꝙ ſicut ma
ius peccatum eſt adulterium q̄ȝ ſimplex fornicatio: et ſacri
legium maius q̄ȝ adulterium vt prius dictum eſt: ſic etiam
tactus/ oſcula/ et huiuſmodi inter adulterātes/ vel quecūq;
alie impudicitie maiora pctā ſunt q̄ȝ inter talia q̄ fiūt ſoluti
cū ſoluta. Et ſic d̄ oſculis ſacrilegoꝝ maiora q̄ȝ adulteroꝝ.

¶ Capitulum tertium De chorea: et quā=
do ſit peccatum mortale.

Et preterea aliud multū peccato luxurie de=
ſeruiens videlicet chorea: de qua videda ſunt
tria. Primo q̄ȝ periculoſus ludus ſit. Secūdo
an poſſit fieri ſine peccato. Tertio quando
ſit peccatum mortale. ¶ Quantum ad primū A
notādum ꝙ choriſare eſt periculoſus ludus
valde: propter ſeptem. Primo quia chorea diabolicum ha=
bet exordium: vt refert magiſter hyſtoriarum. Nam a ſare
pthauro quodā demone ſic dicto exordiū habuit: qui demō
in ſimilitudine thauri gerētis in humeris ſignū lune corni=
culate albe/ egrediēs de flumine ab egyptijs: in die quodā
feſto cum timpanis et choreis eſt veneratus. Et ſarepthau
rus iſte in flumine nili ibidē geſtus oſtendit/ ſaltando: quos
egyptij ſecuti ſunt in terra choriſando. Poſtq̄ȝ autem ſare=
pthaurus eos excitauerat ad choriſandū: euaneſcebat. Un̄
et nūc loco ſarepthauri: vetula aliqua vel puella aliqua p̄
ceteris ducit̄. ¶ Scd̄o quia ſcriptura de maximis malis re B
fert: q̄ choreas ſecuti ſunt vt plurimū. Nā exod. xxxij. Cum
moyſes appropinquaſſet ad caſtra: vidit vitulū/ ⁊ choreas: ⁊
irat⁹ eſt valde/ ⁊ ꝓiecit de manu tabulas: ⁊ cōfregit eas ad

radicem mōtis:deinde aſſumptis ſecū filijs leui interfecit
xxiiij.milia hominū. Nam hodie in choreis vitulus ꝑ quē
deſignatur laſciuia veneratur/ neglecto dei ſeruitio. Sic
Math.xiiij. Saltatrix fecit amputari caput iohānis bapti-
ſte/quo maior inter natos mulierū nō ſurrexit. Et eze.xxv.
dr̄.pro eo ꝙ plauſiſti manu ⁊ ꝑcuſſiſti pede/ ⁊ gauiſa es ex
toto affectu ſuꝑ terrā:ecce ego extendam manū meā ſuper
te:⁊ tradam te in direptionem ⁊ interficiam te de populis.
Tertio diſſuadēda eſt chorea:quia ibi demon hȝ valde mul
ta arma ad occidendum animas:mulier em̄(vt ait hierony
mus) gladius eſt igneus. Ibi enī videlicet in chorea tot ſūt
gladij:quot ad capiendum veſtibus ſunt ornati. Ibi enim
gladij acutiores:quia ad aſpectū ante.retro.infra.et ſurſū
paratiores. Ibi etiā gladij flāmei luxuriā accendētes. Ibi
inſuper arma fortiora ad vincendū:quia mulier ibi quam
demon elegit ad adam/ſanſonē/dauid/ſalomonē/ iob / tho-
biam/ac filios iſrael ſeducendos. Mulier em̄ ornata eſt ſa-
gena diaboli:per quā multitudinē infinitā ſtultorū capit ad
interitū. Sic etiā econuerſo de viris eſt intelligendū:diabo
lus enim in ꝓpria ſpecie nimis horribilis eſt:ideo per virū
C vel mulierē ſeducit. ¶Quarto quia in chorea quodāmodo
cōtra oīa ſacramēta eccl'ie excedit̄. Nam in baptiſmo patri
nus ait loco baptiſādi. Abrenūcio diabolo / ⁊ oībus pōpis
eius. Sed in chorea eſt ꝓceſſio diaboli:vbi fiſtulator eſt cā
tor:ſcholares peccatores : ⁊ tranſitus ad ſiniſtram contra
ordinem fit/cuius cauſa veſperas/ſermones/ ⁊ huiuſmodi
tales negligunt. Matrimonij ibi fides faciliter etiā viſu vio
latur. Confirmationi q̄ ꝑ criſma ſignū crucis impreſſit frō
ti/iniuria fit per ſerta/ ⁊ pepla/ ⁊ cetera illicita : q̄ ſūt ſigna
demonis. Penitentie ſacramento iniuriātur:qd̄ in quadra
geſima receperant:⁊ iā ſe demonū exercitui immiſcēt. Eu-
kariſtiā quā ſuſceperant/ſicut iudas/peccatis ſtatim ma-
culant. Extreme vnctioni hi q̄ ſuſceperunt ingrati : ſanita-
te collata abutūtur in corpore toto/ ⁊ ſpecialiter manibus
D ⁊ pedibus. ¶Quinto chori ſantes omnibus quinqꝫ ſenſibꝰ
et membris peccare pn̄t:videlȝ greſſu/ornatu/cantu/viſu ⁊
auditu. Nam ſupbiā ⁊ auaritiā ꝓuocant in non hn̄tibus ſi-
milia ſicut ipi veſtimēta:luxuria ibi cōis eſt in corde. Indi-
gnationē ꝓcurant cū mulieres ⁊ puelle volunt a maritis
vel parentibus habere precioſa. Inuidia ibi ꝓcurat̄ cōtra
eos qui magis excellunt. Gula nōnūqꝫ ſequit̄ : ⁊ potiſſime
accidia. Qꝛ ſicut guſtato ſpū deſipit oīs caro:ſm grego. ſic
guſtata carne deſipit dei famulatus. Sexto quia multam
ſuadent ineptam letitiā choree. Sumus enim in exilio ſur-
ſum reſpiciendo:ſuſpirādum eēt ꝙ ſumus exules et incer-



ti de reditu. Infra infernus quem intrare poſſumus:⁊ ter-
ra in quā ſepulti cōuertemur a dextris ꝓſpera:⁊ a ſiniſtris
aduerſa q̄ nos peccare faciunt. ſm illud pſ. Cadēt a late-
re tuo mille. a tergo ſunt noſtra peccata que fecimus : ante pſ.xc.
in que cadere poſſumus:intra mordens conſcientia cū car
ne infecta. Et extra demonū multiplex pugna. Unde hiero.
gladiū tenet hoſtis vt me perimat: ex omni parte ſunt peri
cula. ¶Septimo diſſuadent choreas ſanctorum ⁊ pruden- E
tum exempla. Nā refert grego.lib.iiij. dialogorū ꝙ virgini
deuote maria virgo apparuit nocte/ei oſtendēs coeuas in
albis puellas:quibus cum virgo ſe adiūgere vellet:maria
ait/vt nihil vltra leue ageret:a riſu ⁊ iocis abſtineret:ſicqꝫ
triceſimo die eis iungeretur. Quod et factum eſt. Nam vt
viſio diſparuit:virgo ſe a prefatis abſtinuit. parētibus mu
tationē mirantibus viſionē aperuit. xxv.die.febre corripit̄:
⁊.xxx.die in hora exitus mariā cū puellis pronominatis vi
dit. Quā virginē cū maria vocaret:moritura clamauit vt
potuit. Ecce dn̄a venio. Ecce dn̄a venio : ⁊ ſic eadem voce
ſpūm reddidit. Ex quo patet ꝙ choree ⁊ ſepte letitie ab in-
greſſu regni impediunt. Unde in vitis philoſophorū de ſo-
crate legitur ꝙ cēroniā venit:ꝓpīnqꝫ ibi in luxuria lapſum
auctoritate ſua ad vſum frugalitatis reuocauit:matronas
a viris ſeparatas:⁊ pueros a parētibus/ad pudicitiā ⁊ ad
debita ſocietatis obſequia ſuo ſtudio reduxit. Induxitqꝫ
matronas vt auratas veſtes/ceteraqꝫ ſue dignitatis orna-
menta/vel luxurie inſtrumenta deponerent:et in iunonis
edem delata ipſi dee conſecrarent:docens vera matrona-
rum ornamēta pudicitiam eſſe. ¶Quo ad ſecundū principa F
le:an choriſare ſit peccatū: Rn̄. ſm alber.in.iiij. diſt.xvj. ꝙ
chorea ⁊ hmōi ludi ſiue fiant cantu/ſiue muſicis ſcd̄m ſe nō
ſunt mali:quia pn̄t bene fieri aliqn̄. Sed ex triplici cā poſ-
ſunt fieri mali ex circūſtātia. Quarū vna ⁊ ꝑcipua eſt mala
intētio:vt qn̄ fiunt ad oſtendēdā iactantiā/et ꝓuocandū li-
bidinē:ſicut fere oēs modo exercēt:⁊ ideo etiā eccleſiaſtice
pſone talia depoſuerunt : quia etiā in ſignis gaudij non eſt
cōicandū cū pctōribus. Alia cauſa eſt qn̄ nō fiūt ſuo tp̄e/ vt
tp̄e triſtitie. Quia ſicut dr̄ eccl'iaſt.xxij. muſica in luctu im-
portuna narratio. Et hoc mō interdicit̄ penitēti ne ſit i lu-
dis:qꝛ dū penitet tp̄s eſt flēdi. Tertia cā eſt ex officio pſone
ſumpta:ſicut clericis īterdicit̄ venatio/⁊ alij ludi:qꝛ ī forte
dn̄i electi alijs exercitijs dn̄t occupari. Puto aūt ꝙ quinqꝫ
ꝯcurrētibꝰ ad choreā:nō ſit reꝑhēſibilis. Primū ꝙ ſit debi-
to tēpore/ſcȝ gaudij:ſicut in nuptijs vel tēpore victorie/vel
liberationis hoīs/vel patrie/vel aduētus amici de terra lō
ginqua. Secundū eſt ꝙ ſit cum honeſtis pſonis de quibus
non oriatur preſumptio mali : non cum leccatoribus vel

meretricibus. Tertium ꝙ fiat a perſonis ſecularibus: quia
monialibus/monachis ⁊ clericis ꝓpter hoc ꝙ in alijs de=
bent occupari omnē choreā puto illicitam eſſe. Quartū eſt
ꝙ honeſto modo fiat nō geſticulationibus nimis inhone=
ſtis: vel inordinatis. Quintum eſt ꝙ cantus excitans in ta
libus/⁊ muſica/non ſint de illicitis: ſed de moribus vel de
deo: de melodia autem nō eſt curanduꝫ vt puto: quia in ta
libus neceſſe eſt fieri melodiam leuē/que aliqualiter expri
B mat modum choriſandi. ¶ Quo ad tertiū ꝑncipale/quan=
do choriſare ſit peccatum. Queritur vtrū peccent mortali
ter choreatrices ducendo choreas huiuſmodi illicitas/ſi=
ue in feſtis/ſiue in ꝓfeſtis diebus? Rñd. Guilł. ſup Raymū.
Credo ꝙ ſic/ſi hoc faciant cauſa incitandi ſe vel alios ad
libidinem. Aut ſi choreas ducunt de cōſuetudine licet hoc
non faciant corrupta intentione: vt dictum eſt: peccāt mor
taliter/ſiue in diebus feſtiuis hoc faciāt ſiue ꝓfeſtis: cum
inſpicientes adeo ꝓuocent ad libidinem: ꝙ dicat hiero. in
quadam omel. ꝙ non credat viro ſi dicat ſe illeſum euaſiſ=
ſe a ſpectaculis talium: cū dauid ex eo ꝙ vidit berſabee la
uantem ſe/ad libidinem ꝓuocatus ſit. Si aūt aliquis vel
aliqua mulier raro/⁊ ſine aliqua corrupta intentione im=
miſceat ſe huiuſmodi choreis: non audeo dicere ꝙ ſit mor
tale pctm̄. Sed nec audeo eum vel eam excuſare/⁊ aſſecu=
rare a pctō mortali/cū ſe ingerat periculo prouocandi ali=
os ad libidinem. Et ipſo facto videat approbare choreas:
⁊ exemplo ſuo auctoritatem alijs ſimilia faciendi preſtare.
hec ille.

¶ Capitulum .iiij. De actu coniugali licito/
fragili/ac impetuoſo.

NUnc de actu coniugali qui fit in matrimonio:
videnda ſunt tria. Nam ſm Alexan. de hal. ⁊
Tho. In matrimonio triplex eſt in genere cō
cubitus. Primus licitus. Secundus fragilis.
Tertius impetuoſus. Licitus fit tripliciter.
Primo cauſa ſuſcipiende prolis ad diuinum
cultum educande: ⁊ ſic eſt in officium multiplicande natu=
re. vnde .j. Thimo. v. Volo iuniores nubere: filios ꝓcreare
A ¶ Eſt igitur concubitus in matrimonio meritorius/⁊ vir=
tutis actus: qui dicitur caſtitas coniugalis qñ fit ſolum
cauſa prolis procreande ⁊ religioſe educāde/ ad amplian=
dum cultū diuinū. Et ſi tūc aſſunt alie debite circūſtantie:
eſt actꝰ virtutis/que dicitur religio. Secūdo eſt meritoriꝰ
⁊ virtuoſus actꝰ matrimonialis: quādo alias eſt bñ circum
ſtantionatꝰ. ⁊ fit ſolum cauſa reddendi debitum alteri cō=
iugū. qꝛ tunc eſt actus iuſtitie que vnicuiqꝫ reddit qđ ſuum



eſt. Unde .j. Corin. vij. Vxori vir debituꝫ reddat. Tertio eſt
meritorius qñ alias nichil illicitum interuenit. ⁊ fit ſolum
ab vno cōiugū ꝓpter vitare fornicationem in altero/ quaꝫ
alias in eo faciliter cauere nō poſſet. Et ſic eſt in remediuꝫ
cōcupiſcentie .j. Corinth. vij. Unuſquiſqꝫ habeat ſuam vxo=
rem ⁊c. ⁊ ſi vir videat vxorem de alio temptari/⁊ adhibita
diligētia ſufficienti in cohibēdo: adhuc timet de malo forni
cationis eius/⁊ ad eā non petentē accedit. non ꝓpter pro=
lem/ſed tm̄ vt ponat remedium fornicationi eius: aut ecō=
uerſo ſi mulier videt virū in adulteriū inclinatuꝫ/⁊ ab eo
petit debitum ⁊c. tales merentur. Sic etiā meretur mulier
moderatū ornatum portando: ſolū ideo ne maritus ꝓpter
vxoris contemptū adulteret. vñ .j. Corinth. vij. mulier que
nupta eſt: cogitat que mundi ſunt: quomodo viro placeat.
Extra illos tres caſus eſt pctm̄ actus cōiugalis. Inter duꝫ
petenti ſolū. Interdū reddēti ⁊ poſcēti. Interdū veniale/in
terdū mortale. Verū vt pe. de palu. ponit in .iiij. fit licitus
actus quarto: qñ quis petit debitū propter vitandam for=
nicationem in ſemetipſo. Sed q̄rit ꝓpter ſecundū modum:
vtrū vterqꝫ cōiugū teneatur ſub ꝑcepto alteri reddere debi
tū? Rñ. ſm Tho. Sco. ⁊ magiſtrū in .iiij. di. xxxij. ꝙ quilꝫ con
iugū teneť ex ꝑcepto alteri petenti reddere cōiugale debi=
tū: exceptis caſibus rationabilibꝰ poſtea exprimēdis. ptꝫ
ꝑ verba magiſtri dicētis vbi prius. Cū in oībus vir ꝑſit vxo
ri/vt caput corpori. eſt em̄ caput mulieris: in ſoluēdo tamē
debitū carnis pares ſunt. Ideo apl's vtriqꝫ precipit in hac
cauſa ſibi inuicē ſubijci: dicens .j. Corin. vij. Vir vxori debi=
tū reddat. ſimiliter ⁊ vxor viro. qꝛ mulier nō habet pote=
ſtatem corpis ſui: ſed vir. Ex quibus ptꝫ ꝙ in tractatu ma
trimonij vir dat corpus ſuū vxori ad actū matrimonialem
⁊ ecōuerſo mulier viro. Vñ ſicut ex diuino ꝑcepto ⁊ de rigo
re iuſtitie tenetur homo nō auferre alienū inuito dño: ita
tenetur ex precepto ⁊ iuſtitia alienū reddere petenti. ergo
cum vnꝰ cōiugum petit corpus alterius ad actū matrimo
nialē/⁊ hoc ſm debitū vſum: tūc teneť reddere/ niſi habeat
legitimam excuſationē: alias facit ꝯtra dei ꝑceptū nō reſti
tuēdo alienū. ⁊ ſi alter ꝓpter hoc incidit in fornicationem:
etiā non reddēti aliquo modo imputandū eſt. Et intelligen
dū eſt illud ſiue explicite debitum petať vt per verba: ſiue B
implicite vt per aliqua ſigna. ¶ Sunt aūt hi caſus in q̄bus
etiam petenti non tenetur reddere. Primus qñ petens ami
ſit ius petendi. vt qñ fornicatus eſt: ⁊ hoc alteri publice con
ſtiterit. Tunc enim nocens perdidit ius petendi. ⁊ ideo in=
nocens poteſt eum repellere. nec tenetur reddere/ niſi poſt
q̄ ipſum nocentem ſibi reconciliauit carnaliter ſibi com=

miſcendo. Ratio dicti eſt. q2 ex quo non ſeruauit nocens ſi=
ue fornicans fidem: alter non tenet̃ ei ſeruare fidem/ niſi vt
non cōmiſceatur alteri. vnde dicit Tho. in. iiij. diſt. xxxv. ar
ticu. j. Uir proprio arbitrio poteſt dimittere vxorē quo ad
thorum debitū/ videlicet negando ꝙcito ſibi cōſtat de vxo=
ris fornicatione. nec tenet̃ ei reddere debitum: niſi per ec=
cleſiam cōpellat̃. Quantum vero ad cohabitationē nō pōt
dimittere vxorē fornicariā: niſi iudicio eccleſie. Hec ille. Et
econuerſo de vxore reſpectu viri. De iſto loquit̃ xp̄s Ma=
th. v. Qui dimiſerit vxorē ſuā: niſi ꝓpter fornicationem ⁊c.
Secundus caſus eſt quando nōdum acquiſiuit ius peten=
di debitum. vt in tempore poſt matrimoniū cōtractum/ ſed
nōdum conſummatū. quia interim pōt intrare religionem
immo ſm̄ Guill̃. peccat mortalit̃/ q̄ an̄ bn̄dictionē nuptialē
vxorē cognoſcit in locis vbi cōſuetū eſt bn̄dictionē adhibe=
ri. Terti⁹ caſ⁹ eſt ſm̄ Tho. quā do reddit̃ maritus impotēs
ex cauſa ex matrimonio ſecuta: puta ſi prius debitū reddi=
dit/ ⁊ ex hoc fact⁹ eſt impotens ad iam reddendum: tūc mu
lier non habet ius petendi. Et tunc in petēdo magis ſe me
retricem oſtenderet ꝙ̄ coniugē. Quartus eſt qn̄ quis maio
ri vinculo aſtrictus eſt ad non reddendum: eo ꝙ vergit in
notabile nocumentū ſanitatis ſue. Tenetur homo plus ad
cōſeruationem ſui ꝙ̄ ad redditionem debiti. vt q2 ꝑſona in
firma eſt: aut ꝓbabiliter timeretur ex redditione eius infir
mitas. Dicit aūt Tho. Si mulier infirmatur: certum eſt ꝙ
ex carnali coitu ei periculum imminet. Quintus eſt qn̄ veri
ſimiliter vel ꝓbabiliter timet̃ de periculo extinctiōis fetus
aut aborſus: tunc neuter tenetur reddere alteri: q2 maio=
ri vinculo tenet̃ ad cauendū occiſionem fetus in vtero pre
gnantis/ aut vt non naſcatur aborſus: ꝙ̄ teneat̃ reddere de
bitum. Sextus non tenetur reddere debitum in ſacro loco:
qn̄ non ſacer locus ⁊ aptus haberi poteſt: q2 alias irreue=
rentia fieret loco ſacro qui pollueretur: et reconciliatione
indigeret. vt tenēt Joh. andree. hoſtien̄. Arch. de cōſecra.
diſt. j. Eccleſijs, extra cap̄. j. Sed quando alius locus ꝙ̄ ſa=
cer haberi non poſſet: tūc ibi tenet̃ quis (ſm̄ alb.) reddere
debitū. Nec etiam reddere licet debitum/ nec quis tenetur
in loco etiam non ſacro qui eſt in publico. vt deducit Aug.
de ciui. dei ꝯ̄ Diogenē. Septim⁹ caſus qn̄ coniuges pari cō
ſenſu vouerunt cōtinentiā in domo: tunc neuter tenetur al
teri debitum reddere: immo neuter poteſt votum reuocare
vt ꝑʒ per Aug. ad editiā. ⁊ ponit magiſter in. iiij. diſt. xxxij.
Ratio eſt. q2 vterqꝫ reſignauit iuri ſuo. Octauus eſt ſm̄ pe.
de pal. qui dicit in. iiij. generaliter verū eſt vbi coniugi ali
cui non poteſt prouideri aliter de ſecuritate vite ſue/ niſi



alium coniugem dimittendo: non tenetur ei debitū redde=
re/ nec cohabitare cum periculo corporis ſui. Non⁹ eſt vbi
vna pars copule eſt infidelis/ vel incidit in hereſim. De qui
bus tn̄ iſta eſt concluſio. ꝙ quando duo tempore legis euā=
gelice contraxerunt matrimonium extra legē xp̄ianorum:
ſi alter eorum ſolum cōuertit̃/ tunc non tenetur conuerſus
reddere debitū īfideli: nec eidē cohabitare: ſʒ ſtatiʒ debēt ſe
parari: ſi ammonitus noluit conuerti. Si vero inter xp̄ia=
nos vnus cōiugum ī hereſim incidit: alter pōt eum dimitte=
re quo ad cohabitationem temporalem quouſqꝫ corrigatur
Sed vt Tho. dicit. Non ꝓpter vnum actū infidelitatis po=
teſt dimittere: ſed ꝓpter conſuetudinem que ꝑtinaciā oſtē=
dit. q2 ex tali infidelitas perficitur. Ex ſupradictis patet ꝙ
vnus cōiugum tenetur debitum reddere alteri cōiugum/ q̄
omnino vult ⁊ debitum exigit/ etiam leproſo: licet ei coha=
bitare non teneatur. Item menſtruata qn̄ vir ſcit ⁊ omni=
no inſtat. Item tempore quātūcunqꝫ ſacro qn̄ maritus non
vult deſiſtere. In talibus aūt exactus debet per moderata
verba ab incontinentia retrahere animū alterius ſi poteſt
ſine periculo fornicationis alterius. Omnia iſta diffuſe tā=
git Tho. in. iiii. Unde ſi in talibus reddens debitū non fa=
ciat illud cauſa concupiſcentie: ſed ſolum propter reddere
debitū ſicut obligat̃ meret̃. ⁊ grauit̃ peccaret ſi nō redderet
Patet igitur primū quando videlicet actus coniugalis ſit
licitus ⁊ meritorius. ¶ Dictū eſt ſecundo ꝙ alius eſt act⁹
fragilis matrimonialis. ⁊ fit multipliciter/ ⁊ ſemper eſt pec D
catum veniale ad minus. Primo quādo fit concubitus ſo=
lum cauſa delectationis experiēde in cōiuge/ ita tn̄ ꝙ non
vellet pro tali delectatione experienda accedere ad alienā
ſi tunc nichil aliud inordinatū interueniat/ eſt veniale pec
catum. Item qui cognoſcit vxorem cauſa ſanitatis peccat
quia querit per ineptum mediū ſanitatem: ſicut qui per ba
ptiſmum quereret ſanitatem. Item cognoſcēs vxorem cau
ſa vitande fornicationis in ſe nō peccat ſecundū Aug. Itē
qui cognoſcit vxorem poſt partū ante purificationē: ob hoc
precise non peccat mortaliter. Itē qui in die feſto petit de=
bitum ſine cōtemptu tēporis et euangelice exhortationis
non peccat mortaliter. Item qui petit debitū in loco ſacro
quādo aliū locum habere non poteſt: peccat venialiter ſm̄
Alb. ſi exigit cum gemitu: q2 ſcʒ ſine vſu matrimonij eſſe nō
poteſt. In his caſibus cōmuniter doctores tenent ꝙ actus
matrimonialis poteſt ſine peccato mortali fieri. Sed ſunt
alij caſus in quibus periculum eſt vel non tam ſecuruʒ an
ſit veniale/ vel mortale exigere/ ⁊ reddere debituʒ. Prim⁹ q̄
reddit debitū ante benedictionē nuptialē/ vel anqꝫ in facie

eccl'ie contrahat. Item qui exigit a menſtruata/que eſt men=
ſtruata naturaliter Item de menſtruata naturaliter:que vo=
luntarie reddit/⁊ cōplacenter. Item q̄ petit in loco ſacro cuȝ
E aliū locum habere poſſet. ¶ Dictum eſt tertio ꝙ q̄dam ma
trimonialis actus eſt impetuoſus: ⁊ fit cōmuniter cum pctō
mortali. Primo q̄ querit delectationem in actu matrimonia
li extra limites matrimonij/ſicvcȝ ꝙ paratus eſſet idē facere
cū vxore etiam ſi non eſſet coniunx/ ⁊ eſt mortale pctm̄. Et dr̄
ardentior amator vxoris. Secūdo impetuoſus eſt q̄ fit cauſa
ſatiāde libidinis. ⁊ homo ſe ad hoc ꝓuocat ꝑ meretriceas blā
ditias vel de induſtria vitur calidis ⁊ valde incentiuis. aut
ꝑ alium modum huiuſmodi actum a ſe quaſi exigit ꝑpt̄ ſacie
tatem delectationis. Tertio cū fit cōcubitus contra naturalē
modum. vt cū omittitur debitum vas: ⁊ hoc ſemꝑ eſt mortale
pctm̄: q: proles ſequi non poteſt: et intentio nature totaliter
fruſtratur. Quarto eſt impetuoſus contra naturalē modum/
etiam ad debitum vas nature: vbi tn̄ diſpoſitio corporis bene
ſuſtineret naturalem moduȝ. Eſt aūt modus talis ſm̄ Alber.
multiplex. Prim⁹ modus eſt malus qn̄ concubitus laterali
ter fit. Secund⁹ peior qui fit ſedendo. Tertius adhuc peior q̄
fit ſtando. Quartus eſt peſſim⁹ qui fit a tergo. vbi dicit Tho.
vbi omittitur debitus mod⁹ concūbendi ſolum quo ad ſituȝ:
non eſt ſemꝑ peccatum mortale. vt q̄dam dicunt. Et eſt qn̄qꝫ
ſine peccato. ſicut qn̄ diſpoſitio corpis aliuȝ modū non patit̄.
Hec ille. Sed alij dicunt ſm̄ Alber. ꝙ eſt contra intentionem
nature/ ⁊ impeditur conceptio. ⁊ eſt ſignū cōcupiſcentie mor
talis: niſi diſpoſitio corpis alium ſitum exigeret ꝗꝫ naturalis
ſitus eſt. vt fieri poſſet propt̄ egritudinem/vel pinguedinem/
vel periculū ſuffocandi fetum/aut ꝑpter aliam cauſam rōna
bilem. Quinto fit concubitus impetuoſus cū fit tempore pro
hibito: ⁊ tunc potiſſime peccat ille qui petit. Sexto cum fit in
loco indebito. vt in ſacro vel in publico in ſcandalum aliorū.
Septimo q̄ accedit ad impregnatā vicinam partui: vbi timor
eſt de aborſu. Octauo cuȝ quis accedit ad menſtruatam ſaltē
naturaliter menſtruū habentem. Ubi videtur ſm̄ Sco. ꝙ pe=
tens ſcienter peccat mortaliter. q: vt dicit: non eſt veriſimile
ꝙ lex noua minus intendat caſtitatem ꝗꝫ vetus. ſed Levi. xx.
dicitur. Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo / ⁊ reuela
uerit turpitudineȝ eius/ipſaqꝫ aperuit fontem ſanguinis ſui
interficientur ambo de medio populi ſui. hoc aūt ſecundum
Scotum nō infligitur niſi pro mortali. Sorraȝ tenet ſicut ſco.
Sanctus Thom̄. ad idem declinare videtur in. iiij. Unde glo
ſando illam auctoritatem dicens. ꝙ intelligitur quando vter
qꝫ voluntarie conſentit. Nono videtur impetuoſus in eo qui
petit debitum poſt votum continentie a ſe emiſſum pari con



ſenſu. aut ante matrimoniū emiſſum cū quo nō eſt diſpen=
ſatum. In prefatis caſibus oībus actus matrimonialis eſt
peccatū mortale vel multū propinquus mortali. Notandū
tn̄ pro intellectu noni modi ꝙ ille qui vouit caſtitatē ⁊ con
trahit matrimoniū intētione cōſūmandi per carnalē copu=
lam/peccat mortaliter. Secus ſi ſolū aīo cōiugalis ſocieta
tis. Item ꝙuis qui vouit continentiā perpetuā/nō peccet
mortaliter poſt primū actū matrimonialē petēti cōiugi im
plicite vel explicite debitum reddēdo: ſm̄ multos tn̄ peccat
mortaliter debitū a cōiuge petēdo niſi ſecū fuerit diſpenſa
tum. Itē ſicut neuter cōiugū pōt cōtinentiā vouere ſine con
ſenſu alterius: ſic etiā probabilius eſt ꝙ neuter poſſet vo=
uere nolle petere debitū ſine alterius ꝯſenſu. Oīa illa ſunt
de mēte ſancti Tho. in. iiij. Item q̄ vouit ꝑpetuaȝ cōtinen=
tiam: etiā peccat mortaliter primo actu matrimoniali/ per
quem cōſummat matrimonium: q: votum ſeruare poterat
poſt contractum religionē intrando/quod non fecit.

¶ Capitulum quintū. De gula: tem=
perantia: et ſpeciebus eius.

CUm vētris ingluuies ſit cauſa mechie/ ⁊ luxu A
rie: vt patuit in primis parētibus q̄ poſt cibuȝ
ſtatim erubuerūt. Gen̄. iij. ⁊ Ro. xiij. Non am
bulemus in cōmeſſationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹. ⁊ ſe
quitur: nō in cubilib⁹ ⁊ impudicitijs. Idē pa=
tuit in ſodomitis. vn̄ Ezech. xvi. Hec eſt iniq=
tas ſororis tue ſodome ſuꝑbia/ſaturitas panis ⁊ abūdan=
tia/ ⁊ ociū ipſius ⁊ filiarū ei⁹. Idcirco de vitio gule tria ſunt
videnda. Un̄ ſaluator Luc. xxi. ait. Attēdite ne grauent̄ cor
da vr̄a crapula ⁊ ebrietate. Crapula. i. cruda epula. Ideo=
qꝫ de vtroqꝫ vidēdū eſt. Primo de gula in gn̄e. Scd̄o de ſo=
brietate. Tertio de ieiunio quō ad illud teneamur. Quan=
tum ad primū tria dicent̄ principaliter. Primo quid ſit tē=
perātia: ⁊ q̄d gula. Scd̄o q̄ ſint ſpecies gule. Tertio quādo
ſit mortale vel veniale pctm̄. Quantū ad primū notandum
ꝙ ad intelligendū quid ſit vitiū caſtrimargie cōgruit ſcire
quō abſtinendū ſit. Eſt aūt abſtinentia ſumptio vel ſubtra
ctio cibi vel potus ſm̄ q̄d recta dictat ratio. vn̄. ij. Pe. i. Mi
niſtrate in fide veſtra virtutē: in virtute aūt ſciētiā: in ſcien
tia aūt abſtinentiā. Ex quo ptȝ abſtinētiā fieri oportere ſm̄
ſcientiā/vcȝ quātū oportet ſumēdo. qualia oportet/ vbi opȝ
qn̄ opȝ/ ⁊ ꝑpter q̄d opȝ/ ꝑ cōgruentia hoīm bonorū cuȝ qui
bus viuit hō: ⁊ ꝑ cōgruētia ꝑſone ſue/ ⁊ ꝑ ſue valitudinis/
cōſuetudinis/etatis/laboris/roboris/ ⁊ incōmoditatis ne=
ceſſitate vel cōgruētia. vt dicit Aug. in lib. de q̄ſtionib⁹ euā=
gelij. Et etiā ſm̄ regionē in qua q̄s degit. q: in vna citi⁹ cō=

B ſumitur cib⁹ ꝙ̃ in alia. ⁊ ſic de tp̃e. ¶ Secũdo notandũ ꝙ corpus nobis datum eſt vt ſeruiat ſpiritui noſtro ad opa bona: ꝗ in hac vita poteſt ſpirit⁹ exercere ſine corporis miniſterio. ſed cibus / potus / ſomn⁹ / ⁊ hmõi ſunt nobis data vt p eorum vſum conſeruem⁹ corpus ꝓ poſſe in tali habitudine / vt ſit bene diſpoſitum ad ſpiritui ſeruiendum. Sicut inſtrumentũ bonum ⁊ aptum deſeruit expedite artifici ad laborandũ. Eſt ergo regula ꝙ tunc hõ temperate viuit in cibo ⁊ potu: qñ in eis talem modum ſeruat / in quãtitate ⁊ qualitate / vicibus ⁊ ſic de alijs circunſtantijs: ꝙ per hoc corp⁹ ſuum in tali ſtatu ⁊ robore ponit ⁊ conſeruat ꝙ ipſe poſſit facere ea q̃ ſibi cõpetunt ſm officium ad vitandum vicia / ⁊ de die in diem proficiendi in virtutib⁹. Idez intelligo de ſomno / vigilia / ocio ⁊ exercitio / ⁊ ſimilibus ad corpus pertinẽtib⁹. vt vult Aug. in libro de morib⁹ eccl'ie. Dicitur autez ſignanter ꝙ inſpicienda ſunt etas / complexio / conſuetudo / ⁊ ſimilia. qꝛ iuuenis valet qđ nõ valet puer. ſanus qđ non valet infirm⁹: pauper valet quod non diues. Unde ſi diues delicate nutritus / ſtatim vellet groſſa ſumere: infirmaretur. ideo dicit de diuitibus Aug. in de verbis domini. Utanť diuites conſuetudine infirmitatis ſue / ſed doleant ſe aliter non poſſe. melius eñ vellent ſi aliter poſſent. Tu ergo diues vtere cibis electis precioſis: qꝛ ſic conſueuiſti: ⁊ aliter non potes: qꝛ ſi conſuetudinem mutas: egrotas. Cõceditur ꝗ̃ tibi vtere ſubtilibus: da paupibus ſupflua: vtere precioſis: da paupibus vilia. Hec ille. Sic etiã ſenex indiget melioribus ꝙ̃ iuuenis fortis. Similiter delicate cõplexionatus indiget pro bono ſtatu ſui corpis ſubtilioribus ⁊ magis delicatis / ꝙ̃ robuſtus ⁊ groſſi corporis homo: quem panis ⁊ legumina plus accẽderent: ꝙ̃ alterum carnes. Sic etiam ſm officia attendendum eſt: qꝛ fabrum vel ſimilem mechanicũ plus et crebrius oportet comedere ⁊ ſibi forte groſſiora ſufficiunt: ꝙ̃

C inſudanti ſtudio aut ſpũali exercitio. ¶ Tertio notandũ ſm ꝙ aliq̃ varias intẽtiones habent q̃ ſumunt cibũ aut potũ moderate: ſm hoc etiam ſunt diuerſe abſtinẽtie. Et ſunt ſex quarum vna ſola virtus eſt. Uñ ꝟſus. Abſtinet eger: egens: cupidus: gula: ſimea: virtus. Prima abſtinentia dicitur medicinalis: q̃ fit ſolum propť ſanitatem corporis cõſeruandam aut recupandam / ⁊ non eſt virtus / qꝛ ibi deficit optima circunſtantia que eſt finis debitus in ſecundo notabili tactus. Dicitur aũt ſolum: qꝛ ſi abſtineret propť ſanitatem corpis non ibi ſiſtendo / ſed eam in bonum virtutis ⁊ dei obſequium ordinando: eſſet meritoria. Secũda dicitur abſtinentia auaritie: que fit ſolum ad parcendum expenſis: nec virtus eſt. Diciť etiaz ſolum: quia ſi abſtineret propter minus expendere / non ibi ſiſtendo: ſed vlterius referendo in fines debitos: vt propter mle opera facienda / vel ſibi rationabiliter in futurũ prouidendo / vel ad laudez dei / ⁊ ad ſimilia: tunc virtus eſſet: quãdo ſaltem alie circunſtãtie debite illi eſſent. Tertia dicitur paupertatis: que fit ſolum ex neceſſitate pecunie: nec iſta eſt virtus: niſi pauper nõ habens vñ laute viueret: abſtineret: content⁹ his que habet. tamen cum illa intentione ꝙ ſi etiã multa poſſideret: nollet lautius viuere / ex quo illud ſufficit pro conuenienti corporis valitudine. Sed ſi vellet ſic viuere propter deum: illa eſſet vera virtus abſtinentie. Quarta vocatur abſtinentia hypocriſis: que fit ꝓpter hominũ inanez gl'iam: ⁊ hec ſemper eſt mala. Quinta eſt religonis que fit ſm dictamen recte rõnis propť deum modo dicto in notabili ſecundo. Sexta additur cum q̃s rõne gule ieiunat / id eſt quando quis abſtinet ſolum vel p̃ncipaliter propter hoc vt poſtea delectabilius comedat. ¶ Quarto notanduz ꝙ gula D opponitur temperantie ⁊ abſtinentie: ⁊ eſt actualis duplex gula. Una interior que eſt anĩalis ⁊ immoderata appetitio immoderate edendi aut bibendi / propter concupiſcentiam cibi aut potus delectabilis / aut ipſius delectationis. Sed exterior actualis gula eſt immoderatus eſus aut potatio / ab interiori inordinata edendi aut potandi appetitione imperatus. Dicitur primo ꝙ eſt animalis appetitio / ad differentiam famis et ſitis: que ſunt appetitiones naturales: nec ſubijciuntur rationi. Gula autem eſt appetitus animalis: quia eſt appetitio actualis exiſtens in volũtate / aut in ſenſualitate: a volũtate tamẽ aliquo modo dependens ⁊ rationi potens ſubijci. Dicitur ſecũdo appetitio nõ delectatio. Pro quo notandũ ꝙ circa ſumptionẽ cibi aut potus tria ſunt conſideranda. Primũ eſt ipſa delectatio que eſt in ſumptione ciborum aut potuum. Et iſtam delectationẽ virtus tẽperantie ſeu abſtinentie non aufert: nec videtur eã moderare. quia naturalis eſt huiuſmodi delectatio: ⁊ eſt maxime in abſtinẽtibus quibus panis plus ſapit ꝙ̃ guloſis piſces / aut carnes: ⁊ hoc ꝓpter naturalem appetitũ neceſſarij cibi. Secundũ eſt cõcupiſcẽtia: ⁊ illa eſt amor ⁊ deſiderium delectationis que eſt in ciborũ ⁊ potuũ ſumptione ⁊ eſu. delectatio eñ experta in cibis ⁊ potibus cauſat amorem ⁊ deſiderium ſui. Et iſtã concupiſcentiam moderatur virtus abſtinentie ne ſua magnitudine faciat excedere circa cibos ⁊ potus contra bonũ rõnis eos ſumẽdo: vel appetẽdo vltra debitã quãtitatem / qualitatẽ / tp̃s / ⁊ ſilia. Tertiũ eſt act⁹ interior ⁊ volitio ſumẽdi cibũ: aut exterior actualis ſũptio ab iteriori volitione iperata: q̃ volitio cauſat habitũ abſtinẽtie ꝓpťe ⁊ faciliť iclinãtẽ ad debite ſumẽdũ victũ. vñ gula ñ ẽ delectatio cãta ex ſũptiõe cibi aut

potus:ſed eſt animalis appetitio ſeu cōcupiſcētia inordi-
nata. Dicit tertio ꝙ eſt appetitio inordinata.nō eñ omnis
appetitio edēdi aut bibēdi animalis eſt gula:ſed appetitio
inordiata: vt cū quis volūtarie vult ⁊ appetit cibū vel po-
tum aliter ꝙ̄ ſm dictamē recte ratiōis.vt ſcʒ ſi plus ꝙ̄ opor
